Rare Bks
QK322
.M37
1808
V.1-2.

FLORA
TAURICO-CAUCASICA

EXHIBENS

STIRPES PHAENOGAMAS,

IN

CHERSONESO TAURICA

ET

REGIONIBUS CAUCASICIS

SPONTE CRESCENTES.

AUCTORE

L. B. FRIDERICO MARSCHALL a BIEBERSTEIN,

AUG. RUTH. IMP. CONS. STAT. ORD.

S. WLAD. EQ.

Tomus I.

Mo. Bot. Garden,
1895.

CHARKOUIAE:

TYPIS ACADEMICIS.

A. 1808.

* * * \

PRAEFATIO.

Prolatis imperante CATHARINA II, mare nigrum et Caſpium verſus Rutheniae finibus, Iberiâ PAULO I regnante in dictionem receptâ, rebus denique per Aſiam, Auſpice ALEXANDRO, PATRIAE PARENTE auctis atque ſtabilitis; his, qui naturae ſtudio *delectantur, vaſtior indies rerum minus cognitarum* exploranda-rum campus patuit.

Et Tauriam quidem, anteā *naturae curioſis fere inacceſſam*, primus Vir Illuſtriſſimus C. HABLIZL ſedulo peragrauit et inclytae hujus Cherſoneſi deſcriptionem euulgauit locupletiſſimam (*). Quem, interjecto nonnullorum annorum ſpatio ſecutus Vir Perilluſtris P. PALLAS, abſoluto per Roſſiae Auſtraliora itinere, ſtatim Sciagraphiam Hiſtoriae naturalis Tauriae (**), cum *indice* plantarum ſponte ibi naſcentium edidit, qui et Nouis Actis Academiae Scientiarum Petropolitanae a. 1792 inſertus eſt; mox praeſtantiſſimi Itinerarii (***) Partem ſecundam deſcribendae Tauriae *integram dicauit. Immo* Vir Praeclarus, ab anno 1794, ad hunc uſque diem, in Tauriâ degens, largam penum notatu digniſſimarum omnis generis obſeruationum comparauit: quarum alias Faunae Roſſicae, aſias Monographiis Aſtragalorum, Halophilarum, Pedicularium, partim euulgatis, partim proxime euulgandis commiſit; quamplurimas autem, *adhuc ineditas orbi litterario* expectandas deſiderandaſque reliquit.

(*) *Физическое Описанїе Таврической области. Въ Санктъ-Петербургѣ. 1785го Года. Въ листъ.*

(**) Tableau de la Tauride, par Pallas. St Petersbourg a. 1794. 4^{o}

(***) P. S. Pallas, Reiſe durch verſchiedene Provinzen des Ruſſiſchen Reichs. St. Petersburg 1801. 2 Theile 4to (mit vielen Kupffern.)

Caucaſum et regionem omnem, inter Tanain et Wolgam fluuios, ad Pontum Euxinum Palumque Mœotiden et Caſpium mare longe lateque patentem, poſt GMELINUM et GÜLDENSTÆDTIUM, praelibatis nec abſolutis obſeruationibus itinerariis, quae ad naturalem Hiſtoriam ſpectabant fato functos, PALLASIUS etiam, poſtremum per Roſſiam meridionalem iter faciens attigit. Plurimum vero Comes MUSSIN-PUSCHKIN, peragrato inde ab a. 1800 promontorio Caucaſi ſeptentrionali, poſtmodum metallifodinis per Iberiam praefectus, in Hiſtoriâ naturali Caucaſi profecit: donec a. 1805 Virum eximium, antequam aliquid hac de re publici juris feciſſet, praematura mors patriae orbique litterario eriperet.

Caucaſum autem, cum adjacentibus regionibus Tauricâ Cherſoneſo minus adhuc eſſe cognitum, nemo eſt qui neſciat. Etenim vaſtiſſima regio, hinc immenſorum defertorum aquâ dulci carentium ſabuletis, illinc maximae molis montibus aeternâque niue rigentium alpium jugis intercepta et barbararum indomitarumque gentium ſubdolâ ferocitate periculoſa, hucuſque, magnâ ex parte, noſtratium nemini patuit; et ſi qui audaciores ultro penetrauerint, his vix niſi feſtinante praeſentique periculo turbato, ut ita dicam, oculo haec naturae adyta luſtrare licuit.

Mihi, Hiſtoriam naturalem et imprimis Botanicen in deliciis habenti, factis per quatuordecim annorum ſpatium, variis per meridionales Imperii Rutheni prouincias itineribus, demum bis mille circiter ſtirpes phaenogamas, Tauriae et Caucaſicis regionibus indigenas, maximâ ex parte in loco natali florenteſque lectas obſeruare contigit: quarum Hiſtoriae Floram hanc Taurico - Caucaſicam dicaui.

Liceat vero de itineribus meis, tanquam hujuſce operis origine et fundamento, quaedam fuſius differere; ut ſciant Lectores, ubi locorum diutius commoratus ſim, ubi vero celeri et feſtino pede inceſſerim, naturae theſauros praelibandi potius, quam exhauriendi opportunitatem nactus.

Tauriam primum a. 1793 adii, defunctum nunc Comitem Kochowski, ex Poloniâ, poſt res praecedente anno feliciter ibi geſtas reducem ſecutus. Ubi per triennium commoratus, totam quidem peninſulam ſtudioſe exploraui, potiſſimum vero diſtrictum, oppido Karaſſubaſar et praedio Aſamat vicinum quotidianis fere herboriſationibus frequentaui. Vernale a. 1794 tempus omne montibus Tauriae meridionalibus, Ponto Euxino, inde a porto Theodoſiano (Caffa), uſque ad ruinas antiquae urbis Cherſoneſi imminentibus et ſtirpium rariſſimarum feraciſſimis peragrandis impendi, Pallasio tunc in adſcendendo ſummo Tauriae monte Tſchaturdag ſocius. Inſequentem annum ad Boſphorum Cimmerium peragere juſſus, plantis halophilis obſeruandis praecipuam operam dedi: trajecto etiam aliquoties freto, regionem tranſboſphoranam Taman perluſtraui.

Sub initium a. 1796 Petropolin redux, quum jam in eo eſſet, ut Comes Subow, ad debellandos Perſas ulciſcendumque Iberiae regem copias duceret, breui tempore exercitum petere juſſus ſum; ut fauentibus victricibus Rutheniae armis, ditiones Caſpio mari ab Occidente adjacentes, Hiſtoriae naturalis gratiâ viſitarem. Majo menſe, capto jam inclyto munimento Derbento, ad exercitum perueni: quem Caſpiâ viâ ſecutus, quotidie in noua mihique incognita corpora naturalia incidi. Ubi ad ſaxum Beſchbarmak ventum eſt, quum oppidum Baku Rutheniae armis ſponte ceſſiſſet, relicto tractu littorali, loco ſubalpino, Kurt-Bulak dicto, ad fontes torrentium Atae et Koſutſchai, quo iter ad antiquam urbem Schamachi faciendum, caſtra poſita fuere. Quo facto, Julium Auguſtumque quietae ſtirpium rariorum inueſtigationi impendere mihi licuit. Sub finem autem Auguſti, ipſas inclytae olim urbis Schamachi ruinas riuumque Pirſagat attigimus; Octobri vero exeunte, ſuperatis montibus aſperis, dictae urbi oppidoque recens condito priſco nomine Schamachi nuncupato interjacentibus, ad planiora deuenimus, per quae Cyrus fluuius, relictis Iberiae montibus receptoque a dextrâ Araxe, ad Caſpium mare defluit. Peragratâ planitie, ad ipſam fluminis ripam Nouembri hybernacula poſita fuere.

Poſt CATHARINAE AUGUSTAE obitum, compoſito repente bello perſico, a. 1797, menſe Januario ab exercitu diſceſſi, Moſquam Petropolinque profecturus. Quo redux, eodem anno Sciagraphiam ditionum Caſpio-caucaſicarum, fluminum Terek et Cyri oſtiis interjacentium, gallico ſermone conſcriptam, cum appendice botanico (*) euulgaui: quae poſtmodum, me curante, germanico etiam idiomate, cum fuſioribus quarundam plantarum rariorum Caucaſi deſcriptionibus (**) in lucem prodiit.

Anno 1798 Caucaſicas regiones iterum adii et quidem tractum eo uſque mihi minus cognitum, eum ſcilicet, qui altiorum montium radicibus a Septentrione adjacens, ab Oriente, a mari Caſpio et Soanae (Terek) oſtiis, Occidentem verſus, uſque ad Anticetae (Cuban) oſtia Palumque Moeotiden extenditur. Hunc, ſuperatis aut pulſis inquilinis, nunc nouaccolae Roſſi tenent, oppida vero Kiſljar et Moſdok, Soanae fluuio impoſita, accerſiti ex Armeniâ Iberiâque coloni. Totam hanc regionem, ſicut Tauriam et alias Roſſiae meridionalis prouincias complures quotannis viſitare, ut rei ruſticae in colendâ imprimis moro et vite prouideatur, mei nunc eſt muneris.

Interea non defuit mihi occaſio, Caucaſi ſeptentrionalioris etiam ſubalpina peragrandi. Scilicet a Georgopolitano munimento ſaepenumero regionem, cui Cabardae nomen intraui, diſtrictusque adii exaduerſum ſummum Caucaſi montem Elborus poſitos, unde torrentes Malk, Bakſan, Podkumok et ipſe Anticetas fluuius originem trahunt. In viciniâ vero fortalitii et thermarum Conſtantinomontanarum promontoriique Beſchtau, cujus ter cacumen adſcendi, et circa acidulam Narzana, ſtirpium inueſtigandarum gratiâ, multum temporis peregi.

(*) Tableau des provinces, ſituées ſur la côte occidentale de la mer Caſpienne, entre les fleuves Terek et Kour. St. Petersbourg. a. 1797. 4°

(**) Marſchall v. Bieberſtein, Beſchreibung der Laender am Caſpiſchen Meer, zwiſchen den Flüſſen Terek und Kur &c. Frankfurth. a. 1800. 8vo

In Iberiam bis iter feci: primum a. 1802, deinde a. 1805, tempore autumnali. Igitur ab oppido Mosdok, per Castellum Wladi-Kawkas, tum per angustias, per quas Soana torrens, ex alpe Kasbek originem trahens, immani cum strepitu ruit, Portasque Caucasicas, porro trajecto Caucasi jugo alpino Kaischaur, torrentem Aragum secutus, rectâ viâ caput gentis Tiflin petii. Unde omnem fere Iberiam, cum Albaniâ ibericâ (Cachetiâ), quam Alazonius (Alazan) et Cambyses (Joer) alluunt, peragraui; in visitandâ autem Armeniâ ibericâ (Somchetiâ) socius fuī Comiti Mussin-Puschkin, tunc temporis incolumi; qui, pro singularī suâ erga me beneuolentiâ, complures stirpes rariores, vernali praesertim tempore ab ipso et a botanophilis quibusdam, Viro Illustri addictis, per Iberiam lectas mecum communicauit. Postremum iter ibericum, quamuis festinanter et vix a rectâ viâ, quâ Tiflin itur, deflectens, neque tamen sine fructu et insigni Florae meae incremento peregi. Etenim, praeter stirpes imprimis alpinas, quas ipse legi, plantis bene multis, mihi adum ignotis, ex herbario amiciss. Steueni, qui per biennium officio in Iberiâ detentus, tunc Tifli agebat, locupletatus discessi. Idem Vir amicissimus, ex Iberiâ redux, complures insuper plantas ibi lectas, immo nonnullas, facto nuper per Tauriam itinere a se detectas, in Florae hujus commodum mecum communicauit.

Supereſt, ut de ratione hujusce operis et de adminiculis, quibus usus sum litterariis pauca differam. Obseruationum collectionumque, in itineribus comparatarum omnem suppellectilem, quotannis Mosquam vel Petropolin allatam, hyemali tempore digerere et in ordinem redigere studui, Bibliothecam ad manus habens amici optimi Fr. Stephani egregiam, cui par in botanicis per Rutheniam nulla. Deinde a. 1804, opere magnâ ex parte jam elaborato, iter per Germaniam Galliamque, eum praecipue in finem suscepi, ut Clarissimorum Botanicorum familiaritate et consiliis, in propositi operis commodum uterer. Lutetiam vero Parisiorum profectus ibique comiter exceptus, perlustratis inclytis herbariis Tournefortiano et Vaillantiano, quae in Museo Parisino seruantur, multum in Historiâ stirpium Tauricо-caucasicarum, imprimis quoad

Synonymiam profeci. Caeterum, praeter plantas, quas in regionibus, de quibus ſermonem facio, aut ipſe legi, aut ibidem ab amicis lectas, ex ſiccis ſpeciminibus bene cognitas habeo, nullas Florae inſerui, ne quidem a Clariſſimis autoribus commemoratas; ne peregrinos errores forte meos facerem.

Totum opus ad normam Syſtematis ſexualis et ſecundum Linnaei Species plantarum, curante Willdenouio, nouiſſime editas (*) digeſſi. Synonyma adduxi ſelectiora, Botanicorum vero Ruthenicorum, quibus tamen compilatores non accenſeo, quae mihi innotuere omnia. Deſcriptiones adjeci fuſiores vel breuiores, prout rei nouitas et difficultas, vel hallucinationes autorum, vel denique Synonymiae incertitudo expoſcere viſae ſunt. Icones Plantarum Tauriae Caucaſique ineditas peculiari operi, ſi faueat Deus edendo, reſeruaui; Cryptogamicas vero ſtirpes, aut ſegnius aut minus feliciter lectas atque obſeruatas, pro tempore omiſi: ne incompleta indigeſtaque, curatius adornatis juncta proponerem.

His utere, Lector, mihique faue. Dabam Charkouiae, menſe Januario a. MDCCCVIII.

(*) C. a Linné Species Plantarum, curante C. L. Willdenow. Tom. I–IV. Berolini, a. 1797–1805. 8.

FLORA

TAURICO-CAUCASICA.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. SALICORNIA. Cál. fquamae ventriculoſae, 1 f. 3. Pet. o. Sem. 1, calyce perſiſtente tectum.

1. SALICORNIA *herbacea.*

S. herbacea patula, calycibus integerrimis truncatis articulorum ſubcylindricorum lateri immerſis.

S. herbacea patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis, ſpicis axillaribus oppoſitis pedunculatis: ſquamis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 25. Flor. dan. t. 303. Schkuhr bot. n. 1. t. 1. Pall. itin. 1. p. 179. app. n. 89. ind. taur. Habliz taur. p. 141. Gmel. ſib. 3. p. 8. n. 2.*

Copioſa in ſalſugineis ad lacus ſalſos, et ad littora marina. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Flores ad articulorum baſin lateralem utrinque tres: intermedio altiore. *Calyx* articulus apice perforatus pro emiſ-

fione *Staminis*. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breuiſſimus. *Stigma* ſimplex.

2. SALICORNIA *ſtrobilacea*.

S. fruticoſa diuaricata, calycibus triphyllis articulis breuiſſimis interjectis.

S. caule proſtrato fruticoſo, articulis truncatis alternatim ſpiciferis, ſpicis nudis breuiſſimis oppoſitis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 25. Pall. it. 1. p. 481. app. n. 91. t. B. f. 1. 2. Gmel. ſib. 3. p. 8. n. 2. II. t. 1. f. 1.*

S. arboreſcens ſine geniculis. *Buxb. cent. 1. p. 6. t. 10. f. 2.*

Communis ad lacus ſalſos, littoraque marina tam Tartariae, quam planitierum Caucaſo ſubjacentium. Floret cum antecedente. ♄

Frutex humilis diſtortus ramoſiſſimus. *Rami articulique* breues. *Flores* utrinque terni articulis interjecti. *Stamen 1. Styli 2.* Perperam Gmelinus loc. cit. hanc et praecedentem conjunxit.

3. SALICORNIA *caſpica*.

S. fruticoſa erecta, calycibus triphyllis articulis ſubcylindricis interjectis. *Marſch. caſp. p. 125. app. n. 1. Pall. it. 1. p. 480. app. n. 91. t. D. A. f. 2.*

S. articulis cylindricis, ſpicis filiformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 26.*

S. arboreſcens geniculata. *Buxb. cent. 1. p. 6. t. 10. f. 1.*

Frequens in ſalſuginoſis ad mare Caſpium, nec non per planities ei finitimas. Floret Auguſto. ♄

Variat magnitudine et articulorum formâ. Mox vix pede altior, mox orgyalis et ultra: *articulis* antiquioribus elongatis, ſerotinis breuiſſimis ſubgloboſis. *Calycina* foliola inaequalia: unico minimo, ut calyces diphylli videantur.

DIGYNIA.

2. CORISPERMUM. Cal. o. Pet. 2. Sem. 1, ouale, nudum.

4. CORISPERMUM *hyſſopifolium.*

C. ſpicis terminalibus, floribus diſtantibus, foliis eneruiis bracteisque inermibus. *Vahl. ſpec. plant. 1. p. 16. Linn. ed. Willd. 1. p. 28. Hort. ups. p. 2. n. 1. Pall. roſſ. 2. p. 112. t. 98. f. A. E. Gmel. ſib. 3. p. 10. n. 3. (exclus. variet.)*

Frequens in arenâ mobili defertorum Caucaſo ſubjacentium. Floret Junio, Julio. ⊙

Petala 2. *Stamina* 2. *Styli* 2 breues, *Semen* orbiculatum vix emarginatum.

5. CORISPERMUM *ſquarroſum.*

C. ſpicis axillaribus, floribus confertis imbricatis, foliis eneruiis bracteisque mucronatis ſubpungentibus. *Vahl ſpec. 1. p. 16. Lamark dict. enc. 2. p. 110. n. 2. Linn. hort. upſ. p. 3. n. 2. Gmel. ſib. 3. p. 10. n. 3. var. I et II.*

C. hyſſopifolium. var. *Pall. roſſ. 2. p. 112. t. 98. f. B. C. D. et it. 1. app. p. 485. n. 97.*

Coriſpermum glabrum majus longiſſimis foliis, ſpecies altera; et Atriplex ramoſa, Hyſſopi foliis craſſiuſculis in ſpicam ſquarroſam congeſtis. *Amm. ruth. n. 225 et 231.*
Rhagroſtis ſemine Paſtinacae. *Buxb. cent. 3. p. 30. t. 55.*

Creſcit in ſabulis inundatis ad ripas fluminum. Frequens ad Boryſthenem, circa oppidum Beriſlav. Floret verſus autumnum. ⊙

Petala o. *Stam. 2-3. Styli 2* filiformes longitudine ſtaminum. *Semen* paullo majus quam C. hyſſopifolii, minus perfecte orbiculatum, apice euidenter emarginatum.

6. CORISPERMUM *pungens.*

C. floribus axillaribus aggregatis, foliis lineari-lanceolatis neruosis bracteiſque ſubulatis pungentibus. *Vahl ſpec. 1. p. 17.*

C. fquarrofum. *Linn. ed. Willd. 1. p. 28. Pall. roff. 2. p. 113. t. 99. et it. 1. p. 485. n. 98.*

Rhagroftis foliis arundinaceis. *Buxb. cent. 3. p. 30. t. 55.*

Prouenit copiofe in arenâ mobili deferti Cumani. Floret Auguſto. ☉

Florum glomeruli *bracteis* pungentibus echinati. *Petala* o. *Stamina* folitaria nuda. *Styli* 2. recti diuergentes. *Semen* orbiculatum emarginatum.

3. BLITUM. Cal. 3-fidus. Pet. o. Sem. 1, calyce baccato.

7. BLITUM *virgatum.*

Bl. capitellis fparfis lateralibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 30. Hort. upf. p. 3. Curt. mag. Gmel. fib. 3. p. 16. n. 9.*

Bl. fragiferum maximum polyfpermum. *Amm. ruth. p. 166. n. 239.*

Atriplex filueftris baccifera. *Cluf. hift. 2. p. 135.*

In ruderatis, aceruis inter Chenopodia paſſim occurrit. Floret Majo, Junio. ☉

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

4. JASMINUM. Cor. hypocrateriformis, 5-8fida. Bacca dicocca. Semina folitaria, arillata.

* *Foliis ternatis.*

8. JASMINUM *fruticans.*

J. foliis alternis ternatis fimplicibuſque, foliolis fubcuneatis, laciniis calycinis fubulatis. *Vahl. fpec. 1. p. 33. Linn. ed. Willd. 1. p. 39. Curt. mag. Pall. roff. 2. p. 33. ind. taur. Habl. taur. p. 111.*

In Tauriae et Iberiae collibus nemorosis, locis lapidosis aridis obuium. Floret Majo, Junio. ♄

** *Foliis pinnatis.*

9. JASMINUM *officinale.*

J. foliis oppositis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmulis erectiusculis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 40. Willd. arb. berol. p. 148. n. 1. Pall. rosſ. 2. p. 33. Hall. hiſt. n. 529. Blackw. t. 13.*

Crescit hinc inde inter rudera oppidi Schamachi veteris. Floret Augusto. ♄

5. LIGUSTRUM. Cor. 4-fida. Bacca 4-sperma.

10. LIGUSTRUM *vulgare.*

L. foliis elliptico-lanceolatis glabris, racemis compositis coarctatis. *Vahl spec. 1. p. 35. Linn. ed. Willd. 1. p. 41. Willd. arb. berol. p. 169. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 503. Pall. rosſ. 2. p. 32. ind. taur. Habl. taur. p. 106.*

Abundat in syluis nemoribusque Tauriae et Caucasi. Floret Junio. ♄

In Tauriae sylúis densioribus obseruaui hinc inde frutices etiam hieme *folia* retinentes: quod á loco deriuandum, nec diuersitatem speciei inducit.

6. OLEA. Cor. 4-fida: laciniis subouatis. Drupa monosperma.

11. OLEA *europaea.*

O. foliis lanceolatis integerrimis: paginis discoloribus, racemis paniculatis. *Vahl. spec. 1. p. 39. Linn. ed. Willd. 1. p. 44. Pall. rosſ. 2. p. 18. ind. taur. Habl. taur. p. 77.*

Occurrit sporadice ad Tauriae meridionalis pagos mari nigro adjacentes, inde a pago Parthenite usque ad oppidum Baluclauam; circa Alupkam et Simeis magis copiosa: olim culta, forte a Liguris oras hasce tenentibus. Nunc cum Lauro, Diospyro et aliis quasi spontanea. ♄

7. CIRCAEA. Cor. 2-petala. Cal. 2-phyllus, fuperus. Caps. 2-locularis, non dehifcens: loculis monofpermis.

12. CIRCAEA *lutetiana.*

C. caule erecto, foliis ouatis fubferratis hirfutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 53. Flor. dan. t. 256. Curt. lond. Hall. hift. n. 813. Pall. ind. taur.*

In Tauriae montofis fyluaticis paffim reperitur: ad. Caucafum quoque circa caftellum a Sto Georgio dictum, ad riuulos fyluaticos lecta. Floret Junio. ♃

8. VERONICA. Cor. limbo 4-partito: laciniâ in fimâ anguftiore. Capf. 2-locularis.

* *Spicâ racemoue terminali.*

13. VERONICA *fpuria.*

V. foliis ternis oppofitisque lanceolatis aequaliter ferratis utrinque attenuatis. *Vahl fpec. 1. p. 56. Linn. ed. Willd. 1. p. 55. Gmel. it. 1. p. 169. t. 39. Gmel. fib. 3. p. 218. n. 32. (excluſo ſynonymo Linnaei) Pall. ind. taur.*

V. fpicata anguftifolia. *C. Bauh. pin. 246.*

V. recta vulgaris. *Clus. hift. 1. p. 347.*

Creſcit in graminofis montium rarius. Floret Majo, Junio. ♃

Folia anguſta, dentibus remotuiſculis breuibus. *Racemi* in ſummo caule paniculati. *Bracteae* exiguae. *Calyx* corollâ multoties brevior. *Petala* obtuſa. *Stamina* corollâ paullo longiora. A V. *paniculatâ* vix differt.

14. VERONICA *breuifolia.*

V. foliis ternis lato-lanceolatis argute ferrulatis pubeſcentibus, calycibus bracteisque breuiſſimis.

V. breuifolia. *Waldſt. Kit. pl. rar. hung.*

Legi in collibus lapidoſis promontorii caucaſici, prope pagum Donſkaja Balka, diſtrictus alexandrini. Floret Majo, Junio. ♃

Affinis praecedenti inflorescentiâ floribusque, ſed tota exili pube ſubglaucescens. *Folia* multo breuiora et latiora, ſerraturis crebrioribus argutioribusque. *Specimina* in horto vindobonenſi ex feminibus hungaricis enata coram habeo, caucaſicis ſimillima, niſi quod minus pubeſcant.

15. VERONICA *maritima.*

V. ſpicis terminalibus, foliis ſubcordato-lanceolatis inaequaliter ſerratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 55. Vahl ſpec. 1. p. 56. Flor. dan. t. 374.*

V. recta ſecunda. *Tabern. Kraeut. p. 773.*

In pratis Tauriae et ad Caucaſum hinc inde obuia. Floret aeſtate. ♃

Abunde ab antecedentibus diſtincta *foliis* baſi latioribus: ſerraturis in longiuſculum mucronem productis, *bracteis* ſubulatis elongatis, et *ſtaminibus* corollâ duplo longioribus.

16. VERONICA *incana.*

V. ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule erecto tomentoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 56. Vahl ſpec. 1. p. 59. Gmel. ſib. 3. p. 220. n. 35. Habl. taur. p. 158.*

Veronica ſpicata lanuginoſa et incana, floribus caeruleis. *Amm. ruth. n. 30.*

In Tauriae montium jugis ſummis caluis rupeſtribus prouenit. In ſummo monte Tſchaturdag copioſa. Floret Junio. ♃

Habitus, inflorescentia floresque omnino V. ſpicatae, praeter *tomentum* omnium partium candidiſſimum. In *alpeſtribus* humilior et hirſutior, foliisque latioribus obtuſioribus; in *campeſtribus* elatioribus ad Wolgam inferiorem altior atque viridior, foliis imprimis ſummis acutiuſculis. An haec *V. neglecta. Vahl ſpec. 1. p. 59?*

17. VERONICA *ſpicata.*

V. foliis lanceolatis crenatis obtuſiuſculis, caule adſcendente, bracteis longitudine florum. *Vahl ſpec. 1. p. 60. Linn. ed. Willd. 1. p. 56. Flor. dan. t. 52. Hall. hiſt. n. 542. Gmel. ſib. 3. p. 221. n. 37. Pall. ind. taur.*

Veronica ſpicata minor. *C. B. pin. 247. Vaill. par. t. 33. f. 4. (icon variet. triandrae.)*

Copioſa in graminoſis ubique. Floret Majo, Junio. ♃

Racemus terminalis, plerumque ſolitarius. *Petala* acuta.

18. VERONICA *hybrida.*

V. ſpicis terminalibus, foliis ellipticis obtuſis inaequaliter crenato-ſerratis, caule erectiuſculo. *Smith brit. 1. p. 16. Linn. ed. Willd. 1. p. 57. Vahl ſpec. 1. p. 60. Willd. ap. Schrad. ephem. 1. p. 288. t. 3.*

V. orchidea. *Cranz faſc. auſtr.*

V. ſpicata cambrobritannica, Bugulae ſubhirſuto folio. *Ray ſyn. ed. 3. p. 278. t. 11. f. 1.*

Abundat in promontorio Caucaſi circa Moſdok et Caſtellum Georgopolitanum. Floret aeſtate. ♃

Caulis erectus ſimplex pedalis vel paullo altior teres, undique aequaliter pubeſcens. *Folia* inferiora cordato-ouata groſſe obtuſe et inaequaliter ſerrata, utrinque pubeſcentia, petiolata: petiolo breui foliaceo-marginato: ſuperiora anguſtiora longioraque apice integra, ſumma ſeſſilia. *Racemus* terminalis longiſſimus, accedentibus ſaepe nonnullis lateralibus ſuboppoſitis ex foliorum ſummorum axillis. *Bracteae* lineari-lanceolatae: inferiores flore longiores, ſuperiores vix calycis longitudine. *Flores* ſubſeſſiles formâ V. ſibiricae. *Calyx* quadripartitus, corollâ breuior; laciniis lanceolatis pubeſcentibus ciliatis, ſuperioribus breuioribus. *Corolla* amoene caerulea: *tubo* breui, fauce villis clauſâ; *limbo* longiore; laciniâ ſuperiore latiore lanceolatâ acutâ erectâ in formam galeae; tribus inferioribus labelli adinſtar deflexis patentiſſimis acutis, intermediâ lineari acuminatiſſimâ. *Stamina* corollâ, *Stylus* ſtaminibus longior. *Stigma* minimum

haud incraſſatum. *Capſula* rotunda compreſſiuſcula, calyce paullo major.

Planta caucaſica differt ab anglicâ *foliis* breuioribus baſique latioribus.

19. VERONICA *gentianoides.*

V. racemo terminali cauleque erecto ſimpliciſſimo, foliis inferioribus oblongis obtuſis ſubcrenatis ſucculentis: ſummis acutiuſculis.

V. corymbo terminali, caule adſcendente, foliis lanceolatis margine cartilagineis: inferioribus connatis vaginantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 61. Vahl ſymb. 1. p. 1. Smith in act. ſoc. linn. 1. p. 194. Hoppe enchirid. a. 1796. p. 94.*

V. Buxbaumiana. *Pall. ind. taur.*

V. erecta Blattariae facie. *Buxb. cent. 1. p. 23. t. 35.*

V. orientalis erecta Gentianellae foliis. *Tourneſ. cor. p. 7.*

Creſcit in alpibus tam Tauriae quam Caucaſi. Floret Majo. ♃

Calyces quadrifidi inaequales. *Corolla* dilute caerulea; laciniis tribus latis rotundatis, infimâ oblongâ anguſtiore.

20. VERONICA *ſerpyllifolia.*

V. racemo terminali ſubſpicato, foliis ouatis glabris crenatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 64. Flor. dan. t. 492. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 546. Gmel. ſib. 3. p. 221. n. 36. et p. 223. n. 39. Pall. ind. taur.*

Lecta rarius in montium altiorum pratis ſyluaticis. Floret Majo, Junio. ♃

* * *Spicis racemisve lateralibus.*

21. VERONICA *Beccabunga.*

V. racemis lateralibus, foliis ouatis planis, caule repente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 64. Flor. dan. t. 511. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 534. Gmel. ſib. 3. p. 224. n. 41. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

Obſeruaui hinc inde in foſſis et ad riuulos tardius fluentes Caucaſi. Floret Majo, Junio, Julio. ♃

22. VERONICA *Anagallis.*

V. racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 1. p. 65. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 533. Gmel. ſib. 3. p. 224. n. 42. Pall. ind. taur.*

Communis in foſſis et ad riuulos. Floret à Majo per totam aeſtatem. ☉

23. VERONICA *officinalis.*

V. ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis obouato-ſubrotundis piloſis annuis, caule procumbente hirto. *Linn. ed. Willd.* 1. *p. 59. Flor. dan. t. 248. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 540.*

Perrara his in regionibus planta. Legi in pratis ſyluaticis ad latera Tauriae montis Ajudag; ex Iberiâ retulit *amiciſſ. Steuen.* Floret Junio. ♃

24. VERONICA *latifolia.*

V. racemis lateralibus, foliis cordatis ſeſſilibus rugoſis obtuſe ſerratis, caule ſtricto, foliolis calycinis quinis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 71. Hall. hiſt. n. 537. Retz obs. 1. p. 9.*

V. Pſeudo-Chamaedrys. *Jacq. auſtr. 1. p. 37. t. 60. optima. Pall. ind. taur.*

V. Teucrium. *Roth. nov. catal. 1. p. 69.*

Communis in pratis ſyluaticis. Floret Junio, Julio. ☉

25. VERONICA *proſtrata.*

V. racemis lateralibus, foliis oblongo-ovatis ſerratis, caulibus proſtratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 67. Hall. hiſt. n. 538.*

V. anguſtifolia minor. *Riu. monop. t. 95.*

Occurrit in collibus graminoſis Tauriae. Floret aeſtate. ♃

Variat caulibus adſcendentibus et penitus procumbentibus. Haec videtur V. *proſtrata*, illa V. *Teucrium* Linn. Utraque. V. *latifoliae* nimis eſt affinis.

26. VERONICA *Chamaedrys.*

V. racemis lateralibus, foliis ouatis feſſilibus rugoſis dentatis, caule bifariam piloſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 69. Flor. dan. t. 448. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 536. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 147.*

Creſcit paſſim in pratis et pomariis fertilioribus. Floret Majo, Junio ante V. latifoliam. ♃

27. VERONICA *peduncularis.*

V. racemis lateralibus, foliis ouatis inciſo-ſerratis, caule hirto bifariam piloſiore, pedicellis fructus capillaribus. *Marſch. caſp. p. 126. app. n. 2.*

V. pedunculata. *Vahl. ſpec. 1. p. 77. Perſoon enchirid. 1. p. 12.*

V. Chamaedryos foliis paruis. *Buxb. cent. 1. p. 26. t. 41. f. 1.*

β. caulibus flaccidis, foliis minus profunde inciſis.

γ. humilis, proſtrata, foliis parvis obtuſis crenatis.

Occurrit α et β in nemoribus umbroſis Caucaſi inter arbores et frutices: γ in rupeſtribus. Floret Majo. ♃

Differt ab affini V. Chamaedri *caule* undique villoſo, lineis tantum duabus è villis crebrioribus; *foliis* utrinque magis villoſis, profundius inciſis; *pedicellis* tenuibus elongatis et *calycinis* ſegmentis obtuſioribus. *Varietas* γ *petraea* ſtaturâ habituque maxime aberrat, ut facile pro peculiari ſpecie haberetur, niſi individua extarent utramque conjungentia.

28. VERONICA *umbroſa.*

V. racemis lateralibus, foliis oblongis obtuſis remote ſerratis ſcabris: ſummis lineari-lanceolatis integerrimis, caulibus repentibus, calycibus corollam aequantibus.

Occurrit paſſim in ſyluarum Tauriae umbroſiſſimis circa oppidum Karaſſubaſar. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta laxe cæſpitans. *Racemi* pauciflori. *Pedicelli* filiformes. *Calycina* ſegmenta linearia longitudine corollae.

29. VERONICA *orientalis.*

V. racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis: inferioribus pectinato-pinnatifidis, ſuperioribus integris; calycinis ſegmentis inaequalibus ſubulatis, caulibus procumbentibus.

V. foliis lineari-lanceolatis integerrimis ſerratis pinnatifidisque, pedicellis capillaribus bracteâ longioribus. *Vahl ſpec. 1. p. 71. Lamark dict. enc. 1. p. 43.*

α. major, foliisque latioribus.

V. *(orientalis)* racemis lateralibus, foliis pinnatifidis glabris acutis baſi attenuatis, calycibus inaequalibus, pedicellis capillaribus bracteâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 69.*

V. orientalis foliis laciniatis. *Tournef. cor. p. 7.*

V. montana folio vario. *Buxb. cent. 1. p. 4. t. 38.*

β. humilis, anguſtifolia.

V. *(taurica)* racemis lateralibus, foliis piloſiuſculis lincaribus indiviſis et pinnatifido-denticulatis, pedunculis bracteâ longioribus, calyce quadrifido glabro. *Linn. ed. Willd. 1. p. 70.*

V. orientalis β. taurica. *Vahl ſpec. 1. p. 71.*

Creſcit α in Tauriae graminoſis montanis rarius: β in lapidoſis cretaceis, circa Karaſſubaſar et Sympheropolin; tum in ſummo monte Tſchaturdag. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

Pedicelli floris bracteas vix excedunt: fructiferi elonguntur more generis. *Calyces* pubeſcentes. *Corollae* coeruleae.

30. VERONICA *multifida.*

V. racemis lateralibus, foliis bipinnatifidis: laciniis lanceolatis linearibusque, calycinis ſegmentis inaequalibus ſubulatis, caulibus procumbentibus baſi ligneſcentibus.

V. racemis lateralibus, foliis multipartitis, laciniis pinnatifidis, lobis decurrentibus; pedunculis breuibus, calyce glaberrimo, caule villoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 69. Pall. ind. taur.*

V. foliis multifidis linearibus. *Gmel. fib. 3. p. 222. n. 38.*

β. hirſutior; corollis roſeis.

V. frutescens, Abrotani folio, floribus carneis. *Amm. ruth. p. 25. n. 33.*

Crescit in campis collibusque apricis Tauriae et Caucasi. Floret Aprili, Majo. ♃

Foliorum praesertim inferiorum lacinulae breues. *Pedicelli* florum bracteâ breuiores aut aequales. *Calyces* mox glabriuſculi, mox exili pube vestiti. Gmelinus in *Florâ ſibir. 3. p. 222. ſub. n. 38.* hanc et affines conjunxit.

31. VERONICA *tenuifolia.*

V. racemis lateralibus, foliis pinnatifidis: laciniis linearifiliformibus, calycinis segmentis subulatis: superioribus breuissimis, caulibus adscendentibus.

Habitat in Iberiâ. D. *Steuen.* ♃

Affinis V. multifidae, sed *caules* magis elongati; *folia* minus composita; laciniis, praesertim inferiorum, elongatis; *pedicelli* bracteis aequales aut longiores, *calycina* segmenta tria superiora minima. An haec V. *paruiflora Vahlii (Spec. 1. p. 72.)?* at *flores* praecedentibus nequaquam minores.

32. VERONICA *caucasica.*

V. racemis lateralibus, foliis bipinnatifidis: laciniis lanceolatis linearibusque, pedicellis capillaribus, calycinis segmentis subaequalibus lanceolatis, caule erectiuſculo.

Habitat in Iberiâ. ♃

Folia V. multifidae, sed laciniis inferiorum latioribus. *Pedicelli* capillares bracteâ longiores. *Segmenta calycina* quatuor subaequalia, latiora quam affinium. *Petala* rotundata.

33. VERONICA *auſtriaca.*

V. racemis lateralibus, foliis pinnatifidis: laciniis lanceolatis inciso-dentatis, calycinis segmentis subulatis inaequalibus caulibus herbaceis erectis simplicibus.

V. racemis lateralibus, foliis pilofiufculis linearibus pinnatifidis, laciniis infimis longioribus diuaricatis, calycibus pilofiufculis, pedunculis bracteâ breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 70. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 146.*

V. auftriaca et multifida. *Jacq. auftr. 4. p. 15. t. 329.*

Chamaedrys fpuria tenuiffime laciniata. *J. B. Morif. hift. 2. fect. 3. t. 23. f. 17.*

Communis in campis collibusque apricis. Floret Majo, Junio. ♃

Veronicae omnes, quae foliis incifis inftruuntur *calyce* gaudent quinquefido: lacinulâ fummâ minimâ. *Pedicelli* funt longiores in 32, 31, 29; breuiores in 30 et 33.

* * * *Pedunculis unifloris.*

34. VERONICA *amoena.*

V. floribus folitariis fubracemofis, foliis ouatis crenatis: floralibus oblongis integerrimis pedunculis breuioribus, fegmentis calycinis linearibus, caule patulo.

V. orientalis, foliis hederae terreftris, magno flore. *Tournef. cor. p. 7?*

Habitat in Iberiae campis. Floret primo vere. *D. Steuen.* ☉

Magnitudo V. aruenfis. *Folia* floralia caulinis abfimilia minuta integerrima; ut dubium interfit, annè haec fpecies priori potius tribui fit annumeranda. Pulcherrima hujus ordinis; *flore* magno cyaneo fundo albido infignis.

35. VERONICA *agreftis.*

V. floribus folitariis pedunculatis, foliis cordatis petiolatis, caule pubefcente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 72. Flor. dan. t. 449. Curt. lond. Hall. hift. n. 549. Pall. ind. taur.*

Communis in ruderatis et cultis. Floret Aprili, Majo. ☉

36. VERONICA *aruenſis.*

V. floribus ſolitariis foliisque cordatis ſubſeſſilibus, caule hirto. *Linn. ed. Willd.. 1. p. 73. Flor. dan. t. 515. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 548. Pall. ind. taur.*

Occurrit cum praecedente, minus frequens et eodem tempore floret. ⊙

37. VERONICA *hederifolia.*

V. floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis pedunculo breuioribus: calycinis ouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 73. Flor. dan. t. 428. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 550. Pall. ind. taur.*

Vulgo in ruderatis et aruis florens cum praecedentibus obuia. ⊙

38. VERONICA *filiformis.*

V. floribus ſolitariis, foliis cordatis crenatis pedunculo breuioribus: calycinis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 74. Smith in act. ſoc. linn. 1. p. 195.*

V. orientalis foliis hederae terreſtris, magno flore. *Buxb. cent. 1. p. 25. t. 40. f. 1. (excluſo ſynonymo Tournef.)*

Habitat in Italiae agris et campis. Floret primo vere. ⊙

Simi[illegible] V. agreſti, nec hederifoliae. *Habitus* gracilior. *Pedunculi* lo[illegible]es tenuiſſimi. *Calycina ſegmenta* anguſtiora. *Corolla* colore [illegible] magnitudine V. agreſtis.

39. VERONICA *triphyllos.*

V. floribus ſolitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, caule patulo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 74. Flor. dan. t. 627. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 551.*

Perfrequens ubique in agris, campis locisque incultis. Floret Aprili, Majo. ⊙

Flores in hac et ſubſequente ſicut in n. 34 ſubracemoſi.

40. VERONICA *verna.*

V. floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis digitato-partitis: ſummis indiuiſis, caule ſtricto. *Linn. ed. Willd. 1. p. 75. Flor. dan. t. 252. Hall. hiſt. n. 552. Pall. ind. taur.*

Abundat vere cum praecedentibus. ⊙

9. VERBENA. Cor. infundibuliformis, ſubaequalis, curua. Calycis dens unicus truncatus. Semina 2 ſ. 4 nuda. (Stam. 2 ſ. 4.)

41. VERBENA *officinalis.*

V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, caule ſolitario. *Linn. ed. Willd. 1. p. 120. Flor. dan. t. 628. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 219. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

Frequens in incultis. Floret Junio, Julio. ⊙

10. LYCOPUS. Cor. 4-fida: laciniâ unicâ emarginatâ. Stamina diſtantia. Sem. 4, retuſa.

42. LYCOPUS *europaeus.*

L. foliis finuato-ferratis glabriuſculis.

L. foliis finuato-ſerratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 120. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 220. Gmel. ſib. 3. p. 248. n. 88. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Copioſus ad riuulos, foſſas et arundinet[illegible] Floret Julio, Auguſto. ♃

43. LYCOPUS *exaltatus.*

L. foliis pinnatifidis hirtis, lobis oblongis ſubdentatis.

L. foliis baſi pinnatifido-ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 121.*

L. foliis in profundas lacinias inciſis. *Sabbat. hort. rom. 3. t. 64.*

Occurrit cum antecedente, qno tamen minus eſt communis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Difcrepat a L. *europaeo* non magnitudine, fed *foliis* fubtus pubefcentibus ad neruum medium ufque incifis: lobis oblongis acutiufculis fubdentatis margine reuolutis, extimis confluentibus.

11. ZIZIPHORA. Cor. ringens: labio fuperiore abbreviato, plano. Cal. filiformis. Semina 4.

44. ZIZIPHORA *clinopodioides.*

Z. faſciculis terminalibus, foliis ouatis nudis, caulibus erectiufculis fubſimplicibus.

Z. foliis ouatis, verticillis axillaribus et terminalibus, calycibus piloſis fubincanis. *Lamark illuſtr. p. 63. n. 269. Marſch. casp. p. 128. n. 3. ſub notâ.*

Cunila (*capitata*) foliis ouatis, floribus terminalibus, umbellâ ſubrotundâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 122. Suppl. p. 87. Vahl. ſpec. 1. p. 214.*

Serpillum orientale, Origani folio, roſam et cinnamomum olente. *Tournef. cor. p. 13.*

Habitat in Armeniae ibericae monte Alwar. ♃

Iberica *planta* ſibiricae ſimillima: *flores* plerumque in capitulum terminale ſubrotundum ſimplex collecti.

Cunilam et Ziziphoram *Linn.* in unum genus jungo; praecuntibus recentioribus compluribus.

45. ZIZIPHORA *capitata.*

Z. faſciculis terminalibus, foliis ouatis ciliatis, caule brachiato.

Z. capitata. *Linn. ed. Willd. 1. p. 123. Lamark illuſtr. 1. p. 63. n. 266. t. 18. f. 3. Pall. ind. taur.*

Thymus humilis latifolius. *Buxb. cent. 3. p. 28. t. 51. f. 1.*

Prouenit paſſim in agris et campis, ſolo firmiore. Floret Junio. ⊙

46. ZIZIPHORA *taurica.*

Z. floribus lateralibus, foliis lanceolatis integerrimis ciliatis, corollis fauce inflatis calyce duplo longioribus.

Thymbra ſpicata. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae faxoſis calcareis et ad latera torrentium, inter lapidum fragmenta. Floret Junio, Julio. ⊙

Statura et *affinitas* ſumma Z. tenuioris, ut praeter *flores* aegre dignoſcatur. *Calycum* pili minus quam in hâc elongati. *Corolla* duplo major: tubo extra calycem multum ampliato, qui in Z. tenuiore calycem vix excedit. *Odor* totius plantae fortis, mihi gratiſſimus.

47. ZIZIPHORA *ſerpillacea.*

Z. racemis terminalibus capitatis, foliis lanceolatis nudis, caulibus ſuffruticoſis declinatis. *Marſch. caſp. p. 128. app. n. 3.*

Serpillum orientale, folio Pulegii vulgaris. *Tournef. cor. p. 13.*

β. foliis lineari-lanceolatis integerrimis confertis.

Serpillum orientale, folio Pulegii ceruini. *Tournef. cor. p. 13. (ex autopſiâ herbar. autoris.)*

Habitat in graminoſis montium caucaſicorum: β in campis apricis Iberiae circa Tiflin. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♄

48. ZIZIPHORA *daſyantha.*

Z. verticillis terminalibus axillaribusque confertis hiſpidis, foliis ouatis ſubciliatis, caulibus procumbentibus hirſutis.

Habitat in Caucaſi iberici ſubalpinis. Floret Julio, Auguſto, Septembri. ♃

Dignoſcitur ab affinibus *foliis* ſuperioribus *bracteisque* latis ſubrotundis et praeprimis *calycum* pilis albis rigidis copioſis. In Armeniae ibericae campis elatis datur *varietas foliis* paullo anguſtioribus et *calycum* pilis breuioribus rarioribusque, media quaſi inter hanc et Z. ſerpillaceam, atque Z. hiſpanicae maxime *affinis.*

12. SALUIA. Cor. inaequalis. Filamenta transuerse pedicello affixa.

49. SALUIA *Habliziana.*

S. villosa, foliis pinnatis integerrimis, foliolis lanceolatis subaequalibus: superioribus geminatis. *Willd. ap. Schrad. ephem. 1. p. 289. t. 2. Linn. ed. Willd. 1. p. 129. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 120.*

S. scabiosaefolia. *Lam. in. Journ. d'Hist. nat. a. 1792. p. 41. t. 27. Vahl. spec. 1. p. 228.*

Crescit in Tauriae montibus cretaceis, circa oppidum Karassubasar frequens. Floret aestate et passim usque in serum autumnum. ♃

50. SALUIA *grandiflora.*

S. foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis multifloris, calycibus acutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 130. Ettl. salu. n. 2. Vahl. spec. 1. p. 223.*

S. officinalis. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.*

Crescit in Tauriae montibus meridionalibus, locis apricis saxosis. Floret aestate. ♃

Differt ab affini S. officinali *foliis* cordatis, *floribus* majoribus, *calycibus* magis hirsutis: dentibus subulatis nec mucronatis. *Odor saporque* exacte S. officinalis.

51. SALUIA *viridis.*

S. foliis oblongis crenatis, corollarum galeâ semiorbiculatâ, calycibus fructiferis reflexis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 132. Ettl. salu. n. 17. Jacq. ic. rar. 1. t. 4.*

In promontorio caucasico, praesertim orientali, locis editis saxosis prouenit. Floret Majo. ☉

52. SALUIA *Horminum.*

S. foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 132. Ettl. salu. n. 16. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 119.*

Horminum creticum. *Barrel. ic. 1233.*

Sclarea minor, comâ violaceâ. *Buxb. cent. 4. p. 24. t. 39. f. 2.*

Lecta ad dumeta circa Tauriae oppidum Karaſſubaſar Majo. ⊙

53. SALVIA *nemoroſa.*

S. foliis cordato-lanceolatis ferratis planis, bracteis coloratis, corollae labio infimo reflexo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 134. Vahl. ſpec. 1. p. 267. Ettl. ſalu. n. 37. β. (ſub S. ſylueſtri.) Gmel. ſib. 3. p. 226. n. 45. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

Hormini ſilueſtris quinti ſpecies prior. *Clus. hiſt. 2. p. 31.*

β. foliis latioribus biſerratis viridioribus.

γ. foliis anguſtioribus magis incanis.

S. orientalis Betonicae folio acutiſſimo comâ purpuraſcente. *Tournef. cor. p. 10. (ex autopſiâ herb. Vaillantii.)*

Abundat in Tauriae Caucaſique campis herbidis. Floret per totam aeſtatem. ♃

Variat foliis latioribus anguſtioribusque, ſimpliciter et duplicato-crenulatis, viridibus et canis; *bracteis* coloratis et viridibus; *corollis* coeruleis roſeis et albis. *Flores* non pilis, ſed tomento tenuiſſimo ſubuiſcido veſtiti. *Corollae* labium inferius cauli parallelum. Sufficientem inter hanc et *S. ſylueſtrem* differentiam me adhuc ignorare fateor.

54. SALVIA *campeſtris.*

S. foliis cordatis oblongis duplicato-crenatis ſubrepandis hirſutis, racemis virgatis, bracteis calyce breuioribus, pedicellis tomentoſis.

S. pratenſis. *Habl. taur. p. 143.*

Horminum ſyriacum longifolium elatius coeruleum. *Moriſ. hiſt. 3. p. 394. (excl. ſynon. et icone, quae ad S. ſylueſtrem aut nemoroſam ſpectant.)*

Frequens in Tauriae montosae meridionalis campis graminosis et ad vias. Floret aestate usque in autumnum. ♃

Folia radicalia magna rugosa saepe sanguineo-maculata: caulina minora distantia. *Rami* floriferi elongati subaphylli. *Verticilli* remoti sexflori. *Bracteae* parvae mucronatae. *Pedicelli* calyce triplo breviores. *Flores* formâ magnitudineque S. nemorosae. *Corollae* coeruleae villoso-viscosae. Haec ab autoribus videtur cum S. *haematode* fuisse confusa, quae *differt radice* tuberosâ et *floribus* magnitudine S. pratensis.

55. SALVIA *Spielmanniana.*

S. foliis subcordatis oblongis repandis crenatis rugosis, racemis laxis, corollis calyce angustioribus: galeâ brevi.

S. Spielmanniana. *Hort. acad. petrop.*

Habitat in Caucaso orientali. Circa Schamachi vetus legi autumno a. 1796. ♃

Specimina hortensia communicauit amiciss. Rudolph, a *spontaneis* vix nisi *foliis* minus rugosis et villosis discrepantia. Caeterum synonyma nulla mihi sunt cognita. *Affinis* maxime S. *Verbenacae;* sed *folia* basi haud attenuata et crebrius crenulata nec croso-sinuata. *Flores* magnitudine S. viridis. *Calycis* dentes mucronati pungentes: superioribus minimis conniuentibus. *Corolla* caerulea calyce vix duplo longior: galeâ obtusâ brevi. *Stamina* inclusa. *Stylus* exsertus.

56. SALVIA *austriaca.*

S. foliis ouatis cordatisque eroso-sinuatis: radicalibus petiolatis, caule subaphyllo, staminibus corollâ duplo longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 138. Ettl. salu. n. 41. Jacq. austr. 2. p. 8. t. 112. Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae montibus imprimis inter Bachtschisarai et Sebastopolin; etiam in herbidis inter Tanain et Anticetam (Cuban). Floret Majo. ♃

Corolla magnitudine S. pratensis, alba.

57. SALUIA *verticillata.*

S. foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis fubnudis, ftylo corollae labio inferiori incumbente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 142. Ettl. falu. n. 24. Hall. hift. n. 251. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 162.*

Horminum filueftre tertium. *Cluf. hift. 2. p. 29.*

Minime rara in pratis montanis et ad fyluarum margines. Floret Junio, Julio. ♃

58. SALUIA *glutinofa.*

S. foliis cordato-fagittatis ferratis acutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 143. Ettl. falu. n. 38. Hall. hift. n. 252. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

Horminum filueftre fecundum, Colus Iouis. *Clus. hift. 2. p. 29.*

Creficit paffim in fyluis fub arboribus. Floret Auguſto. ♃

59. SALUIA *Sclarea.*

S. foliis rugofis cordatis oblongis villofis ferratis, bracteis floralibus calyce longioribus concauis acuminatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 147. Ettl. falu. n. 27. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 157.*

Horminum. *Riu. monop. t. 55.*

Horminum filueftre primum. *Clus. hift. 2. p. 28.*

Prouenit in Tauriae montofae decliuibus editis, inter Bachtfchifarai et Sebaſtopolin. Floret aeſtate. ♃

Bracteae amplae acuminatae ciliatae carneae apice caerulefcentes. *Corolla* fpecioſa pallide caerulea, labio diſcolore ochroleuco.

60. SALUIA *candidiſſima.*

S. incana, foliis ouatis fuberoſo-dentatis, verticillis fupremis ſterilibus, bracteis ouatis calyce breuioribus. *Vahl. ſpec. 1. p. 278.*

Sclarea orientalis foliis rotundioribus candidiſſimis. *Tourneſ. cor. p. 10.*

Habitat in collibus ſterilibus Iberiae Caucaſique orientalis. ♃

Habitus S. Sclareae, tota *lanâ* copioſiore caneſcens *bracteaeque* multo minores. *Corolla* magnitudine *Sclareae* alba: labio flauicante.

61. SALUIA *Aethiopis.*

S. foliis oblongis eroſis lanatis, verticillis lanatis, bracteis recuruatis ſubſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 148. Ettl. ſalu. n. 28. Jacq. auſtr. 3. p. 7. t. 211. Pall. ind. taur.*

Creſcit in campis aridis argilloſis ſterilibus Tauriae et Caucaſi. Floret aeſtate. ♃

62. SALUIA *nutans.*

S. foliis cordatis inaequaliter baſi exciſis, caule ſubnudo, ſpicis ante floreſcentiam cernuis. *Linn. ſpec. pl. p. 39. ed. Willd. 1. p. 151. 152. n. 74. 75. 76. Ettl. ſalu. n. 47. 48. 49. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 62. Kraſcheninikow in nou. comment. petrop. 1. p. 378. t. 14. Hall. comment. goett. a. 1751. p. 210. n. 12. t. 11. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 144.*

Abundat in collibus apricis Tauriae, nec non in campis vaſtis ad Tanain et Boryſthenem, per omnem vero Caucaſum exulat. Floret Majo. ♃

Variat corollis roſeis et albis, et *foliorum* radicalium formâ. S. *haſtata* et S. *betonicaefolia Ettl. loc. cit.* ſunt merae S. *nutantis* varietates.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

13. VALERIANA. Cal. o. Cor. 1-petala, basi hinc gibba, supera. Sem. 1.

* *Valerianae: semine unico papposo.*

63. VALERIANA *angustifolia.*

V. floribus monandris calcaratis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 175. Cau. hisp. 4. t. 353. Hall. hist. n. 213. β. Moris. hist. 3. sect. 7. t. 14. f. 16. Gesn. ic. aen. f. 74.*

Habitat in collibus lapidosis Iberiae circa Tiflin. ♃

64. VALERIANA *Cardamines.*

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: foliolis distinctis integris subquinis, imis ouatis, summis linearibus; corymbo conferto dichotomo.

V. orientalis sisymbrii Matthioli folio. *Tournef. cor. p. 6.*

Habitat in Caucaso iberico et orientali. ♃

Statura V. dioicae. *Folia* Cardamines tenera, pleraque pinnato-quinata integra, rarius plura et obsolete angulosa: extima majora. *Inflorescentia* et *flores* fere V. tuberosae.

65. VALERIANA *officinalis.*

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: pinnis lanceolatis dentatis, corymbo composito.

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 177. Flor. dan. t. 570. Curt. lond. Hall. hist. n. 210. Gmel. sib. 3. p. 120. n. 1. Habl. taur. p. 131.*

Occurrit in pratis sylvaticis, praesertim ad Caucasum. Floret Junio. ♃

66. VALERIANA *tuberosa.*

V. floribus triandris, foliis radicalibns lanceolatis integerrimis: reliquis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 178.*

Nardus montana radice oliuari. *Tabern. Krauterb. p. 1255.*

Crescit in Tauriae collibus apricis ad Bosphorum; nec non passim in promontorio caucasico et ad Wolgam inferiorem. Floret Aprili, Majo. ♃

Corolla quinquefida subaequalis.

67. VALERIANA *montana.*

V. floribus triandris, foliis ouato-oblongis: caulinis acutis dentatis, caule simplici.

V. floribus triandris, foliis ouato-oblongis subdentatis, caule simplici. *Linn. ed. Willd. 1. p. 178. Jacq. austr. 3. t. 269. Hall. hist. n. 212. Gmel. sib. 3. p. 121. n. 2.*

Prouenit in alpibus caucasicis. Floret Julio, Augusto. ♃

68. VALERIANA *macrophylla.*

V. floribus triandris, foliis caulinis late cordatis basi excisis dentato-angulatis: omnibus oppositis, caule simplici.

V. orientalis Alliariae folio flore albo. *Tournef. cor. p. 6. Buxb. cent. 2. p. 19. t. 11. bona!*

Habitat in montibus caucasicis rarior. ♃

Affinis V. pyrenaicae videtur. *Folia* caulina duorum triumve parium: inferiora petiolata perampla subreniformia *Cacaliae alpinae. Corymbus* dichotomus. *Bracteae* subulatae.

** *Fediae* (Valerianellae Tournef.): *fructu nudo aut dentibus coronato.*

69. VALERIANA *olitoria.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu nudo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 184. Roth germ. 2. p. 39. n. 4. Poll. pal. n. 32. Hall. hist. n. 24. Pall. ind. taur.*

Locuſta minor. *Riu. monop. t. 6.*

Valerianella aruenſis praecox humilis, flore dilute caeruleo, ſemine compreſſo. *Moris. hiſt. 3. ſect. 7. t. 16. f. 36.*

Prouenit paſſim in ruderatis et cultis. Floret Aprili, Majo. ☉

70. VALERIANA *dentata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu tridentato: dentibus binis breuiſſimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 183. Roth germ. 2. p. 40. n. 5. Poll. pal. n. 33. Hall. hiſt. n. 215. Flor. dan. t. 738.*

Locuſta major. *Riu. monop. t. 6.*

Valerianella ſemine umbilicato hirſuto major et minor. *Moris. hiſt. 3. ſect. 7. t. 16. f. 33. 35.*

Lecta in campis apricis circa oppidum Moſdok. Floret Majo. ☉

Semen pyriforme pubeſcens griſeum *calyce* perſiſtente minimo coronatum, cujus dens unicus euidens reliqui autem obliterati.

71. VALERIANA *coronata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ouato ſexdentato: dentibus membranaceis baſi confluentibus.

V. coronata. *Linn. ed. Willd. 1. p. 184.*

Valerianella altera tenuifolia ſemine Scabioſae ſtellatae. *Column. ecphr. p. 207. ic. p. 209.*

Habitat in Taurià. ☉

Folia baſi dentibus nonnullis elongatis. *Semina* hirſuta: dentibus 6 nudis membranaceis baſi membranâ connexis.

72. VALERIANA *uncinata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis pinnatifidis, fructu lineari ſexdentato: dentibus uncinatis liberis.

Valerianella orientalis fructu paruo corniculato. *Tournef. cor. p. 6.*

Occurrit iu Tauriae collibus apricis: ad Bosphorum frequens. Floret Majo. ☉

Major praecedentibus et hirsutior. *Folia* ad costam mediam usque dissecta: lobis subdentatis. Dentes *fructus* rigidi pubescentes basi non connexi.

14. CROCUS. Spatha radicalis. Cor. tubo gracili, longissimo. Stigma trifidum, crista tum.

73. CROCUS *autumnalis.*

Cr. bulbi tunicâ filamentosâ, foliis flore tardioribus, staminibus stigmata truncata subaequantibus.

Cr. autumnalis. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 122.*

Crocum montanum primum. *Clus. hist. 1. p. 208.*

Cr. montanus autumnalis. *Lob. ic.*

Cr. alpinus autumnalis. *C. Bauh. pin. 65.*

In Tauriae collibus apricis, post primas pluuias autumnales frequens; Septembri, Octobri florens. ♃

Bulbi tunica ex fibrillis parallelis tenuissimis vix cohaerentibus constat. *Folia* paullo post florem prodeunt. *Flos* saepe solitarius Cr. verno major caeruleus: fauce ad staminum insertionem villis clausâ. *Stigmata* ut in Cr. officinali colorata sed fere inodora. Ex hoc forte ortus est *Cr.* ille *officinarum*, qui bulbo, colore floris, stigmatibus truncatis et tempore florendi conuenit.

74. CROCUS *speciosus.*

Cr. bulbo squamis mucronatis laevibus tunicato, foliis autumnalibus nullis, staminibus stigmate capillaceo-multifid breuioribus.

Cr. spathâ radicali uniflorâ, foliis tardissimis, staminibu stigmate tripartito ramoso breuioribus. *Marsch. casp. p. 129 app. n. 4.*

Cr. autumnalis satiuo similis, florum capillamentis tenuissimis, minus odorus. *Tourn. cor. p. 25.*

Habitat in Tauriae ſyluis ſub arboribus: in Caucaſi orientalis collibus graminoſis copioſior. Floret cum antecedente. 2

Flos ſaepiſſime ſolitarius praecedentis flore major formâ autem et colore ſimiiis. Plurimum *affinis Cr. nudiflori Smith.* ſed, ſi ſpecimini luſitanico mihi ab illnſtr. *Com. Hoffmannſegg* cummunicato fides habenda, ſatis *diſtinctus bulbi* tunicis laevigatis nec filamentoſis et *ſtigmatibus* ſtamina ſuperantibus nec ſubaequantibus.

75. CROCUS *vernus.*

Cr. bulbo ſquamis mucronatis nitidis tunicato, foliis flores ſtipantibus, ſtaminibus ſtigmata truncata ſubaequantibus.

Cr. foliis linearibus planis, ſtigmate incluſo, ſegmentis incraſſatis breuiſſimis. *Smith flor. brit. 1. p. 40. Jacq. auſtr. app. p. 48. t. 36. Bulliard herb. franc. t. 351. Hall. hiſt. n. 1257. Pall. ind. taur.*

Cr. orientalis, flore violaceo externe ſpadiceo-rubente. *Tourneſ. cor. p. 25.*

Copioſus in Tauriae apricis ſiccis, etiam in Iberiâ obuius. Floret Martio, Aprili. 2

Spatha ſaepe multiflora. *Flos* violaceus ad medium dorſum ſtriis aliquot ſpadiceis pictus. Ex hoc forte ortus eſt *Cr. biflorus (Curt. bot mag.)* in hortis cultus, qui conuenit bulbo, floris colore et tempore florendi.

76. CROCUS *reticulatus.*

Cr. bulbo fibris reticulatis tunicato, foliis flores ſtipantibus, ſtaminibus ſtigmata truncato-lacera ſubaequantibus.

α. flore aureo lineis dorſalibus ſpadiceis.

Cr. Bulbocodium. *Pall. ind. taur.*

Cr. orientalis vernus, flore flauo, externe ſpadiceo obſcure purpuraſcente. *Tourneſ. cor. p. 25.*

β. flore pallido lineis dorſalibus ſpadiceis.

Cr. orientalis vernus, flore ſubcaeruleo, externe ſpadiceo rubente. *Tourneſ. cor. p. 25.*

Habitat α in Tauriâ circa Sympheropolin et β in promontorio caucaſico, nec non in Ucraniâ. Floret cum praecedente. ♃

Simillimus Cr. verno, ſed *florum* colore et imprimis *bulbo* ſatis diſtinctus. *Spatha* 1-5-flora. Cum hoc forte coincidit *Cr. ſuſianus* (*Curt. bot. mag.*); utpote culturâ mutatus.

15. GLADIOLUS. Cor. 6-partita, tubuloſa, ringens. Stamina adſcendentia.

* *Scapo indiuiſo.*

77. GLADIOLUS *communis.*

Gl. corollâ ſubringente, ſpathis tubo longioribus, floribus ſecundis, foliis enſiformibus neruoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 213. Curt. mag. Mill. ic. ed. germ. t. 142. Hall. hiſt. n. 1261. Pall. ind taur.*

Occurrit in Tauriâ et in Iberiâ, in graminoſis humidiuſculis. Floret Junio, Julio. ♃

78. GLADIOLUS *tenuis.*

Gl. corollâ ſubringente: ſegmentis duobus lateralibus breuioribus unguiculatis truncatis, ſpathis tubo longioribus, foliis lineari-enſiformibus neruoſis.

Habitat in graminoſis Caucaſi ſubalpini. Floret Julio, Auguſto. ♃

Nimis *Gl. communi affinis:* dignoſcitur *habitu* graciliore, *foliis* anguſtioribus, *floribus* paucioribus confertioribus et praeſertim *petalorum* duorum lateralium formâ diſcique maculâ magnâ albâ purpureo-marginatâ. An *varietas?*

16. IRIS. Cor. 6-partita, laciniis alternis reflexis. Stigmata petaliformia.

* *Barbatae: foliis enſiformibus.*

79. IRIS *pumila.*

I. barbata, ſcapo unifloro foliis enſiformibus glabris breuiore, tubo exſerto, petalis oblongis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 224. Lamark dict. 3. p. 298. n. 15. Thunb. monogr. n. 3. Pall. ind. taur.*

α. flore caeruleo. *Jacq. auſtr. 1. p. 1. t. 1. Curt. mag. Gmel. ſib. 1. p. 32. n. 32. var. II. III.*

Chamaeiris latifolia minor prima. *Clus. hiſt. 1. p. 225.*

β. flore margaritaceo aut ochroleuco. *Gmel. ſib. 1. p. 32. n. 3. var. I.*

Chamaeiris latifolia minor quinta. *Clus. hiſt. 1. p. 225.*

Copioſa in Tauriae collibus campiſque apricis flore plerumque flaueſcente. In planitiebus ad Caucaſum copioſiſſima et omnibus ochroleuci, margaritacei et caerulei varietetibus pulchre ludens. Floret Aprili. ♃

Scapus foliis breuior. *Corollae tubus* filiformis in adultioribus omnis coloris indiuiduis *Spatham* exſuperat: ex quo apparet *I. luteſcentem Lamarkii*, pumilae affinem et nuper ab eâ ſeparatam, etiam ad noſtrae ſtirpis *varietates* luteolas referri non poſſe; niſi forte diſtinctionis notae minus conſtantes judicentur.

80. IRIS *iberica.*

I. barbata, ſcapo unifloro foliis circinnato-falcatis conduplicatis paullo longiore, petalis ſubaequalibus rotundatis.

I. barbata, foliis enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petalis oblongis aequalibus. *Steuen dec. pl. iber.*

Habitat in Iberiae collibus circa Tiflin. ♃

Flos fere I. *ſuſianae*, ſed *folia* diuerſiſſima. *Petala* aequalia: *deflexa* barbata ſordide rubella, ſtriis venisque ſaturatiori-

bus, maculâ disci mediâ ouatâ velutinâ atrâ purpureo-marginatâ: *erecta* dilutissime purpurascentia striis saturatioribus, basi spadiceo-venosa et punctata. *Stigmata* bifida basi atropurpurea, carinâ dilutiore, laminâ lutescente purpureo-punctatâ. *D. Steuen.*

81. IRIS *biflora.*

I. barbata, foliis ensiformibus breuioribus scapo subtrifloro, germine tereti. *Linn. ed. Willd. 1. p. 227. Thunb. monogr. n. 6. Pall. it. 1. p. 171. Kniph. cent. 8. n. 54.*

I. (*bohemica*) caule nudo bifloro foliis altiore, foliis ensiformibus falcato-recuruis, floribus longe pedunculatis, spathâ herbaceâ, corollae laciniis concoloribus, stigmatum labio superiore reuoluto serrulato. *Schmidt boem. n. 303?*

Lecta in promontorii caucasici monte Beschtau. Floret vere. ♃

Folia I. pumilae. *Scapus* in pedunculos duos ipsius fere longitudine diuisus. *Flores* magnitudine I. pumilae: *petalis* caeruleis, barbâ pallidâ; *stigmatibus* pallidis emarginatis crenulatis. *Variat scapo* simplici unifloro.

82. IRIS *germanica.*

I. barbata, foliis ensiformibus glabris falcatis breuioribus scapo multifloro, tubo germine longiore. *Linn. ed. Willd. 1. p. 229. Thunb. monogr. n. 9. Curt. mag. Hall. hist. n. 1258. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 115.*

Legi rarius in Tauriae meridionalis rupestribus, circa pagum Alupkam. Floret Majo. ♃

** *Imberbes: foliis ensiformibus.*

83. IRIS *Pseud-Acorus.*

I. imberbis, foliis ensiformibus, petalis alternis stigmate minoribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 232. Thunb. monogr. n. 18. Flor. dan. t. 494. Curt. lond. Hall. hist. n. 1260. Gmel. sib. 1. p. 31. n. 29.*

Occurrit in foſſis et paludibus ad fluuium Terek. Floret Majo. ♃

84. IRIS *foetidiſſima.*

I. imberbis, foliis enſiformibus, ſcapo uniangulato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 232. Thunb. monogr. n. 19. Blackw. t. 158.*

Reperitur in Iberiâ. ♃

Affinis I. gramineae ſed *folia* latiora. *Germen* intra ſpatham pedicellatum oblongum angulatum. *Corollae tubus* breuiſſimus.

85. IRIS *ſpuria.*

I. imberbis, foliis lineari-enſiformibus, caule tereti, germinibus hexagonis, petalorum reflexorum laminis ſubrotundis planis.

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus hexagonis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 237. Thunb. monogr. n. 32. Jacq. auſtr. 1. t. 4! Curt. mag.*

Communis in graminoſis ſubhumidis etiam ſalſuginoſis ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ♃

Perperam apud autores inter Irides *foliis* linearibus militat, haec enim lata ſunt et praeſertim inferiora manifeſte curuata ſubſequenti ſimillima. *Corollae tubus* breuiſſimus.

86. IRIS *ochroleuca.*

I. imberbis, foliis lineari-enſiformibus, caule tereti, germinibus hexagonis, petalorum reflexorum laminis ouatis undulatis.

I. imberbis, foliis enſiformibus, ſcapo ſubtereti, germinibus hexagonis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 233. Thunb. monogr. n. 22. Curt. mag.*

I. Guldenſtaedtiana. *Lepech. in act. petrop. a. 1781. 1. p. 292. t. 8.*

Occurrit paſſim in ſubhumidis ad Caucaſum, nec non inter Tanain et Wolgam haud procul Zarizin. Floret Majo, Junio. ♃

Stirps pracedenti quam maxime *affinis*, ut praeter colorem *florum* aegre dignoſcatur.

87. IRIS *caucaſica*.

I. imberbis, foliis circinnato-falcatis conduplicatis ſcapo ſubbifloro longioribus, petalis alternis minutis reflexo-patulis.

I. imberbis, foliis lineari-lanceolatis falcatis marginatis, ſcapo bifloro, petalis alternis minimis, germine ſubtereti. *Steuen dec. pl. iber.*

Habitat frequens in collibus apricis circa Tiflin, primo vere florens. ♃

Statura I. pumilae. *Radix* bulbus tunicatus. *Flores* magnitudine I. perſicae ochroleuci vel leucophaei: *tubo* filiformi; *petalis* exterioribus ouatis obtuſis in medio criſtà rugoſà luteà loco barbae, interioribus minutis lanceolatis integerrimis trifidiſue reflexo-patulis; *ſtigmatibus* magnitudine fere petalorum majorum erectis: laminis hyalinis obtuſiſſimis retuſis. *D. Steuen.*

* * * *Imberbes: foliis linearibus.*

88. IRIS *ſibirica*.

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus trigonis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 237. Thunb. monogr. n. 63. Jacq. auſtr. 1. t. 3. Curt. mag. Hall. hiſt. n. 1259. Gmel. ſib. 1. p. 28. n. 27.*

Creſcit in Caucaſo ſubalpino. ♃

Corollae tubus breuiſſimus.

89. IRIS *humilis*.

I. imberbis, foliis linearibus ſcapo breuiſſimo unifloro multoties longioribus, corollae tubo filiformi, capſulà obtuſe hexagonâ.

I. foliis linearibus, corollis imberbibus, fructu obtuſe trigono turbinato. *Gmel. ſib. 1. p. 26. n. 26. t. 5. f. 1. bona.*

Habitat in Caucaſi ſubalpini graminoſis montanis; circa acidulam Narzana haud rara. Floret Aprili, Majo. ♃

Scapus breuiſſimus, ut flos videatur radicalis. *Folia* I. gramineae anguſta. *Flos* dilute caeruleus. *Stigmata* profunde bifida: laciniis acutis. Ab I. gramineâ, quae *habitu* ſimilis, facillime *dignoſcitur germine tubo* filiformi a *corollae limbo* remoto.

* * * * *Imberbes: foliis tetragonis.*

90. IRIS *reticulata.*

I. imberbis, ſcapo unifloro foliis tetragonis breuiore, corollae tubo filiformi, radice bulboſâ ſimplici.

Habitat in Iberiâ. *D. Adam.* ♃

Radix bulbus ouatus: tunicis reticulatis laxis dilute fuſceſcentibus. *Folia* recta digitalia 1-2 lineas lata ſolida, ſupra plana argute marginata, ſubtus bicarinata; hinc oblique tetragona. *Spathae* radicales ſcarioſae pallidae foliorum baſin obuoluentes. *Scapus* breuiſſimus uniflorus, *ſpathis* duabus oblongis inaequalibus corollae tubum ſubaequantibus veſtitus. *Flos* magnitudine fere I. Xiphii. *Germen* oblongum ſpathis abſconditum ſeſſile. *Corollae tubus* filiformis germine multoties longior. *Petala* tria exteriora oblonga obtuſa ſubcrenulata ſature caerulea venoſa cum plagâ mediâ luteâ coeruleo-punctatâ; tria interiora erecta oblonga obtuſiuſcula dilutiora. *Stigmata* petalis interioribus concoloria eorumque fere longitudine profunde bifida: lobis oblongis crenulatis. *Antherae* citrinae.

Ab *Hermodactylo Tournef.* (*I. tuberoſâ L.*) praeter *radicem* ſimplicem etiam aliis notis abunde *differt.*

17. SCHOENUS. Spiculae subconuolutae, acutae. Squamae fasciculatim congestae; exteriores steriles. Cor. o. Sem. 1, subrotundum, inter glumas.

* *Culmo tereti.*

91. SCHOENUS *Mariscus.*

S. culmo tereti, foliis margine dorsoque aculeatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 259. Hall. hist. n. 1343.*

Pseudo-Cyperus palustris, foliis et carinâ serratis. *Scheuchz. agrostogr. p. 375. t. 8. f. 7-11.*

Crescit in Iberiâ. ♃

18. CYPERUS. Glumae paleaceae, distiche imbricatae. Cor. o. Sem. 1, nudum.

* *Culmo triquetro, spiculis umbellato-capitatis sessilibus et pedunculatis.*

92. CYPERUS *hamulosus.*

C. culmo triquetro nudo, capitulis glomeratis sessilibus pedunculatisque: glumis uncinato-aristatis, involucro subtriphyllo umbellâ longiore.

C. minimus capitulis aculeatis. *Buxb. cent. 4. p. 33. t. 60. f. 1. Gmel. sib. 1. p. 83. n. 6.*

Habitat in arenâ ad ripas Borysthenis circa oppidulum Berislaw. Floret Augusto. ⊙

Habitus Scirpi Micheliani: *differt culmo* non foliosо, *foliis* radicalibus longioribus, *capitulis* majoribus: accedentibus saepe uno alteroue pedunculato.

93. CYPERUS *glomeratus.*

C. culmo triquetro foliosо, spicis subcylindricis aggregatis sessilibus pedunculatisque, spiculis linearibus glumisque acutis, inuolucro subhexaphyllo longissimo.

C. culmo triquetro nudo; umbellâ triphyllâ fupradecompoſitâ, ſpicis glomerato-rotundatis, ſpiculis ſubulatis. *Linn. amoenit. acad. 4. p. 301. Hoſt. gram. auſtr. 3. Mich. gen. p. 45. n. 12. Seguier veron. 3. p. 68.*

β. minor, capitulo unico ſeſſili. *Mich. gen. p. 45. n. 13. Scheuchz. agroſt. p. 383. n. 3.*

Habitat in pratis humidis ad radices Caucaſi: circa Kiſljar frequens, etiam ad Tyram circa Bender. ⊙

Indicum *C. alopecuroidem* Rottboellii et Thunbergii male recentiores cum C. *glomerato Linn.* plantâ Italiae indigenâ confudere. Ad noſtri *varietatem* β accedit *Cyp. polyſtachyos. Rottb. gram. p. 39. n. 51. t. 11. f. 1.* an idem?

** *Culmo triquetro, umbellà compoſitâ et decompoſitâ, ſpiculis diuaricatis.*

94. CYPERUS *flaueſcens.*

C. culmo triquetro nudo obtuſangulo, umbellâ compoſitâ triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpiculis oblongis confertis.

C. culmo triquetro nudo, umbellâ ſubcompoſitâ triphyllâ, ſpicis confertis lanceolatis, glumis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 279. Scop. carn. ed. 2. n. 53. Hall. hiſt. n. 1348. Gmel. ſib. 1. p. 82. n. 5. Scheuchz agr. p. 385. n. 5. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 8. t. 11. f. 37. Pall. ind. taur.*

Non infrequens ad riuulos. Floret aeſtate. ⊙

95. CYPERUS *fuſcus.*

C. culmo triquetro nudo acutangulo, umbellâ compoſitâ triphyllâ, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpiculis oblongis confertis.

C. culmo triquetro, umbellâ compoſitâ triphyllâ, ſpicis linearibus confertis, glumis acutis imbricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 280. Flor. dan. t. 179. Hoffm. germ. a. 1804. t. 2. Leers herb. n. 33. t. 1. f. 2. Scop. carn. ed. 2. n. 54. Hall.*

hiſt. n. 1349. Scheuchz agr. p. 384. n. 4. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 8. t. 11. f. 38.

Occurrit cum antecedente, nec minus frequens eodemque tempore floret. ⊙

C. flaueſcenti ſpiculae majores margine virides diſco ferrugineae: *C. fuſco ſpiculae* minores margine virides diſco nigrae.

96. CYPERUS *Monti.*

C. culmo triquetro nudo, inoluero ſubhexaphyllo longiſſimo, umbellà decompoſità paniculatà, ſpiculis oblongis: glumis ouatis obtuſis.

C. culmo triquetro, umbellà decompoſita paniculatà, ſpiculis oblongis, floſculis diſtinctis, inuolucro hexaphyllo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 286. Linn. ſuppl. p. 102. Scheuchz. agroſt. p. 380. Ray hiſt. 3. p. 626. n. 29.*

C. ſerotinus odoratus, radice longâ, paniculâ e locuſtis latis ferrugineis compactis. *Mont. gram. 12. t. 1. f. 2.**

Habitat in udis planitierum Caucaſo ſubjacentium. Ad fluuium Terek circa oppidum Kiſljar frequens. Floret Auguſto. ♃

Glumis latis et obtuſis potiſſimum ab affinibus diſtinguitur. Definitio et deſcriptio *Linn. ſuppl. loc. cit.* ex ſicco ſpecimine male concinnata; *Scheuchzeri* deſcriptio optima. De *ſynonymo Monti* judicare nequeo, quum ejus opus ad manus non habeam.

19. SCIRPUS. Glumae paleaceae, undique imbricatae. Cor. o. Semen 1, imberbe.

* *Spicâ unicâ.*

97. SCIRPUS *paluſtris.*

Sc. culmo tereti nudo, ſpicà ouato-oblongâ ſubtereti, glumis acutis, radice repente. *Perſoon enchirid. 1. p. 65. Flor. dan. t. 273. Leers herb. n. 34. t. 1. f. 3. Hall. hiſt. n. 1336.*

Gmel. ſib. 1. *p. 83. n. 8. Scheuchz. agr. p. 360. n.* 1. *Pall. ind. taur.*

Sc. culmo tereti nudo, ſpicâ ſubouatâ terminali. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 29.

Creſcit in paludibus. Floret Majo. ♃

98. SCIRPUS *Baeothryon.*

Sc. culmo ſtriato nudo, ſpicâ biualui, glumis calycinis inaequalibus ouatis obtuſiuſculis membranaceis: alterâ majore ſpicâ duplo breuiore. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 293. *Linn. ſuppl. p.* 103. *Ehrh. catal.* 2. *p.* 81. *Dreu. et Hayne icon.* 2. *t.* 94. *Roth catal.* 1. *p.* 8. *Hall. hiſt. n.* 1335. *Scheuchz. agr. p.* 366. *n.* 4. *t.* 7. *f.* 21.

Occurrit hinc inde in Tauriae paluſtribus, nec non ad riuulos in Caucaſi ſubalpinis. ♃

* * *Culmo tereti polyſtachyo.*

99. SCIRPUS *lacuſtris.*

Sc. culmo tereti nudo, ſpicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 296. *Hall. hiſt. n.* 1337. *Scheuchz. agr. p.* 354. *n.* 1. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 79. *n.* 1. *Pall. ind. taur. Sabbat. hort. rom.* 5. *t.* 18.

Communis ad aquas ſtagnantes. ♃

100. SCIRPUS *Holoſchoenus.*

Sc. culmo tereti baſi foliofo, capitulis lateralibus conglobatis ſeſſilibus pedunculatisque, bracteâ ſubulatâ reflexâ, foliis canaliculatis: radicalibus longiſſimis.

Sc. *(auſtralis)* culmo tereti nudo, capitulo terminali, bracteâ reflexâ, foliis canaliculatis. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 297.

Sc. Holoſchoenus *β. Roth nou. catal.* 1. *p.* 83. *ſeq.*

Sc. romanus. *Jacq. auſtr.* 5. *p.* 23. *t.* 448. *omnino!*

Occurrit in arenâ mobili tam Tauriae littoralis, quam deſerti caucaſico-caſpici, etiam in collibus calcareis circa thermas Conſtantinomontanas. Floret Junio. ♃

Variat capitulis lateralibus ſeſſilibus ſolitariis et pluribus ſubumbellatis. Priorem icon Jacquini exprimit. *Varietatem* robuſtiorem, quae Sc. *Holoſchoenus* Linn. et Oederi (*Flor. dan. t. 454.*) non vidi.

101. SCIRPUS *ſetaceus.*

Sc. culmo nudo ſetaceo, ſpicis ouatis ſubgeminis ſeſſilibus, bracteâ terminali erectâ ſubulatâ.

Sc. culmo nudo ſetaceo, ſpicâ terminali ſeſſili. *Linn. ed. Willd. 1. p. 298 Flor. dan. t. 311. Leers. herb. n. 35. t. 1. f. 6. Rottb. gram. p. 47. t. 15. f. 5. 6. Scheuchz. agr. p. 358.*

Juncus gramineus minimus capillaceo ſolio, capite ſquamoſo. *Barr. ic. 118.*

Legi in montibus ſyluaticis circa Tauriae pagum Baidar, ad ſcaturigines. ♃

Spiculae vere terminales ſeſſiles ad *bracteam* ſubulatam rectam, quae caulis continuatio videtur; hinc quaſi laterales.

* * * *Culmo triquetro, paniculâ foliaceâ.*

102. SCIRPUS *dichotomus.*

Sc. culmo triquetro nudo, umbellâ decompoſitâ, ſpicis dichotomiae ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 303.*

Sc. (*annuus*) culmo triquetro nudo, inuolucro diphyllo, pedunculis nudis, ſpicis ſolitariis. *Allion. pedem. n. 2371. t. 88. f. 5.*

Cyperus humilis paniculâ ſpadiceâ romoſâ. *Buxb. cent. 1. p. 35 t. 55. f. 2.*

Habitat in Iberiae lapidoſis ad riuum Kzia, circa pontem cui rubri nomen. Legi Octobri florentem. ☉

An *planta* indica Rottboellii ſit eadem cum noſtrâ ibericâ et italicâ determinent, qui utriusque ſpecimina viderint. *Inuolucro* inſtruitur umbellâ longiore, ergo hujus tribus.

103. SCIRPUS *maritimus.*

Sc. culmo triquetro, paniculâ conglobatâ foliaceâ, ſpicularum ſquamis trifidis: intermediâ ſubulatâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 306. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1339. Scheuchz. agr. p. 400. n. 2. t. 9. f. 9. 10, Gmel. ſib. 1. p. 79. n. 2.*

Sc. mucronatus. *Pall. ind. taur.*

β. major, ſpiculis quibuſdam longius pedicellatis.

Cyperus altus, paniculâ ex ſpicis oblongis hirſutis aculeatis compoſitâ. *Buxb. cent. 5. p. 19. t. 37. f. 2.*

Communis in foſſis et ad riuulos. Floret Junio, Julio. ♃

Stylum conſtanter obſeruaui bifidum, nec ut alii trifidum.

104. SCIRPUS *ſyluaticus.*

Sc. culmo triquetro folioſo, umbellâ foliaceâ, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis conſertis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 307. Flor. dan. t. 307. Hall. hiſt. n. 1340. Scheuchz. agr. p. 393. n. 1. Gmel. ſib. 1. p. 81. n. 3. Pall. ind. taur.*

Prouenit hinc inde ad foſſas et riuulos. Floret Junio. ♃

105. SCIRPUS *michelianus.*

Sc. culmo triquetro, capitulo globoſo, inuolucro polyphyllo longo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 309. Schkuhr ap. Uſteri. ann. 1. p. 20. t. 2.*

Cyperus pygmaeus. *Cau. hiſp. 6. p. 65. t. 588. f. 2.*

Cyperus humilis ſpicis breuibus rotundis conglomeratis. *Buxb. cent. 1. p. 34. t. 55. f. 1.*

In inundatis ſabuloſis et limoſis paſſim reperitur. Frequens ad riuum Ingul inter Cherſon et Beriſlaw, tum in ſabulis ad Boryſthenem. Floret Auguſto. ☉

20. ERIOPHORUM. Glumae paleaceae, undique imbricatae. Cor. o. Sem. 1, lanâ longiſſimâ cinctum.

106. ERIOPHORUM *polyſtachyon.*

E. (*vulgare*) foliis planis: mucrone triquetro, ſpicis pedunculatis nutantibus inuolucrum ſubaequantibus. *Perſoon enchirid. 1. p. 70. Leers herb. n. 37. t. 1. f. 5. Gmel. ſib. 1. p. 85. n. 11.*

E. culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 312.*

Occurrit in paludoſis montium Caucaſi iberici rarius. 2

21. NARDUS. Cal. uniualuis, uniflorus. Cor. uniualuis, incluſa. Stigma 1.

107. NARDUS *ſtricta.*

N. ſpicâ ſetaceâ rectâ ſecundâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 314. Schreb. gram. p. 65. t. 7. Flor. dan. t. 1022. Leers. herb. n. 38. t. 1. f. 7. Hoffm. germ. a. 1800. t. 1. Hall. hiſt. n. 1410. Scheuchz. agr. p. 90. t. 2. f. 10.*

Occurrit in ſummis alpibus Caucaſicis, nec alibi. 2

108. NARDUS *ariſtata.*

N. calycibus ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 315. Villars delph. 2. p. 58. t. 2.*

Rottboellia monandra. *Cau. hiſp. 1. t. 39. f. 1.*

Gramen junceum nodoſum minimum capillare. *Barrel. ic. 117. f. 1.*

Habitat in Tauriâ meridionali. *D. Steuen.* ⊙

22. CENCHRUS. Inuolucr. laciniatum, echinatum, 3-4-florum. Cal. 2-valuis, 2-florus. Cor. bialuis, mutica. Stylus 2-fidus.

109. CENCHRUS *capitatus.*

C. ſpicâ ouatâ ſimplici. *Linn. ed. Willd. 1. p. 317. Scheuchz. agroſt. p. 74.*

Echinaria capitata. *Deſſont. atlant. 2. p. 385.*

Gramen minimum ſpicâ globoſâ echinatâ. *Barr. ic. 28. f. 1. et 862. f. 2.*

Prouenit in Iberiae collibus. ⊙

D I G Y N I A.

23. SACCHARUM. Cal. 2-valuis, lanugine longâ inuolucratus. Cor. 1-2-ualuis, mutica aut ariſtata. Stam. 1-3.

110. SACCHARUM *cylindricum.*

S. paniculâ ſpicatâ cylindricâ, pedunculis unifloris, floribus muticis diandris, foliis planis, geniculis barbatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 323. Lamark illuſtr. n. 769. t. 40. f. 2. Scheuchz. agr. p. 57. n. 1.*

Imperata arundinacea. *Cyrill. neap. faſc. 2. t. 11.*

S. Rauennae. *Marſch. caſp. p. 204. app. n. 73.*

Lagurus (*cylindricus*) ſpicâ cylindricâ muticâ. *Linn. ſpec. pl. p. 120.*

Gramen pratenſe alopecurum ſericeâ paniculâ. *Barrel. ic. 11.*

Creſcit in graminoſis ſubhumidis et ad margines torrentium ad Caucaſi radices. Ad fluuium Terec prope Coſaccorum pagum Starogladkam frequens. Floret Majo. ♃

Calyx bialuis clauſus: valuulis inaequalibus ſubulatis ſericeo-lanatis. *Corolla* bialuis incluſa minima: glumis ſcario-

fis hyalinis. *Stamina 2* corollâ longiora: *antheris* admodum fugacibus. *Styli 2* calyce duplo longiores plumofi purpurei.

24. PHALARIS. Cal. 2-ualuis, uniflorus: valuulis nauicularibus, carinatis, aequalibus. Cor. 2-ualuis, inclufa.

111. PHALARIS *nodofa.*

Ph. paniculâ mutica fpiciformi cylindricâ, fpiculis ouato-lanceolatis carinâ integerrimis glabris, radice nodofâ.

Ph. paniculâ oblongâ, foliis rigentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 327.*

Ph. perennis major, radice nodofâ. *Morif. hift. 3. p. 187.*

Prouenit in campis apricis Caucafi orientalis demiffioris: circa ruinas antiquae urbis Schamachi haud rara. Floret Junio, Julio. ♃

Facies Ph. aquaticae. Glumae calycinae carinâ integerrimae albae: neruis utrinque duobus viridibus; interiore obliterato, exteriore carinae parallelo. *Semen* fufiforme albicans. *Radicis* tranfuerfalis nodi parum tumentes emortuorum foliorum rudimentis abfconditi. *Affinis* Ph. bulbofae *Cauan hifp. 1. p. 46. t. 64.*

25. CRYPSIS. Cal. 2-valuis, uniflorus: valuulis fubaequalibus, lanceolatis. Cor. biualuis, lanceolata, calycis longitudine.

* *Diandrae: Crypfis Hoft.*

112. CRYPSIS *aculeata.*

Cr. diandra, fpicis capitato-hemifphaericis inuolucratis.

Cr. aculeata. *Linn. ed. Willd. 1. p. 158. Vahl fymb. 2. p. 17. Hoft. gram. auftr.*

Schoenus (*aculeatus*) culmo tereti ramoſo, capitulis terminalibus, inuolucro triphyllo breuiſſimo rigido patente. *Linn. ſpec. pl. p. 63. Schreb. gram. 2. p. 62. t. 32. Pall. ind. taur.*

Anthoxanthum aculeatum. *Linn. ſuppl. p. 89.*

Phleum aculeatum. *Lmark illuſtr. p. 166. n. 856. t. 42. f. 2.*

Phleum ſchoenoides. *Jacq. auſtr. app. p. 29.* t. *7. Cauan. hiſp. 1. p. 39. t. 52.*

Agroſtis aculeata. *Scop. carn. ed. 2. n. 89.*

Phalaris repens. *Loeſl. it. p. 114.*

Phalaris vaginiflora. *Forſk. deſcr. p. 18.*

Graminis ſpecies ſingularis: *Pall. it. 2. p. 733. n. 98. t. K. f. 1. et t. Q. f. 2.*

Gramen album, ſpicis in capitulum foliatum congeſtis. *Tournef. inſt. p. 519.*

Gramen album, capitulis aculeatis italicum. *C. Bauh. pin. 7. Scheuchz. agroſt. p. 264. n. 2. Moriſ. hiſt. 3. p. 195. ſ. 8. t. 5. f. 3.*

Gramen ſupinum aculeatum. *J. Bauh. hiſt. 2. lib. 18. p. 461.*

Copioſa in inundatis aeſtate exſiccatis, ſolo argilloſo ſubſalſo. Floret Julio, Auguſto. ⊙

** *Triandrae: Heleochloa Hoſt.*

113. CRYPSIS *ſchoenoides.*

Cr. triandra, ſpicis ouatis inuolucratis.

Phleum (*ſchoenoides*) ſpicis obouatis glabris baſi vaginâ foliaceâ cinctis, caulibus ramoſis procumbentibus. *Lamark illuſtr. p. 166. n. 855. t. 42. f. 1. Linn. ſp. pl. p. 88. Jacq. collect. 1. p. 111. ic. rar. 1. faſc. 5. Cauan. hiſp. 1. t. 52. Pall. ind. taur.*

Heleochloa phleoides. *Hoſt. gram. auſtr.*

Spartina phleoides. *Roth nou. catal. I. p. 101.*

Gramen maritimum typhinum cum breui et craſſiore ſpicâ, ad ſingula genicula prodeunte. *Scheuchz. agr. p. 86. n. 2.*

Gramen aquaticum typhinum ſupinum italicum minus. *Barrel. ic. 54.*

Occurrit cum praecedente minus frequens. Floret Julio, Auguſto. ⊙

114. CRYPSIS *phalaroides.*

Cr. triandra, ſpicis oblongis obtuſis baſi nudis.

Gramen myoſuroideum ramoſum ſpicâ tenuiſſimâ nigricante. *Amm. ruth. n. 245. Gmel. ſib. I. p. 92. n. 23.*

Prouenit in deſertis fabuloſis Caucaſo finitimis: etiam in ſabulis ad Wolgam circa coloniam Sareptanam. ⊙

Spiculae utplurimum atro-ſpadiceae carinâ ſubciliatae, interdum biflorae. *Spica* florens ab ultimo folio remota, nec inuolucrata.

115. CRYPSIS *alopecuroides.*

Cr. triandra, ſpicis cylindricis vaginatis.

Heleochloa alopecuroides. *Hoſt. gram. auſtr.*

Occurrit in ſabulis ad Boryſthenen circa oppidum Beriſlaw, cum Cypero hamuloſo et Scirpo Micheliano. Floret Auguſto. ⊙

Spiculae virides aut ſubcaeruleae, pracedente duplo fere minores, ad lentem tantum ciliatae. *Spica* florens ſupremo folio inuolucrata ſicut n. 113.

26. PHLEUM. Cal. 2-valuis, linearis, uniflorus: valuulis carinatis, oblique truncatis, ariſtato-acuminatis, aequalibus. Cor. 2-ualuis, inclusa.

116. PHLEUM *laeue.*

Ph. ſpicâ lobatâ cylindricâ, ſpiculis nudis laeuiuſculis lineari-ſubulatis, radice perenni.

Phalaris (*phleoides*) paniculâ cylindricâ ſpiciformi glabrâ, paſſim viuiparâ. *Linn. flor. ſuec. 49. 54. Flor. dan. t. 531. Pall. ind. taur.*

Ph. culmo recto, ſpicis cylindricis glabris, calycibus breuiſſime mucronatis. *Hall. hiſt. n. 1531.*

Gramen typhinum junceum perenne. *Barrel. ic. 21. f. 2.*

Gramen cum caudâ muris minus. *J. Bauh. hiſt. 2. lib. 18. p. 471.*

Gramen alopecurinum tertium. *Tabern. Kraeuterb. p. 520.*

Occurrit paſſim in collibus herbidis. Floret Junio, Julio. ♃

A. *Ph. Phalaride Perſoon. enchirid. 1. p. 79.* noſtrum videtur *diuerſum* ob *ſpiculas* glabras *radicemque* perennem: conuenit autem ad unguem cum *Phal. phleoidis* L. ſpeciminibus, olim a me in auſtraliore Germania lectis. Sub hoc *Gmelinus* in *Flor. ſib. 1. p. 86. n. 33.* deſcribit gramen cubitale et bicubitale; dum noſtrum pedalem altitudinem raro excedit: an diuerſae ſpeciei?

117. PHLEUM *annuum.*

Ph. ſpicâ lobatâ cylindricâ, ſpiculis ciliatis ſub apice gibbis, radice annuâ.

Habitat in campis apricis ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar. Floret Majo. ⊙

Statura et affinitas ſumma *Phalaridis aſperae; differt ſpiculis* nonnihil majoribus, longius cuſpidatis, carinâ euidenter ciliatis, minus ſcabris.

118. PHLEUM *nodoſum.*

Ph. ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 355. Flor. dan. t. 380. Leers herb. n. 47. t. 3. f. 2. Hall. hiſt. n. 1530. Scheuchz. agroſt. p. 62. n. 3. Pall. ind. taur.*

Ph. pratenſe. *Habl. taur. p. 126.*

Creſcit in campis collibusque apricis. Floret Junio, Julio. ♃

Videtur *varietas Ph. pratenſis*, ex loco natali aridiore.

119. PHLEUM *alpinum.*

Ph. ſpicâ ouato-cylindracea hirtâ, glumis ciliatis ſubariſtatis.

Ph. ſpicâ ouato-cylindraceâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 355. Flor. dan. t. 213. Hall. hiſt. n. 1529. Scheuchz. agr. p. 64. t. 3.*

Legi in alpe Caucaſi Kaiſchaur, Septembri. ♃

27. ALOPECURUS. Cal. 2-ualuis. Cor. uniualuis.

120. ALOPECURUS *pratenſis.*

A. culmo erecto, ſpicis cylindricis hirſutis, corollis ariſtatis, radice ſimplici.

A. pratenſis. *Pall. ind. taur.*

α. ariſtâ euidente, ſpiculas ſupereminente.

A. pratenſis. *Schreb. gram. 1. p. 133, t. 19. f. 1? Curt. lond. Leers herb. n. 43. t. 2. f. 4. Gaertner ap. Roemer. bot. mag. 1. p. 141. Schkuhr bot. n. 106. t. 11.*

β. ariſtâ glumis abſconditâ.

A. *(pratenſis)* culmo ſpicato erecto, glumis villoſis, coroll-lis muticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 357. Hall. hiſt. n. 1539. Scheuchz. agr. p. 70. n. 2.*

Prouenit rarius in Tauriae et Caucaſi pratis fertilioribus. Floret Majo, Junio. ♃

121. ALOPECURUS *agreſtis.*

A. culmo erecto, ſpicis cylindricis glabris, corollis ariſtatis.

A. culmo ſpicato erecto, glumis laeuibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 375. Schreb. gram. 1. p. 140. t. 19. f. 2. Curt. lond. Flor. dan. t. 897. Hoffm. germ. a. 1804. t. 3. f. 2. Leers. herb. n. 44. t. 2. f. 5. Hall. hiſt. n. 1540. Gmel. ſib. 1. p. 87. n. 14. Scheuchz. agr. p. 69. n. 1.*

Occurrit praecedente magis frequens in campis apricis et in cultis. Floret Aprili, Majo. ⊙

Synonymon Gmelini a Linnaeo et editoribus ejus perperam ad A. pratenſem trahitur.

28. POLYPOGON. Cal. 2-ualuis, ariſtatus, uniflorus. Cor. 2-ualuis: valvulâ exteriore ariſtatâ.

122. POLYPOGON *monſpelienſis.*

P. panicula coarctata ſubſpicatâ, calycibus ſubpubeſcentibus margine glabris. *Willd. in nou. act. ſoc. nat. cur. berol. 3. Scheuchz. agr. p. 154. n. 1. Barrel. ic. 115. f. 2. Buxb. cent. 5. t. 30. f. 2.*

Alopecurus *(monſpelienſis)* paniculâ ſubſpicatâ, calycibus ſcabris, corollis ariſtatis. *Linn. ſpec. pl. p. 89.*

Agroſtis *(panicea)* paniculâ ſubſpicatâ, ramis ramulisque faſciculatis, valuulis calycinis alterâque corollinâ ariſtatis, ariſtâ corollinâ breuiſſimâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 363.*

Agroſtis alopecuroides. *Lamark dict. 1. p. 160. Ger. prou. 80.*

Phleum crinitum. *Schreb. gram. 1. p. 151. t. 20. f. 3. Pall. ind. taur.*

Gramen alopecuroides paluſtre humile ſpicâ diuulſâ. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 66. f. 1.*

Occurrit in campis ſubſalſis circa Kiſljar, hinc inde quoque in Taurià. Floret Junio. ⊙

123. POLYPOGON *vaginatus.*

P. paniculâ coarctatâ ſubſpicatâ ouatâ, calycibus villoſis, culmo erecto, vaginis inflatis ventricoſis. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 3.*

Alopecurus vaginatus. *Pall. ind. taur.*

Frequens primo vere in Tauriae et promontorii caucaſici collibus apricis, omnium harum regionum graminum primum florens. ♃

Habitus non praecedentis, ſed potius *Alopecuri pratenſis.* Huic *calyx* breuiſſime ariſtatus, praecedenti longiſſime; huic *corollae* ariſta baſilaris longa geniculata, praecedenti terminalis breuis recta. An jure ſub eodem *genere* militant?

29. PANICUM. Cor. triualuis: valuulâ tertiâ minimâ.

* *Spicis ſubcylindricis, ſolitariis.*

124. PANICUM *verticillatum.*

P. ſpicâ verticillatâ baſi laxiore, inuolucellis ſurſum ſcaberrimis.

P. ſpicâ verticillatâ, racemulis quaternis, inuolucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 334. Curt. lond. Schreb. ſpic. lips. 43. n. 970. Hall. hiſt. n. 1543. Scheuchz. agr. p. 47. n. 2. Gmel. ſib. 1. p. 89. n. 17. var. II.*

Nimium frequens in cultis, autumno ſpicis maturis veſtibus tenaciſſime adhaerentibus moleſtum. Floret Majo, Junio. ⊙

Mo. Bot. Garden,
1895.

125. PANICUM *glaucum.*

P. ſpicâ tereti, inuolucellis deorſum ſcabris, feminibus undulato-rugoſis.

P. ſpicâ tereti, inuolucellis biflоris faſciculato-piloſis, feminibus undulato-rugoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 335. Schreb. gram. t. 25. ſpic. lips. p. 44. n. 972. Leers herb. n. 39. t. 2. f. 2. Hall. hiſt. n. 1542.*

Commune ad Caucaſi radices; inter ſegetes etiam vitium vulgare. Maturis jam frugibus laete adhuc vegetans a meſſoribus ligandis mergitibus adhibetur. ⊙

Praecedente et ſubſequente majus, *inuolucellorum* ſetis longis heluolis inſigne, *ſpiculisque* duplo majoribus.

126. PANICUM *viride.*

P. ſpicâ tereti, inuolucellis deorſum ſcabris, feminibus neruoſis.

P. ſpicâ tereti, inuolucellis biflоris faſciculato-piloſis, feminibus neruoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 335. Flor. dan. t. 852 Curt. lond. Schreb. ſpic. lips. p. 44. n. 971. Leers herb. n. 40. t. 2. f. 2. Scheuchz. agr. p. 46. n. 1. Gmel. ſib. 1. p. 89. n. 17. Pall. ind. taur.*

Commune in agris et ruderatis. Floret Junio, Julio. ⊙

* * *Spicis laxis, paniculatis.*

127. PANICUM *Crus galli.*

P. ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiuiſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. *Linn. ed. Willd. 1. p. 337. Roth germ. 2. p. 72 et ap. Uſteri ann. 8. p. 5. Erdmann ap. Uſteri ann. 5. p. 38. t. 7. Hall. hiſt. n. 1544. Gmel. ſib. 1. p. 90. n. 18.*

P. Crus corui. *Pall. ind. taur.*

α. ſpiculis breuiter ariſtatis aut ſubmuticis. *Curt. lond. Scheuchz agr. p. 49. n. 2.*

β. ſpicularum ariſtis elongatis. *Leers herb. t. 2. f. 3. Scheuchz. agr. p. 48. n. 1.*

Abundat tam *α* quam *β* in incultis, imprimis ad foſſas et locis ſubhumidis. Floret Junio. ⊙

128. PANICUM *Burmanni.*

P. ſpicâ compoſitâ ſimplicine: glomerulis diſtinctis pauciſloris, calycinis glumis omnibus ariſtatis, culmo repente foliisque undulatis hirſutis.

P. ſpicis ſubquaternis remotis ſecundis ſimplicibus, florum glumis binis exterioribus ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 339. Retz. obs. 3. p. 10. Burm. ind. 24. t. 12. f. 1.*

P. undulatifolium. *Ard. ſpec. 2. p. 14. t. 4.*

Gramen ſupinum breui hirſuto folio, paniculis echinatis ſingularibus. *Bocc. muſ. 2. p. 66. t. 55.*

Habitat in Cachetiâ. ⊙

Spicae plerumque ſimplices laxae: glomerulis diſtinctis, accedente quandoque ſpicâ unâ alterâue laterali. *Spiculae* magnitudine P. Cruris galli. *Ariſtae* purpureae inaequales, glumae intimae majoris breuiſſima. An vere *diuerſum* a *P. hirtello?*

**** Spicis filiformibus, digitato-paniculatis; ſpiculis geminis. (Digitaria.)*

129. PANICUM *aegyptiacum.*

P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis filiformibus, rachi flexuoſâ, floſculis geminis, calycibus inaequalibus: valuulâ interiore duplo majore, culmo foliisque piloſis.

P. aegyptiacum. *Retz. obſ. 3. p. 8.*

P. filiforme. *Jacq. obſ. 3. p. 18. t. 70. omnino!*

Occurrit in cultis tam Tauriae quam ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ⊙

Culmi repentes. *Pili* caulis foliorumque e puncto callofo. *Spicae* 6-12 longiffimae. *Calyces* pubefcentes: valvulâ exteriore corollae longitudine, interiore duplo breuiore et anguftiore. An a *P. fanguinali* diftinctum?

130. PANICUM *arenarium.*

P. fpicis fubdigitatis approximatis filiformibus, rachi flexuofâ, flofculis geminis, calycibus aequalibus longitudine corollae, culmo foliisque glabris.

Digitaria humifufa. *Perfoon enchirid. 1. p. 85.*

Digitaria filiformis. *Koeler gram. p. 26. (excluſis ſynonymis.)*

Habitat in glareofis ad torrentem Podkumok Caucafi, prope caftellum Georgopolitanum: etiam in arenâ mobili prope Kiew et Charkow. Floret aeftate. ⊙

Radix non repens. *Culmi* declinati, ficut *folia* glabri. *Spicae* 3-6. *Spiculae* praecedente duplo fere minores. *Valvulae calycinae* aequales corollae longitudine. *Color* plantae amethyftinus, praecedentis viridis.

30. CYNODON. Cal. 2-valvis, patens. Cor. 2-valvis, calyce major. Nectarium: feta truncata, inter calycem et corollam.

131. CYNODON *Dactylon.*

C. fpicis digitatis patentibus, fpiculis folitariis feffilibus, farmentis repentibus.

C. fpicis digitatis patentibus baſi interiore villofis, floribus folitariis, farmentis repentibus. *Perfoon enchirid. 1. p. 85.*

Panicum Dactylon. *Linn. ed. Willd. 1. p. 344. Hall. hiſt. n. 1527. Scop. carn. ed. 2. n. 73. Scheuchz. agr. p. 104. n. 5. t. 2. f. 11. J. Pall. ind. taur.*

Perfrequens in ruderatis, ad vias et in incultis aliis. Floret a Junio usque in serum autumnum. ♃

Rachis trigona, altero latere florifera. *Spiculae* duplicis seriei paruae muticae purpurascentes. *Calycinae* valuulae subaequales acutae glabrae. *Corollae* valuula altera major carinata: carinâ pubescente. *Setula* apice crassiuscula inter calycis valuulam exteriorem et corollam. *Stamina* 3, antheris purpureis. *Styli* 2 plumosi purpurei.

31. MILIUM. Cal. 2-ualuis, 1-florus, ventricosus: valuulis subaequalibus. Cor. breuissima. Stigmata penicilliformia.

132. MILIUM *effusum*.

M. floribus paniculatis dispersis muticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 360. Flor. dan. t. 1143. Curt. lond. Leers herb. n. 50. t. 8. f. 7. Hall. hist. n. 1525. Scheuchz. agr. p. 133. n. 1. Pall. ind. taur.*

Occurrit rarius in syluis nemoribusque sub arboribus. Floret Julio. ♃

133. MILIUM *vernale*.

M. paniculâ compositâ, spiculis alternis approximatis acutis muticis, radice annuâ.

Habitat in Tauriae et Caucasi subalpini collibus. Floret Aprili. ☉

Differt a praecedente, cui simile, *staturâ* humiliore, *foliis* multo angustioribus, *spiculis* confertioribus et *radice* exili annuâ.

134. MILIUM *paradoxum*.

M. floribus paniculatis aristatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 360. Schreb. gram. 2. p. 50. t. 28. f. 2. Scop. carn. ed. 2. n. 83. t. 1.*

In montibus ſyluaticis ſub arboribus paſſim prouenit, tam in Tauriâ quam Caucaſo. Floret Majo. ⊙

Calycis glumae ſubaequales albo-membranaceae neruoſae muticae. *Corolla* incluſa ſemini adnata: ariſtâ terminali ſpiculâ longiore. *Semen* fuſiforme laeuiſſimum et nigerrimum.

32. AGROSTIS. Cal. 2-naluis, 1-florus, patens. Cor. 2-ualuis. Stigmata plumoſa.

* *Ariſtatae.*

135. AGROSTIS *Spica venti.*

A. petalo exteriore ariſtâ rectâ ſtrictâ longiſſimâ, paniculâ patulâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 361. Flor. dan. t. 853. Leers herb. n. 51. t. 4. f. 1. Hall. hiſt. n. 1480. Gmel. ſib. 1. p. 92. n. 22. Scheuchz. agr. p. 144. n. 3. Pall. ind. taur.*

Occurrit paſſim in agris et campis apricis. Floret Junio. ⊙

136. AGROSTIS *holciformis.*

A. paniculâ nutante: ramis longiſſimis, corollâ glabrâ: glumâ exteriore ariſtâ terminali ſpiculae longitudine.

Habitat in Taurià meridionali, circa pagum Alupkam, inter ſaxa. ♃

Culmi circiter bipedales. *Folia* longa anguſta plana, vaginis ſtriatis. *Panicula* ampliſſima nutans, ramis baſi longe nudis. *Spiculae* ouatae majuſculae, potius Holci aut Auenae quam Agroſtidis. *Calycis* valuulae ſubaequales concauae acutae muticae glaberrimae, diſco e viridi purpuraſcentes, margine late membranaceo dilute fuſco. *Corolla* calyce paullo breuior glabra: valuulâ alterâ *ariſtâ* terminali longitudine ſpiculae, aetate tortâ.

137. AGROSTIS *arundinacea.*

A. paniculâ oblongâ, petalo exteriore baſi villoſo ariſtâque tortâ calyce longiore. *Linn. ed. Willd. 1. p. 364. Hall.*

hiſt. n. 1522. Gmel. ſib. 1. p. 126. n. 63. Scheuchz. agr. p. 507.

Occurrit in alpium caucaſicarum graminoſis.

138. AGROSTIS *compreſſa?*

A. panicula coarctata, calycibus aequalibus, corollis infra apicem breuiſſime ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 368. Willd. ap. Uſteri mag. 11. p. 39?*

A. dubia. *Leers herb. n. 56. t. 4. f. 4?*

Habitat in Caucaſo orientali ſubalpino ad riuulos. Floret Junio, Julio. ♃

Radix vix repens. *Culmi* numeroſi ceſpititii erecti pedales. *Folia* circiter biuncialia ſeſquilineam lata plana acuta firma retrorſum ſcabra glauco-viridia: vaginis ſtriatis glabris. *Panicula* oblonga contracta: radiis ad baſin uſque floriferis. *Spiculae* formâ magnitudineque A. hiſpidae, purpuraſcentes. *Calycinae* valuulae aequales, carinâ ſicut paniculae ramificationes hiſpidulae. *Corolla* albo-ſcarioſa calyce paullo brenior: valuulâ exteriore ſub apice ariſtâ breuiſſimâ vix nudo oculo viſibili, quae in quibusdam deficere videtur; interiore minutiſſimâ. An *Agr. hiſpidae varietas?*

* * *Muticae.*

139. AGROSTIS *capillaris.*

A. paniculâ capillari patente flexuoſâ, calycibus ſubulatis aequalibus glabris coloratis muticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 369. Smith ic. ined. 3. p. 54. t. 54. optima!*

Creſcit in incultis planitierum Caucaſo finitimarum rarius: etiam ad Wolgam, circa coloniam Sareptanam. ☉

Gracilis, glaberrima, *ſpiculis* nitidis obtuſis.

140. AGROSTIS *alba.*

A. paniculâ laxâ: ramis ramulisque diuaricatis, calycibus aequalibus decoloribus corollâ duplo longioribus, radice repente.

A. paniculâ laxâ, calycibus muticis aequalibus, culmo repente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 371.*

Occurrit in Caucaſi ſubalpini graminoſis fertilioribus. Floret aeſtate. ♃

Surculis longis repit. *Culmi* ſeſquipedales erecti. *Panicula* ampla verticillata patens. *Spiculae* decolores. *Calycis* glumae acutae. *Corolla* albo-ſcarioſa calyce duplo breuior: valuulâ interiore exteriore anguſtiore et breuiore, neque vero duplo. Inter *A. hiſpidam, ſtoloniferam* et *albam* diſtinctionis notae nondum luculenter ſunt propoſitae.

141. AGROSTIS *tenuifolia.*

A. paniculâ oblongâ patentiuſculâ ſcabrâ, calycibus aequalibus acutis, foliis lineari-ſetaceis.

Habitat in Caucaſi monte Beſchtau verſus cacumen. ♃

Culmi tenues pedales aggregati. *Folia* lineâ vix latiora conuoluta *Ligulâ* breuiſſimâ. *Spiculae* minores praecedente et acutiores. *Calycinae* glumae ſubaequales dorſo leuiter exaſperatae. *Corolla* hyalina calyce breuior: valuulâ alterâ minimâ.

142. AGROSTIS *denſa.*

A. paniculâ contractâ lobatâ muticâ, calycibus confertis acutis aequalibus corollâ duplo longioribus.

A. *(paluſtris)* paniculâ coarctatâ muticâ, calycibus aequalibus hiſpidiuſculis, culmo repente. *Hudſ. angl. 27?*

In Iberiâ lectam communicauit *amiciſſ. Steuen.* ♃

Paniculae rami ramulique omnes ſpiculis confertis undique cooperti. *Spiculae* minores quam A. albae virides. *Corolla* minima: valuulâ interiore anguſtiore et paullo breuiore. *Culmi* et *folia* fere Agr. albae. Specimen luſitanicum ſimillimum ibericis communicauit ill. C. Hoffmannſegg pro *Agr. paluſtri Huds.*

33, AIRA. Cal. 2-nalnis, 2-florus. Flofculi abf-que interjecto rudimento.

* *Muticae.*

143. AIRA *arundinacea.*

A. paniculâ patente, floſculis muticis laeuibus calyce longioribus, foliis planis rigidis, ligulâ obſoletâ.

A. paniculâ oblongâ ſecundâ muticâ imbricatâ, foliis planis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 176. Pall. ind. taur.*

Gramen orientale paniculatum Portulacae ſemine. *Tournef. cor. p. 39. (ex autopſiâ herbarii Tournefortii.)*

Habitat in arenâ mobili deſerti Cumani. ♃

Culmi bipedales et ultra firmi. *Folia* arundinacea glauca. *Ligula* obſoleta ciliata. *Panicula* compoſita perampla laevis: ramis baſi longe nudis. *Spiculae* glabrae magnitudine A. ceſpitoſae. *Calycinae* glumae acutae inaequales paruae floſculis breuiores. *Corollae* valuulae aequales acutiuſculae trineruiae. *Semina* globoſa teſtacea nitida. *Variat* calycibus triſloris.

144. AIRA *aquatica.*

A. paniculâ patente, floſculis muticis laeuibus calyce longioribus, foliis planis, ligulâ exſertâ.

A. aquatica. *Linn. ed. Willd. 1. p. 376. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1471. Scheuchz. agr. p. 176. n. 1. Vaill. pariſ. t. 17. f. 7. Pall. ind. taur.*

Creſcit in udis. Floret Majo, Junio, ♃

145. AIRA *humilis.*

A. paniculâ patente, floſculis muticis calyce duplo longioribus: glumis truncatis apice membranaceis denticulatis.

Habitat in Caucaſi monte Beſchtau. ♃

Gramen exile *A. minutâ* paullo majus. *Folia* glabra lineam circiter lata: ligulâ breuiſſimâ. *Spiculae* magnitudine A.

ceſpitoſae. *Calycinae* glumae inaequales ouatae ſcarioſae. *Corollae* valuula exteriór baſi tantum colorata pubeſcens, caeterum ſcarioſa nitida: interior paullo minor tota membranacea.

** *Ariſtatae.*

146. AIRA *ceſpitoſa.*

A. foliis planis, paniculâ patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſtâ rectâ breui. *Linn. ed. Willd. 1. p, 378. Flor, dan. t. 240. Leers herb. n. 59. t. 4. f. 8. Hall. hiſt. n. 1487. Scheuchz. agr. p. 244. t. 2. f. 2. 3. Gmel. ſib. 1. p. 95. n. 27. Habl. taur. p. 126.*

Hanc ego nuſquam niſi in alpe Caucaſi Kaiſchaur Septembri florentem obſeruaui. ♃

Planta alpina caucaſica *differt* a vulgari aliarum regionum *foliis* latioribus et *ſpiculis* majoribus.

147. AIRA *caryophyllea.*

A. foliis ſetaceis, paniculâ diuaricatâ, floribus ariſtatis diſtantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 380. Flor. dan. t. 382. Leers herb. n. 62. t. 7. f. 7. Hall. hiſt. n. 1482. Pall. ind. taur.*

Gramen paniculatum minimum molle. *Scheuchz. agr. p. 215. t. 4. f. 15.*

Occurrit in Tauriae rupeſtribus circa Tſchorgunam et Inkiermau. Floret Junio. ⊙

34. MELICA. Cal. 2-ualuis, 2-florus. Rudimentum floris inter floſculos.

148. MELICA *ciliata.*

M. floſculi inferioris petalo exteriore ciliato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 381. Hall. hiſt. n. 1517. Gmel. ſib. 1. p. 99. n. 32. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 174. n. 1. t. 3. f. 16. G-K. Scheuchz. it. alp. 1. p. 32. t. 4. f. 1.*

Minime rara in ſterilibus et in rupeſtribus. Floret Junio. ♃

149. MELICA *nutans.*

M. petalis imberbibus, paniculâ nutante ſimplici. *Linn. ed. Willd. 1. p. 382. Schreb. gram. t. 6. f. 2. Hoffm. germ. a. 1800. t. 9. Curt. lond. Leers herb. n. 63. t. 3. f. 4. Hall. hiſt. n. 1472. Gmel. ſib. 1. p. 97. n. 29.*

Creſcit in dumetis ad fluuium Terek verſus oppidum Kiſljar. Floret Majo. ♃

150. MELICA *altiſſima.*

M. petalis imberbibus, paniculâ coarctatâ ſecundâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 385. Gmel. ſib. 1. p. 98. n. 30. t. 20. Amm. ruth. n. 246.*

Occurrit hinc inde in dumetis promontorii caucaſici. Floret aeſtate. ♃

151. MELICA *caerulea.*

M. paniculâ elongatâ: ramis ſtrictis, ſpiculis cylindricis unifloris.

M. caerulea. *Linn. ed. Willd. 2. p. 383. Pollich. pal. n. 85. Hall. hiſt. n. 1518. Gmel. ſib. 1. p. 94. n. 25. Scheuchz. agr. p. 207. n. 1. t. 4. f. 11. 12. Pall. ind. taur.*

Legi in graminoſis Caucaſi ſubalpini, circa acidulam Narzana, Auguſto florentem. ♃

Synonyma et *icones Flor. dan. t. 239. Curt. lond. Leers herb. n. 58. t. 4. f. 7.* et alia, quae ſunt *varietatis* minoris, non excludo; ſed omiſi, quia hanc *varietatem* in meridionali Roſſiâ hucusque nuſquam vidi.

35. POA. Cal. 2-ualuis, multiflorus; ſpicula diſticha ualuulis margine ſcariofis, acutiuſculis.

152. POA *aquatica.*

P. paniculâ diffuſâ: rachi ſcabrâ, ſpiculis ſexfloris linearibus, calycinis ualuulis corolli is ſubaequalibus.

P. paniculâ diffuſâ, ſpiculis ſexfloris linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 385. Leers herb. n. 65. t. 5. f. 5. Hall. hiſt. n. 1454. Gmel. ſib. 1. p. 105. n. 38. Scheuchz. agr. p. 191. t. 4. f. 1.*

In Iberiâ lectam communicauit *amiciſſ. Steuen.* 2

153. POA *arundinacea.*

P. paniculâ diffuſâ: ramis longiſſimis, rachi laeui; ſpiculis linearibus ſubquinqueflоris, calycinis valuulis corollinis minoribus.

Habitat ad fluuium Malk, ubi caucaſicos montes egreſſus, per planitiem ad Terekum defluit. Floret Junio. 2

Nimis praecedenti *affinis.* Dignoſcitur *paniculâ* laxiori, *ſpiculis* minoribus et tenuioribus totis membranaceis. An *varietas?*

154. POA *triuialis.*

P. paniculâ diffuſâ, ſpiculis ſubtrifloris, foliis planis: vaginis ſcabris, ligulâ exſertâ.

P. paniculâ ſubdiffuſâ, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Linn. ed. Willd. 1. p. 387. Hudſ. angl. 1. p. 39. Curt. lond. Gmel. ſib. 1. p. 103. n. 35. Scheuchz. agr. p. 180. n. 5.*

P. pratenſis. *Leyſer halenſ. ed. 2. n. 91. Pall. ind. taur.*

P. ſcabra. *Ehrh. Hoffm. germ. a 1800. t. 10.*

P. dubia. *Leers herb. n. 69. t. 6. f. 5.*

Ad vias, aggeres et rinulos hinc inde obſeruatur. Floret Junio. 2

Dignoſcenda ab affinibus *foliis* planis latiuſculis: *vaginis* ſcabris, *ligulâ* elongatâ ſaepe fiſſâ; *ſpiculis* pluribus minoribus vix pubeſcentibus.

155. POA *anguſtifolia.*

P. paniculâ diffuſâ, ſpiculis ſubquadrifloris, foliis conuolutofiliformibus: ligulâ abbreuiatâ.

P. paniculâ diffuſâ, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Linn. ed. Willd. 1. p. 387. Leers herb. n. 67. t. 6. f. 3. Leyſſer halenſ. ed. 2. n. 90. Hall. hiſt. n. 1460. Scheuchz. agr. p. 178. n. 3. Gmel. ſib. 1. p. 104. n. 37. Pall. ind. taur.*

β. foliis breuioribus planiuſculis.

P. triuialis. *Leers herb. n. 66. t. 6. f. 2. Hall. hiſt. n. 1464. Scheuchz. agr. p. 181. n. 6.*

P. pratenſis. *Pall. ind. taur.*

Praecedente multo frequentior, in graminoſis fere omnibus reperitur. Floret Junio. ♃

P. *pratenſem* L. a P. *anguſtifoliâ* non *differre* confirmat *Clariſſ. Smith* ex autopſiâ herbarii Linneani. *Synonyma* vero autorum pleraque ad P. anguſtifoliae var. β ſunt referenda.

156. POA *annua.*

P. paniculâ diffuſâ: angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 390. Curt. lond. Leers herb. n. 70. t. 6. f. 1. Hall. hiſt. n. 1466. Gmel. ſib. p. 105. n. 39. Scheuchz. agr. p. 189. n. 1. t. 3. f. 17.*

Creſcit in incultis circa Kiſljar; rarum in regionibus de quibus loquimur gramen. Floret aeſtate. ⊙

157. POA *bulboſa.*

P. paniculae ramis breuibus confertis flexuoſis, ſpiculis ouatis ſubquadrifloris: glumis latis acutis, culmis baſi tuberoſis.

P. paniculâ ſecundâ patentiuſculâ, ſpiculis quadrifloris. *Linn. ed. Willd, 1. p. 399. Hall. hiſt. n. 1461. Scheuchz. agr. p. 185. n. 3. Vaill. pariſ. t. 17. f. 8. Gmel. ſib. 1. p. 102. n. 34.*

P. alpina. *Pall. ind. taur.*

α. vegeta: foliis radicalibus elongatis anguſtiſſimis.

β. macilenta: foliis breuioribus latioribusque.

γ. macilenta: paniculis depanperatis, ſpiculis paucifloris.

δ. viuipara. omnium varietatum.

Abundat in omni Taurià: var. α et δ locis fertilioribus; β in rupeſtribus, γ in deſerto fabuloſo aſtrachanenſi. Floret Aprili. ♃

Gramen multiforme *culmorum* altitudine, *foliorum* longitudine latitudineque et *ſpiculis;* P. *alpinae* et *laxae* proximum.

158. POA *nemoralis.*

P. paniculâ attenuatà, ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incuruo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 399. Flor. dan. t. 749. Leers herb. n. 72. t. 5. f. 3. Hall. hiſt. n. 1469. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 164. n. 2. prodr. t. 2.*

In ſyluis ſub arboribus frequens. Floret aeſtate et uſque in ſerum autumnum. ♃

Folia radicalia elongata anguſtiſſima: *ligulâ* breuiſſimâ. *Panicula* depauperata ramis capillaribus. *Spiculae* parvae maximâ ex parte albo membranaceae.

159. POA *ſterilis.*

P. paniculâ attenuatâ: ramis breuiſſimis, ſpiculis ſubtrifloris acutis glabris, foliis breuibus: culmeis diſtiche patentibus.

Habitat in Tauriae collibus apricis ſterilibus. Floret Junio. ♃

Radix fibroſa multicaulis. *Culmi* adſcendentes pedales graciles tamen firmi. *Folia* plana; radicalia biuncialia, caulina breuia ad angulum rectum diſtiche patentia: *vaginis* anguſtis elongatis, *ligulâ* vix ullâ. *Panicula* attenuata elongata: *ramis* breuiſſimis vix ultra 2 ex eodem puncto, ſpiculis ſuperioribus alternatim ad rachin ſubſeſſilibus. *Spiculae* magnitudine *P. anguſtifoliae*, plerumque triflorae, etiam ad lentem vix pubeſcentes: *glumis* acutis eneruiis viridibus margine tenui albo. *Similis* P. *nemorali* paniculâ et foliis culmeis, abunde caeterum diſtincta.

160. POA *diſtans.*

P. paniculae ramis ſubdiuiſis, floribus quinquefloris: floſculis diſtantibus obtuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 401.*

P. ſalina. *Leyſſer halenſ. ed. 2. n. 93. Poll. pal. n. 92. Roth germ. 2. p. 119.*

P. retroflexa. *Curt. lond.*

Aira aquatica. *β.* diſtans. *Hudſ. angl. ed. 2. 1. p. 34.*

In apricis ſterilibus et ſubſalſis tam Tauriae quam ad Caucaſum paſſim occurrit: in ſabuloſis Boſphoro Tauriae adjacentibus praeſertim abundat. Floret Junio, Julio. ♃

161. POA *piloſa.*

P. paniculâ patente: ramificationibus capillaribus, primariis piloſis; pedicellis flexuoſis ſpiculis ferratis ſubdecemfloris longioribus.

P. paniculâ patente ſtrictâ, ramificationibus primariis piloſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 391. Scheuchz. agr. p. 193. n. 5. t. 4. f. 3. Barrel. ic. 44. n. 1.*

P. verticillata. *Cau. hiſp. 1. p. 63. t. 93. Linn. ed. Willd. 1. p. 393.*

P. Eragroſtis. *Pall. ind. taur.*

Prouenit in collibus ſterilibus ſaxoſis Tauriae, imprimis circa Karaſſubaſar. Floret Julio, Auguſto. ⊙

P. *verticillatam Cavanill.* a noſtrâ non *differre* ſtatuo, ob ſummam in omnibus ſimilitudinem; quamuis de pilis *paniculae* nil habeat autor: hoc enim minoris momenti eſſe videtur, deficientibus hiſce pilis etiam in quibuſdam noſtrae plantae indiuiduis.

162. POA *Eragroſtis.*

P. paniculâ patente glabrâ, pedicellis flexuoſis ſpiculis ferratis ſubquindecimfloris breuioribus.

P. paniculâ patente, pedicellis flexuoſis, ſpiculis ſerratis decemfloris, glumis trineruiis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 392. Schreb. gram. 2. p. 81. t. 38. Cauan. hiſp. 1. p. 63. t. 92. Gmel. ſib. 1. p. 106. n. 40. Hall. hiſt. n. 1450. Scheuchz. agr. p. 192. t. 2. f. 2. et 193. t. 4. f. 13.*

Briza Eragroſtis. *Pall. ind. taur.*

In Tauriâ et ad Caucaſum locis incultis, ad vias et aggeres minime rara. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Variat quam maxime magnitudine et numero floſculorum. *Varietas floſculis* numeroſis (20 et ultra) videtur eſſe *Briza Eragroſtis* plurimorum autorum: an etiam Linnaei? Specimina *Br. Eragroſtis* coram habeo, ex herbario Breyniano deprompta, *paniculâ* confertâ ramis pedicellisque breuiſſimis, *ſpiculis* majoribus atque latioribus. An talis vera Br. Eragroſtis L?

163. POA *compreſſa.*

P. paniculâ coarctatâ ſecundâ, culmo obliquo compreſſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 397. Flor. dan. t. 742. Leers herb. n. 71. t. 5. f. 4. Hall. hiſt. n. 1455. Gmel. ſib. 1. p. 103. n. 36. Pall. ind. taur. Vaill. paris. t. 18. f. 5. optima!*

Occurrit ad vias et agrorum verſuras hinc inde. Floret Junio, Julio. ♃

164. POA *dura.*

P. paniculâ ſpicatâ ſecundâ latâ, ſpiculis imbricatis linearibus multifloris, glumis obtuſis.

P. dura. *Scop. carn. ed. 2. n. 101.*

Cynoſurus (*durus*) ſpiculis ſecundis alternis ſeſſilibus rigidis obtuſis appreſſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 413. Poll. pal. n. 100. t. 1. f. 1. Hall. hiſt. n. 1419. Barrel. ic. 50. Pall. ind. taur.*

Steriliſſima amat, in viis imprimis derelictis magnâ ſaepe copiâ creſcens. Floret Majo. ⊙

165. POA *pungens.*

P. ſpicis ſecundis compoſitis diſtichis, ſpiculis ouatis ſubtrifloris, culmo repente. *Marſch. caſp. p. 130. app. n. 5.*

Gramen Agroſtidi pungenti ſimile. *Pall. nou. it. ed. germ. 1. p. 224.*

Agroſtis pungens. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae maritimis imprimis ad Boſphorum, in planitiebus caucaſico-caſpicis copioſa. Floret Majo, Junio. ♃

Sarmenta longiſſima: ramulis copioſis ſterilibus floriferisque erectis. *Folia* crebra breuia plana rigida glauceſcentia: vaginis ore piloſis, ligulâ obſoletâ. *Spica* compoſita: partialibus alternis erectis breuibus diſtichis. *Spiculae* confertim imbricatae, magnitudine Poae compreſſae, laeves 2-4-florae. *Calycinae* valuulae concavae acutiuſculae obliquae et propriis ordinibus imbricatae: alterâ minore. *Floſculi* calyce longiores: glumis ouatis concauis acutiuſculis margine late membranaceis. *Stamina* 3. *Styli* 2 plumoſi purpurei.

36. BRIZA. Cal. 2-ualuis, multiflorus. Spicula diſticha, valuulis cordatis obtuſis: interiore minutâ.

166. BRIZA *media.*

Br. ſpiculis ouatis, calyce floſculis breuiore. *Linn. ed. Willd. 1. p. 404. Flor. dan. t. 258. Hoffm. germ. a. 1804. t. 5. Leers herb. n. 64. t. 7. f. 2. Hall. hiſt. n. 1448. Scheuchz. agr. p. 204. n. 2. t. 4. Habl. taur. p. 126.*

β. ſpiculis viridi albidoque variis.

Br. viridis. *Pall. ind. taur.*

Occurrit rarius in pratis, quam in ſyluis ſub arboribus: unde varietas β pallida copioſior. Floret Junio. ♃

167. BRIZA *humilis.*

Br. fpiculis ouatis, calyce flofculis aequali, paniculâ oblongà contractâ.

Gramen tremulum orientale fpicatum annuum Sherardi. *Scheuchz. agr. p. 206. n. 4. t. 4. f. 10.*

Gramen phalaroides minus erectâ collectâque paniculâ. *Barrel. ic. 15. f. 2.*

In Tauriae meridionalis et Iberiae mediae collibus et campis apricis haud rara. Floret Majo. ⊙

Gramen exile faepe digitale raro dodrantale. *Folia* breuia plana glabra. *Ligula* oblonga. *Panicula* oblonga contracta: fpiculis plerisque ad rachin flexuofam breuiffime pedicellatis aut fubfeffilibus. *Spiculae* magnitudine et fere formâ Poae alpinae, ut haec Poas cum Brizis conjungat. *Gluma calycina* altera major adjacenti floſculo aequalis, altera paullo minor, utraque formae in hoc genere communis, ficut glumae florales; margine tamen fcarioſo minus quam in affinibus dilatato. *Floſculi* 5–7.

37. DACTYLIS. Cal. 2-ualuis, compreſſus, multiflorus; valuulis acutis: alterâ majore, carinatâ, longitudine floſculorum.

168. DACTYLIS *glomerata.*

D. paniculâ fecundâ glomeratâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 408. Flor. dan. t. 743. Schreb. gram. 1. p. 72. t. 8. f. 2. Hoffm. germ. a. 1804. t. 6. Leers. herb. n. 57. t. 3. f. 3. Hall. hiſt. n. 1512. Gmel. ſib. 1. p. 117. n. 52. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 126. Scheuchz. agr. p. 299. n. 4. t. 6. f. 15. Loeſ. pruſſ. 110. t. 13.*

In pratis copioſa. Floret Majo, Junio. ♃

169. DACTYLIS *criſtata.*

D paniculâ ſpicatâ oblongâ, ſpiculis ſubtrifloris nitidis: glumis acutis, foliis pubeſcentibus.

Aira *(criſtata)* paniculâ ſpicatâ, calycibus ſubtrifloris pedunculo longioribus, petalis ſubariſtatis inaequalibus. *Linn. ſpec. pl. p. 95. Hall. hiſt. n. 1444. Gmel. ſib. 1. p. 93. n. 24.*

Poa criſtata. *Linn. ed. Willd. 1. p. 402. Leers herb. n. 73. t. 5. f. 6.*

Gramen ſpicâ criſtatâ ſubhirſutum. *C. Bauh. pin. p. 13. Scheuchz. agroſt. p. 166.*

Communis in apricis ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

170. DACTYLIS *lobata.*

D. ſpicâ lobatâ ouatâ, ſpiculis trifloris: glumis ariſtatis, foliis glabris.

Habitat in Tauriae paſcuis apricis ſiccis. Floret cum praecedente. ♃

Praecedenti proxima, ſed minor et glabra. *Folia* radicalia breuiora latioraque: *vaginâ* ſummâ tumidiuſculâ. *Spica* breuis glabra; nec rachi pedicelliſque pubeſcentibus, ut in praecedente. *Glumae* diſtincte ariſtatae: *ariſtâ* tamen breuiſſimâ. *Affinis* Seſleriis et Poae diſtichae.

38. BECKMANNIA. Cal. 2-ualuis, obcordatus, compreſſus, biflorus: ualuulis aequalibus, fornicatis. Floſculi biualues, incluſi.

171. BECKMANNIA *erucaeformis.*

B. ſpicis paniculatis ſecundis linearibus, ſpiculis diſtichis imbricatis.

B. erucaeformis. *Hoſt. gram. auſtr.*

Phalaris (*erucaeformis*) paniculâ fecundâ lineari, calycibus bifloris. *Linn. ſpec. pl. p. 80. Barrel. ic. 2.*

Cynoſurus erucaeformis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 412. Aiton. Kew. 1. p. 105.*

Dactylis ſpicis numeroſis alternis culmo adpreſſis longitudine internodiorum, calycibus bifloris. *Roy. lugdb. p. 57. Gmel. ſib. 1. p. 130. n. 68. t. 29.*

Creſcit in graminoſis ſubhumidis rarius. ♃

39. CYNOSURUS. Cal. 2-ualuis, multiflorus. Recept. proprium unilaterale, foliaceum.

172. CYNOSURUS *echinatus.*

C. bracteis pinnato-paleaceis ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 412. Scop. carn. ed. 2. n. 97. Roth germ. 2. p. 157. Hall. hiſt. n. 1446. Pall. ind. taur.*

Gramen echinatum tribuloides. *Column. ecphr. p. 340. ic. p. 338.*

Gramen alopecuroides ſpicâ aſperâ. *C. Bauh. prodr. p. 10. Scheuchz. agr. p. 80. n. 2. t. 2. f. 8. D.*

In ſterilibus abruptis lapidoſis reperitur. Floret Junio. ♃

40. FESTUCA. Cal. 2-ualuis. Spicula oblonga, teretiuſcula, multiflora: glumis acuminatis ariſtatiſue.

* *Paniculâ ſecundâ.*

173. FESTUCA *ouina.*

F. paniculâ ſecundâ coarctatâ ariſtatâ, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 419. Leers herb. n. 74. t. 8. f. 3. 4. Hall. hiſt. n. 1442. Gmel. ſib. 1. p. 107. n. 42. Scheuchz. agr. p. 279. t. 6. f. 8. Loeſ. pruſſ. 110. t. 24. Pall. ind. taur.*

Gramen per campos vaſtos cancaſico-caſpicos et ad Wolgam inferiorem omnium facile copioſiſſimum, pecoribus tamen minime gratum, a quibus deficiente tantum pabulo magis ſuculento tandem comeditur, hinc nomadibus exoſum. Floret Majo. ♃

174. FESTUCA *Myurus.*

F. paniculâ ſpicatâ elongatâ, calycibus minutiſſimis muticis paucifloris, floſculis linearibus: ariſtis longis.

F. paniculâ ſpicatâ, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris: ariſtis longis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 422. Leers. herb. n. 77. t. 3. f. 5. Hall. hiſt. n. 1443. Scheuchz. agr. p. 194. Barrel. ic. 99. f. 1.*

Gramen feſtuceum humile, paniculâ minus ſparſâ, locuſtis anguſtis ariſtatis. *Buxb. cent. 4. p. 31. t. 54. f. 2.*

Creſcit in Iberiae campis. ☉

175. FESTUCA *elatior.*

F. paniculâ ſecundâ erectâ, ſpiculis ſubariſtatis: exterioribus teretibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 425. Curt. lond. Schreb. gram. 1. p. 34. t. 2. Leers herb. n. 79. t. 8. f. 6. Ehrh. catal. 6. p. 132. Hall. hiſt. n. 1451. Gmel. ſib. 1. p. 109. n. 43. Scheuchz. agroſt. p. 200. n. 1. Pall. ind. taur.*

Communis in pratis fertilioribus. Floret Junio. ♃

Spiculae 6 – 8 - florae magnae virides: *glumis* floralibus ariſtâ breui.

** *Paniculâ aequali.*

176. FESTUCA *ſerotina.*

F. paniculae ramis ſimplicibus patulis, ſpiculis ſubtrifloris ariſtatis, culmis declinatis, foliis planis diſtichis.

Agroſtis (*ſerotina*) paniculâ floſculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis breuiſſimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 365. Seguier ver. 3. p. 146. n. 2. Pall. ind. taur.*

Feſtuca ſerotina. *Linn. ſpec. pl. p. 111.*

Bromus ſtrictus. *Scop. carn. ed. 2. n. 114.*

Creſcit in Tauriae et promontorii caucaſici ſaxoſis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Paniculae rami ſolitarii remoti in florente ad angulum rectum patent, alioquin adpreſſi. *Spiculae* plerumque triflorae, nequaquam uniflorae, amethyſtinae, prout totum fere gramen. *Glumae calycinae* breues totae albo-ſcarioſae. *Corollae* valuula exterior ariſtato-acuminata pubeſcens; interior membranacea bineruis ſubtiliſſime bicuſpidata. *Stigmata* penicilliformia purpurea.

177. FESTUCA *minuta.*

F. paniculâ coarctatâ, ſpiculis linearibus muticis, calyce floſculis hirſutis longiore, foliis baſi barbatis.

F. paniculâ coarctatâ, floſculis villoſis calyce glabro acutiſſimo breuioribus, foliis ſetaceis baſi barbatis. *Steuen. dec. pl. iber.*

Habitat in Iberiâ. ⊙

Habitus et affinitas ſumma F. *calycinae; differt* potiſſimum *floſculorum* pilis crebris ſericeis.

178. FESTUCA *fluitans.*

F. paniculâ ramoſâ erectâ, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 426. Curt. lond. Schreb. gram. 1. p. 37. t. 3. Leers herb. n. 80. t. 8. f. 5. Ehrh. catal. 6. p. 34. Hall. hiſt. n. 1453. Scheuchz. agr. p. 199. n. 1.*

Creſcit in paludibus circa oppidum Moſdok. Floret Junio. ♃

41. BROMUS. Cal. 2-ualuis. Spicula oblonga, teres, difticha: ariftâ infra apicem.

179. BROMUS *fecalinus.*

Br. paniculà nutante, fpiculis ouatis compreffis, glumis nudis diftinctis, ariftis fubulatis breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 428. Roth. germ. 1. p. 133. Poll. pal. n. 108. Hall. hift. n. 1502. var. β. Scheuchz. agr. p. 251. n. 2. t. 5. f. 10.*

In hortis cultisque aliis, porro in ruderatis et ad vias frequens. Floret Majo, Junio. ⊙

Foliorum imprimis pagina fuperior vaginaeque hirfutae. *Panicula* patens. *Spiculae* ouato-oblongae 8-10-florae glabrae virides. *Glumae* margine albo angufto, apiculo breui bifido: laciniis obtufiufculis lineae dimidium longis. *Ariftae* exiles fubflexuofae rectiufculae: flofculorum inferiorum breuiores. Datur *varietas* ariftis longioribus et omnibus fubaequalibus, quoad reliqua non diuerfa.

180. BROMUS *mollis.*

Br. paniculâ erectiufculâ, fpicis ouatis pubefcentibus, ariftis rectis, foliis molliffime villofis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 429. Curt. lond. Schreb. gram. 1. p. 60. t. 6. f. 1. Leers herb. n. 82. t. 11. f. 1. Hall. hift. n. 1504. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 254. n. 5. t. 5. f. 12.*

Copiofus in campis apricis. Floret Aprili, Majo. ⊙

181. BROMUS *confertus.*

Br. paniculâ contractâ erectâ, fpiculis oblongis multifloris fcabris, ariftis diuaricatis.

Gramen feftuceum minus, paniculâ compactâ. *Buxb. cent. 4. p. 30. t. 54. f. 1.*

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ⊙

Habitus praecedentis, ſed undique multo minus hirſutus. *Spiculae* ſcabrae nec hirſutae, in verticillis approximatis ad rachin ſubſeſſiles. *Floſculi* 8-10. *Ariſtae* aequales circiter glumarum longitudine albidae.

182. BROMUS *ſquarroſus.*

Br. paniculâ nutante, ſpiculis ouatis: ariſtis diuaricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 430. Hall. hiſt. n. 1501. Scheuchz. agr. p. 251. n. 3. t. 5. f. 11. Barrel. ic. 24. f. 1. 2. Pall. ind. taur,*

Gramen hordeaceum erectum minimum. *Buxb. cent. 5. app. n. 42. t. 19.*

β. ſpiculis hirſutis. *Pall. ind. taur.*

Gramen feſtuceum majus locuſtis craſſis lanuginoſis. *Buxb. cent. 5. p. 19. t. 38. f. 1.*

Creſcit in campis apricis et collibus aridis Tauriae et in deſerto caucaſico-caſpio; ſaepe pygmaeus. Floret Majo. ⊙

Pedicelli capillares ſubumiflori. *Glumarum* margo albus latus. *Ariſtae* parallelo ſitu reflexo-patulae. *β differt* ſpiculis molli pube veſtitis, nec praetera ullâ aliâ notâ. *Synonyma Buxbaumii* allegata certe noſtri graminis ſunt. Quid igitur *Br. lanceolatus Rothii?*

183. BROMUS *inermis.*

Br. paniculâ erectâ, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis nudis ſubmuticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 194. Schreb. gram. 1. p. 97. t. 13. Gmel. ſib. 1. p. 110. n. 44. t. 21. Pall. ind. taur.*

In pratis minime rarus. Floret Junio. ♃

Corollae valuula exterior apice rotundata nec fiſſa; modo mutica, modo neruo dorſali in ariſtam breuiſſimam elongato: interior margine ſcabra nec ciliata.

184. BROMUS *anguſtifolius.*

Br. paniculâ erectâ, ſpiculis linearibus 3-7-floris, ariſtis breuibus. *Gmel. in ed. ſyſt. Linn. 1. p. 189. Hall. hiſt. n. 1507. Scheuchz. agr. p. 255. n. 1. t. 5. f. 13.*

Br. (*erectus*) paniculâ erectâ, pedunculis ſubſimplicibus, floſculis lanceolatis teretiuſculis, foliis radicalibus anguſtiſſimis ciliato-piloſis. *Smith brit. 1. p. 131. Roth nou. catal. 1. p. 111.*

Br. agreſtis. *Allion. Hoſt. gram. auſtr.*

Br. aſper. *Pall. ind. taur.*

Abundat in graminoſis apricis ſiccioribus, Floret Junio. ♃

Hujus facilis *diagnoſis* e *radice* validâ perenni *foliisque* radicalibus cespitoſis conuolutis anguſtiſſimis.

185. BROMUS *ſterilis.*

Br. paniculâ patulâ, ramis paucifloris pendulis, ſpiculis oblongis ſcabris, ariſtis ſubulatis valuulis longioribus.

Br. paniculâ patulâ, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 433. Hoffm. germ. a. 1800. t. 11. f. 1. Leers herb. n. 83. t. 11. f. 4. Pollich pal. n. 112. Hall. hiſt. n. 1505. Scheuchz. agr. p. 258. n. 3. t. 5. f. 14. Pall. ind. taur.*

Communis in graminoſis et cultis. Floret Junio. ⊙

186. BROMUS *madritenſis.*

Br. pubeſcens, paniculâ patulâ ſubſecundâ, ſpiculis linearibus retrorſum ſcaberrimis, ariſtis longiſſimis ſcabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 437. Vahl ſymb. 2. p. 23. Pall. ind. taur.*

Legi in pomariis circa Tauriae pagum maritimum Uſkut. Floret Maio. ⊙

Differt a *Br. rigido paniculâ* ob pedicellos elongatos multo laxiore, *calycibus* minoribus et *ſtaminibus* tribus. *Br. ſterili* nimis eſt affinis ejusque forte *varietas.* Specimen *Br. madritenſis,* tauricis ſimillimum, mecum communicauit Clariſſ. Will-

denow. *Synonymon* vero *Linn. amoenit. acad. 4. p. 265* videtur ad *Br. rigidum* esse referendum, sicut *Br. muralis Hudsoni;* ita quidem, ut Br. rigidus Rothii sit verus Linnaei Br. madritensis.

187. BROMUS *tectorum.*

Br. paniculâ nutante: ramis multifloris, spiculis linearibus pubescentibus, aristis subulatis glumis longioribus.

Br. paniculâ nutante, spiculis linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 434. Hoffm. germ. a. 1800. t. 11. f. 2. Leers herb. n 85. t. 10. f. 2. Poll. pal. n. 114. Hall. hist. n. 1508. Pall. ind. taur.*

Maxime communis in sterilibus, etiam in desertorum arenâ mobili. Floret Aprili, Majo. ⊙

188. BROMUS *giganteus.*

Br. paniculâ nutante, spiculis quadrifloris: aristis breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 435. Hoffm. germ. a. 1800. t. 11. f. 3. Schreb. gram. p. 88. t. 11. Leers herb. n. 86. t. 10. f. 1. Hall. hist. n. 1510. Vaill. par. t. 18. f. 3. Scheuchz. agr. p. 264. n. 3. t. 5. f. 17.*

Festuca (*gigantea*) paniculâ secundâ nutante ramosâ laxâ, flosculis lanceolatis ventricosis aristatis, foliis ensiformibus laevibus. *Smith brit. 1. p. 120. Persoon enchirid. 1. p. 94.*

Occurrit rarius ad Caucasum in nemoribus inter frutices. Floret aestate. ♃

Glumae apice minime fissae in aristam excurrunt: deficit igitur *character essentialis* Bromi, quamuis *habitus* conueniat.

189. BROMUS *gracilis.*

Br. villosus, spicâ simplici gracili, spiculis alternis sessilibus teretiusculis longius aristatis. *Persoon enchirid. 1. p. 96. Linn. ed. Willd. 1. p. 438. Roth germ. 2. p. 145 et nou.*

catal. 1. p. 116. Weigel obſ. p. 15. t. 1. f. 11. Scheuchz. agr. p. 138. n. 4.

Br. ſyluaticus. *Smith brit. 1. p. 136.*

Br. pinnatus. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae Caucaſique ſyluis. Floret Julio, Auguſto. ♃

190. BROMUS *diſtachyos.*

Br. ſpiculis duabus erectis alternis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 439. Gerard gallopr. p. 98. t. 3. f. 1. Barrel. ic. 83. f. 2. Pall. ind. taur.*

Habitat in campis apricis Tauriae. Floret aeſtate. ⊙

Gramen pygmaeum, ſaepe vix pollicare. *Folia* breuia lata rigida glauco-viridia, margine baſeos ciliata. *Spiculae* formâ fere praecedentis. *Glumae* floſculorum ſcabriuſculae apice non ſiſſae: ariſtâ ipſis paullo breuiore terminali, interiores inſigniter ciliatae. *Variat* ſpiculis ſolitariis.

43. STIPA. Cal. 2-ualuis, 1-florus. Cor. conuoluta: ariſtâ terminali, baſi tortâ.

191. STIPA *pennata.*

St. foliis filiformibus, ariſtis plumoſis baſi nudis. *Perſoon enchirid. 1. p. 99. Hall. hiſt. n. 1514. Gmel. ſib. 1. p. 114. n. 50. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 126. Munting phytogr. cap. 246. p. 617. Clus. hiſt. 2. p. 221.*

St. ariſtis lanatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 440.*

Nimium frequens in planitiebus aridis argilloſis. Pecoribus praeter ſummam inediam cum inſequente intacta. Roſtis Kowil audit. Floret Aprili, Majo. ♃

192. STIPA *capillata.*

St. ariſtis nudis curuatis, calycibus femine longioribus, foliis intus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 441. Gmel. ſib. 1. p. 114. n. 49. Pall. ind. taur.*

Abundat in planitiebus ſiccis Tauriae et ad Caucaſum. Semina ouium velleri implicata, mucrone baſeos obliquo denum cutem penetrantia ulcera, morbos inflammatorios necemque cauſſant. Floret Julio, Auguſto. ♃

St. juncea L. non videtur a *St capillatâ differre* ut *ſynonyma* illius etiam ad hanc trahi poſſint.

193. STIPA *Ariſtella.*

St. ariſtis nudis rectis calyce vix duplo longioribus, feminibus lanatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 441. Allion. auct. fl. pedem. p. 39. t. 2. f. 4.*

Frequens in Tauriae montoſae tractu littorali, praeſertim a pago Forus ad Alupkam uſque. Legi quoque in montibus ſyluaticis ditionis Kubenſis Caucaſi orientalis. Floret aeſtate. ♃

Panicula contracta elongata: ramis 1-2-3-floris. *Spiculae* praecedente minores. *Calycinae glumae* ſubaequales albicantes: neruis dorſalibus tribus viridibus. *Corolla* pubeſcens calyce breuior: ariſtâ rectâ ſcabrâ ſpiculâ duplo circiter longiore. *Semen* ut in congeneribus corollâ aetate fuſceſcente obuolutum, baſi etiam in minimum et obliquum mucronem deſinens. *Affinis Stipae* (Auenae) *ſibiricae*, quae *differt paniculâ* multo ampliore et ramoſiore, *ariſtis* longioribus baſique tortis, tum *corollarum* lanugine copioſiore.

43. AUENA. Cal. 2-ualuis, multiflorus: ariſtâ dorſali contortâ.

194. AUENA *fatua.*

A. paniculata, calycibus trifloris, floſculis omnibus ariſtatis baſique piloſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 447. Schreb. gram. 1. p. 109. t. 15. Leers herb. n. 90. t. 9. f. 4. Hall. hiſt. n. 1495. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 126. Scheuchz. agr. p. 239. n. 1. t. 5. f. 1.*

Reperitur in herbidis Tauriae rarius, frequentior in Caucaſi orientalis campis. Floret Majo. ⊙

195. AUENA *ſeſquitertia.*

A. paniculata, calycibus ſubtrifloris, floſculis omnibus ariſtatis, receptaculis barbatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 448. Gmel. tubing. p. 30. Scheuchz. agr. p. 220. t. 4. f. 17.*

Occurrit in Caucaſi altioris ſyluis. ♃

Panicula coarctata. *Spiculae* magnitudine A. elatioris ex argenteo viridique variae. *Calycinae glumae* inaequales acutae: altera floſculis paullo breuior, altera multo minor. *Receptaculi* lana floſculorum fere longitudine. *Floſculi* glabri. *Ariſta* baſi purpurea.

196. AUENA *rigida.*

A. paniculata, calycibus bifloris, floſculis ariſtatis, receptaculis barbatis, foliis rigidis diſtichis, culmo repente.

Habitat in Caucaſi orientalis glareoſis, ad torrentium latera. Floret aeſtate. ♃

Praecedenti maxime *affinis*, imprimis quoad *paniculam* et *ſpiculas*. *Differt culmis* baſi declinatis radicantibus; *foliis* breuioribus rigidis exquiſite acuminatis ſaepe conuolutis glauceſcentibus, ad culmos diſtiche patentibus: ligulâ amplexicauli ciliato-lacerâ. *Antherae* violaceae. *Stigmata* alba plumoſa.

197. AUENA *macra.*

A. racemoſa, calycibus ſubtrifloris, floſculis glabris: infimo mutico, caeteris ariſtatis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ⊙

Gramen puſillum annuum: *culmo* vix digitali. *Folia* anguſta glabra. *Racemus* elongatus. *Spiculae* magnitudine A. flaueſcentis ſolitariae aut binae, ſeſſilis pedicellataque. *Calyces* 2-3-4-flori. *Ariſtae* diuaricatae.

44. ARUNDO. Cal. 2-ualuis. Floſculi congeſti, lanâ cincti. Spiculae ſubulatae.

198. ARUNDO *Donax.*

A. calycibus quinqueflоris, paniculâ diffuſâ, culmo fruticoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 454. Hall. hiſt. n. 1516. Scheuchz. agr. p. 159. n. 1. t. 3. f. 14. A. B. C.*

Ampliſſima ad Cyrum fluuium, ubi e montibus ibericis egreſſus, recepto Araxe, per campeſtria ad mare Caſpium defluit, arundineta conſtituit. Incolis utilis pro tectis, caſis, baculis ambulatoriis; nec non ad calefaciendum: nociua innumeris, quas ſouet, culicum turbis, ut a Majo ad Septembrin homines pecudeſque his e locis exulent. Floret Julio, Auguſto. ♃

199. ARUNDO *Phragmites.*

A. calycibus quinqueflоris, paniculâ laxâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 454. Hoffm. germ. a. 1804. t. 9. f. 1. Leers herb. n. 94. t. 7. f. 1. Hall. hiſt. n. 1515. Gmel. ſib. 1. p. 125. n. 61. Scheuchz. agr. p. 161. n. 1. t. 3. f. 14. D.*

Vulgatiſſima in udis, nec ficciora reſpuit, aquae ſub tellure latentis indicium. Floret Julio, Auguſto.

Calyces plerumque triflori; in ficcioribus etiam unifloros vidi.

200. ARUNDO *Calamagroſtis.*

A. calycibus unifloris: glumis ſubulatis inaequalibus, corollis lanuginoſis calyce duplo breuioribus: ariſtâ dorſali capillari.

A. calycibus unifloris laeuibus, corollis lanuginoſis, culmo ramoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 456. Hoffm. germ. a. 1804. t. 9. f. 2. Hall. hiſt. n. 1519. Gmel. ſib. 1. p. 126. n. 62. Scheuchz. agr. p. 122. n. 1. t. 3. f. 3. B. et prodr. t. 5. f. 2. Pall. ind. taur.*

Creſcit in arundinetis, nec non locis umbroſis ſyluaticis hinc inde. Floret Majo, Junio. ♃

201. ARUNDO *glauca.*

A. calycibus unifloris: glumis inaequalibus fubulatis, corollis lanuginofis calyce duplo breuioribus, ariftâ apicis capillari.

A. (*Pfeudophragmites*) paniculâ ramofâ laxâ, calycibus unifloris: valuulâ exteriore apice fiffâ ariftatâ, ariftâ longitudine calycis. *Hoffm. germ. a. 1800. p. 61. Koeler gram. p. 106. n. 5.*

Occurrit ad foffas riuulosque circa oppidum Kifljar, nec non ad latera torrentium Caucafi orientalis fubalpini. Floret Junio. ♃

Praeter *paniculam* laxiorem ab *affinibus* A. Calamagroftide et Epigejo potiffimum *differt* corollae *ariftâ* terminali nec dorfali. Caeterum *colore* glauco *culmi foliorumque* etiam e longinquo *dignofcitur.*

202. ARUNDO *colorata.*

A calycibus carinatis unifloris, corollis glabris: bafi penicillis duobus lanuginofis, foliis planis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 457. Aiton Kew. 1. p. 116.*

Phalaris (*arundinacea*) paniculâ oblongâ ventricofâ amplâ. *Linn. fpec. pl. p. 80. Flor. dan. t. 259. Leers herb. n. 49. t. 7. f. 3. Hall. hift. n. 1524. Gmel. fib. 1. p. 86. n. 12. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 126. n. 1. t. 3. f. 4.*

Vulgatiffimum ad foffas et alibi in humentibus gramen. Floret Junio. ♃

45. LOLIUM. Cal. 1-ualuis, fixus, multiflorus. Flofculi receptaculo proprio affixi.

203. LOLIUM *perenne.*

L. fpicâ muticâ, fpiculis compreffis multifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 461. Hoffm. germ. a. 1804. t. 10. f. 1. Schreb. gram. 2. p. 79. t. 37. Leers herb. n. 97. t. 12. f. 1. Flor.*

dan. t. 747. Hall. hiſt. n. 1416. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 25. n. 1.

In herbidis haud rarum. Floret Junio, Julio. ♃

204. LOLIUM *tenue.*

L. ſpicâ tereti ſubariſtatâ, ſpiculis paucifloris.

L. ſpicâ muticâ tereti, ſpiculis trifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 462. Scheuchz. agr. p. 28. n. 5. Pall. ind. taur.*

Legi in decliuibus verſus mare nigrum, circa Tauriae pagum Tujak, tum in ſabulis marinis ad Boſphorum. Floret Majo. ⊙

Non eſt *varietas* prioris. *Floſculi* ſubariſtati: ariſtis in ſupremâ ſpiculâ euidentioribus lineam longis.

205. LOLIUM *ſpecioſum.*

L. ſpicâ ſubariſtatâ, calyce multifloro floſculis longiore.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Gramen vegetum bipedale latifolium. *Spiculae* magnitudine Feſtucae fluitantis. *Calyx* latus patentiuſculus obtuſus. *Floſculi* circiter 6; glumis obtuſis ariſtâ ſub apice breuiſſimâ.

46. ROTTBOELLIA. Cal. 1-2-ualuis, fixus, 1-2-florus. Floſculi rachis dentibus affixi.

206. ROTTBOELLIA *biflora.*

R. ſpicâ tereti ſubulatâ erectâ, calycibus bifloris biualuibus: glumis obtuſis adpreſſis margine ſcarioſis. *Roth nou. catal. 1. p. 121. Barrel. ic. 6. bona. Scheuchz. agr. p. 43. n. 2.*

Creſcit in lutoſis deſerti Cumani; etiam ad Wolgam prope coloniam Sareptanam. ⊙

Lolium differt à *Rottboelliâ*: quod in illo *floſculi* alternatim *receptaculo proprio*, in hac ſicut *calyx* rachis dentibus tanquam *receptaculo communi* adhaereant.

47. ELYMUS. Cal. lateralis, biualuis, aggregatus, multiflorus.

207. ELYMUS *ſabuloſus.*

E. ſpicâ erectâ arctâ, ſpiculis ternis quaternisque quadrifloris pubeſcentibus, rachi calycibusque floſculos ſuperantibus glaberrimis.

E. arenarius. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.*

Abundat in arenâ mobili tam per Tauriam, quam ad Caucaſum; etiam ad Wolgam, Boryſthenem et Tanaim. ♃

Facies E. arenarii. *Differt foliis ſpicisque* latioribus, *ſpiculis* ad ſingulos rachis dentes pluribus minus tomentoſis, ipſâ *rachi* cum *calycibus* glabrâ.

208. ELYMUS *europaeus.*

E. ſpicâ erectâ, ſpiculis ternis biſloris, ariſtis inuolucro ſcabro longioribus.

E. ſpicâ erectâ, ſpiculis biſloris inuolucro aequalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 470. Hall. hiſt. n. 1557. Scheuchz. agr. p. 16. append. t. 1.*

Occurrit in Caucaſi iberici ſyluis. Autumno circa metallifodinas Achtalenſes florentem legi. ♃

Spiculae computatis ariſtis ſunt *inuolucro* aliquanto longiores.

209. ELYMUS *crinitus.*

E. ſpicâ erectâ ouatâ, ſpiculis geminis uniſloris, inuolucri foliolis ſetaceis rectis baſi liberis ariſtis diuaricatis duplo breuioribus.

E. ſpiculis uniſloris ſcabris, inuolucris erectis. *Schreb. gram. 2. p. 15. t. 24. f. 3. Scheuchz. agr. p. 20. n. 1. Buxb. cent. 1. p. 33. t. 52. f. 1.*

E. Caput Meduſae. *Pall. ind. taur.*

Hordeum *(jubatum)* ariſtis inuolucrisque ſetaceis longiſſimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 476.*

Abundat in campeſtribus Tauriae. Floret Majo, Junio. ⊙

210 ELYMUS *intermedius.*

E. ſpicâ erectâ oblongâ, ſpiculis geminis unifloris, inuolucri foliolis ſetaceis rectis baſi cartilagineâ connexis ariſtis rectis multoties breuioribus.

Habitat in Iberiae deſerto Karajoes. Floret Junio, Julio. *D. Steuen.* ⊙

Diſtinctus ab E. capite Meduſae, cui proximus, *inuolucris* multo breuioribus rectis nec baſi patentiſſimis: ab E. crinito *inuolucris* breuioribus baſi cartilagineâ connexis et *ariſtis* rectis. *E. Caput Meduſae* ut rite ab affinibus diſtinguatur, erit definiendus: E. ſpicâ erectâ oblongâ, ſpiculis geminis unifloris, inuolucri foliolis ſetaceis baſi cartilagineâ connexis patentiſſimis ariſtis rectis duplo breuioribus. *Spiculae* pubeſcenti-ſcabrae et floſculi ſecundi rudimentum in E. crinito, intermedio et capite Meduſae.

48. HORDEUM. Cal. lateralis, biualuis, uniflorus, ternus.

211. HORDEUM *bulboſum.*

H. floſculis lateralibus maſculis muticis: intermedio fertili ariſtato, inuolucris ſetaceis ſcabris, radice tuberoſâ.

H. floſculis omnibus fertilibus ternis ariſtatis, inuolucris ſetaceis baſi ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 474. Barrel. ic. 112. f. 2. Scheuchz. agr. p. 19. n. 5. Pall. ind. taur.*

Prouenit in Tauriâ meridionali montoſâ. Floret Majo. ♃

Culmi tripedales. *Spica* elongata H. diſtichi. *Inuolucrum* ſpiculis vix duplo longius. *Spiculae* ſubaequales: *glumis* acutis glabris; lateralibus muticis, intermediâ ariſtatâ: ariſtâ inuolucro multo longiore.

212. HORDEUM *nodoſum.*

H. floſculis omnibus ariſtatis glabris: intermedio fertili, inuolucris ſetaceis breuibus ſcabris, foliis glabris, radice nodoſo-articulatâ.

H. floſculis lateralibus maſculis muticis, inuolucellis ſetaceis laeuibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 474. Pall. ind. taur.*

H. (*ſecalinum*) floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, inuolucris ſetaceis, ariſtis breuibus. *Lamark illuſtr. p. 1155. Flor. franc. 3. p. 623. Marſch. caſp. p. 130. n. 6.*

H. ſpicis diſtichis, folliculo breui, glumis calycinis ariſtatis. *Hall. hiſt. n. 1538.*

H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, calicum valuis ſetaceis. var. β ſpicâ amoene purpurcâ. *Gmel. ſib. 1. p. 125.*

Gramen ſpicatum ſecalinum minus. *Tournef. inſt. p. 518. Scheuchz. agr. p. 17. n. 3. Vaill. pariſ. p. 83. t. 17. f. 6. bona.*

Prouenit in pratis montanis Caucaſi ſubalpini. Floret Junio, Julio. ♃

Radix nodoſo-articulata ut in Phleo nodoſo. *Folia* lacte viridia cum vaginis glabra. *Spica* gracilis ſeſquiuncialis plerumque amethyſtina. *Spiculae* laterales lineari-lanceolatae breuiter ariſtatae ſcabrae nec hirſutae; intermedia major, ariſtâ longitudine valuulae. *Involucra* ariſtaeformia ſcabra omnia aequalia, longitudine ſpiculae fertilis demtâ ariſtâ.

An idem *H. pratenſe Smithii (brit. 156)? Synonyma Lamarkii* et *Vaillantii* certiſſime ad noſtrum pertinent.

213. HORDEUM *murinum.*

H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, inuolucris intermediis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 474. Curt. lond. Flor. dan. t. 629. Roth germ. 2. p. 149. Hall. hiſt. n. 1536. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 14. n. 1.*

Commune in ruderatis, ad vias, ſepes. Floret Majo. ☉

214. HORDEUM *geniculatum.*

H. floſculis omnibus ariſtatis glabris: intermedio fertili, inuolucris ſetaceis ſcabris, foliis inferioribus vaginisque mollifſime villoſis, culmo genu procumbente.

H. culmo decumbente foliis obtecto, fummo fpathaceo fpicae fubjecto, fupremo nodo incuruato. *Allion. pedemont. 2. p. 259. n. 2274. t. 91. f. 3.*

H. maritimum. *Marfch. caſp. p. 131. app. n. 7. Pall. ind. taur.*

Gramen fpicatum fecalinum maritimum minus. *Scheuchz. agr. p. 18. n. 4.*

Crefcit in Tauriae incultis et praefertim in arenâ ad Bofphorum, etiam in fabuletis deferti caucafico-caſpici. Floret Majo, Junio. ⊙

Spica adultior tantum a fupremi folii vaginà remouetur, praecedente breuior et latior. *Culmus* ad genicula fractus. *Inuolucrum* floſculis lateralibus cum ariſtis paullo longius; intermedio aliquanto breuius. *Floſculi laterales* fubulati glumacei neutri. *Color* herbae glauco-viridis.

Videtur eſſe *H. maritimum* plurium autorum, neque vero *Vahlii* et *Smithii*. H. *pratenſe Rothii (nou. catal. 1. p. 124.)* huic proximum; ſed *floſculi* in noſtro omnes glabri, nec laterales dorſo hirſuti.

49. SECALE. Cal. lateralis, 2-ualuis, 2-florus, ſolitarius, ariſtatus. Floſculi ariſtati, rachis dentibus affixi.

215. SECALE *cereale.*

S. glumarum ciliis ſcabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 471.*

Habitat in arenâ mobili deferti caucafico-caſpici, etiam in arenâ littorali Tauriae prope portum Theodoſianum, nec non ad Wolgam circa coloniam Sareptanam; certiſſime ſpontaneum, nec aufuga ex cultis. Floret Majo. ⊙

Culmi ſaepe dodrantales, raro pede altiores. *Folia* inferiora cum vaginis molli villo pubeſcentia. *Rachis* utrinque vil-

lis candidis barbata. *Calyx* floſculis cum ariſtis brevior: glumis ſubulatis ciliato-ſcabris. *Corollae* valvulae exteriores conduplicatae carinatae longiſſime ariſtatae trinerviae; nervis duobus ariſtisque ſcaberrimis.

50. TRITICUM. Cal. 2-valvis, multiflorus, ſolitarius. Floſculi receptaculo proprio alternatim affixi.

* *Calyce ventricoſo, pauciflora. Annua.*

216. TRITICUM *villoſum.*

Tr. glumarum ciliis villoſis, ſquamis calycinis cuneiformibus.

Secale villoſum. *Linn. ed. Willd. 1. p. 471. Hoſt. gram. auſtr.*

Tr. caudatum. *Perſoon enchirid. 1. p. 110.*

Gramen hordeaceum diſtichum majus ciliaribus glumis duris. *Barrel. ic. 112. n. 1. Scheuchz. agr. p. 21. t. 1. f. 4.*

Gramen creticum ſpicatum ſecalinum, glumis ciliaribus. *Tournef. cor. p. 39. Buxb. cent. 5. p. 21. t. 41. mala.*

Abundat in Tauriae campis apricis. Floret Majo, Junio. ⊙

Differt Triticum a *Secali,* ſicut Lolium a Rottboellia: hinc gramen nox recenſitum, ob *floſculos* alternatim in *receptaculo* proprio poſitos, ſub Secali militare nequit.

217. TRITICUM *monococcon.*

Tr. calycibus biflоris: altero ſterili, altero fertili longe ariſtato, rachi barbatâ.

Tr. calycibus ſubtriflоris: primo ariſtato, intermedio fertili. *Linn. ed. Willd. 1. p. 479.*

Habitat in campis apricis Tauriae, etiam in Caucaſo orientali ad latera collium. Floret Majo. ⊙

Spontanea planta cultâ humilior eſt magisque macilenta et villoſa. *Calycinae* glumae aequales obtuſae bicarinatae bidentatae: neruis carinalibus ſcabris. *Corollae* valuula exterior apice bifida: ariſtâ ex fiſſurâ, floſculi fertilis longiſſimâ, ſterilis breui.

* * *Calyce ſubulato, diuaricato, multifloro. Annua et perennia.*

218. TRITICUM *orientale.*

Tr. ſpicâ ouato-oblongâ compreſſâ hirſutâ, ſpiculis ſubquadrifloris, glumis omnibus ſubulato-ariſtatis, culmis baſi procumbentibus, vaginâ ſummi folii tumidâ.

Secale (*orientale*) glumis hirſutis, ſquamis calycinis ſubulatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 471. Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 2. p. 117. t. 4. f. 2.*

Gramen orientale ſecalinum, ſpicâ breui et latâ. *Tournef. cor. p. 39.*

Occurrit in campeſtribus circa oppidum Kiſljar. Floret Majo. ⊙

219. TRITICUM *proſtratum.*

Tr. ſpicâ ouatâ compreſſâ glabrâ, ſpiculis ſubquadrifloris baſi hinc gibbis, glumis omnibus ſubulato-ariſtatis, culmis procumbentibus, vaginâ ſummi folii tumidâ.

Tr. calycibus multifloris, ſpicâ diſtichâ ouatâ, floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis. *Linn. ſuppl. p. 114. ſpec. ed. Willd. 1. p. 480.*

Secale proſtratum, *Pall. it. 1. p. 485. app. n. 99. Jacq. hort. vind. 3. p. 25. t. 44.*

Agropyron triticeum. *Gaertn. in nou. comment. petrop. 14. P. 1. p. 540. t. 19. f. 4. 5.*

Cum praecedente circa Kiſljar et Aſtrachan obuium eodemque tempore floret. ⊙

In hoc et antecedente *ſpica matura* integra decidua, ex ſingulis glumis germinat denſoque ceſpite radiculas agit. *Tr. pumilum Linn. ſuppl. 115* eſt hujus *varietas* pygmaea.

220. TRITICUM *criſtatum.*

Tr. ſpicâ lanceolatâ compreſſâ, ſpiculis ſubquadrifloris glabris, glumis omnibus ſubulato-ariſtatis, culmis erectis pubeſcentibus.

Tr. criſtatum. *Schreb. gram. 1. p. 12. t. 23. f. 3. Pall. ind. taur.*

Bromus *(criſtatus)* ſpiculis diſtiche imbricatis ſeſſilibus depreſſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 439. Habl. taur. p. 126.*

Abundat tam in Tauriae quam in Caucaſi graminoſis apricis. Floret a Junio in ſerum autumnum uſque. ♃

Spiculae ad 30 ex utroque rachis latere: *glumis* anguſtiſſimis, *ariſtis* ſubtiliſſimis. *Culmi* apicem verſus cum ſpicae *rachi* pubeſcentes. *Linnaeus* et poſt eum Syſtematici fere omnes hoc et duo ſubſequentia ſub *Bromo criſtato* conjungunt.

221. TRITICUM *pectinatum.*

Tr. ſpicâ ouatâ compreſſo-planâ glabrâ, ſpiculis ſubocto-floris, glumis omnibus ſubulato-ariſtatis, culmis erectis glabris.

Tr. *(criſtatum)* ſpiculis ouatis 6-8-floris muticis in ſpicam ſubtetragonam imbricatis. *Perſoon enchirid. 1. p. 109.*

Gramen triticeum, ſpicâ latiore compactâ, criſtatum. *Buxb. cent. 1. p. 32. t. 50. f. 3.*

Occurrit cum praecedente in Tauriae rupeſtribus rarius. ♃

Nimis praecedenti *affine.* *Spicae* latae ſubquadratae. *Spiculae* longae utrinque circiter 12. *Glumae* ſubulato-lanceolatae latiores quam antecedentis acumineque minus elongato. *Culmi* cum *rachi* glabri.

222. TRITICUM *imbricatum.*

Tr. ſpicâ ouato-oblongâ compreſſâ hirſutâ, ſpiculis ſubtriflоris, glumis omnibus ſubulato-ariſtatis, culmis erectis pubeſcentibus.

Feſtuca culmo ſpicato, ſpiculis multiflоris. *Gmel. ſib. I. p. 115. n. 51. t. 23.*

Legit in Iberiâ *amiciſſ. Steuen.* ♃

Habitus praecedentium. *Spiculae* villis albis longiuſculis erectis maxime hirſutae, utrinque 12-15.

Gramina n. 218-222 ſummâ inter ſe *affinitate* conjunguntur: nihilominus inuitâ naturâ a Syſtematicis ſub diuerſis generibus *Bromo*, *Secali* et *Tritico* recenſita. An ex ſententiâ *Gaertneri* ſui generis?

* * * *Calyce oblongo, recto, multiflоro. Perennia.*

223. TRITICUM *junceum.*

Tr. calycibus corollisque truncatis muticis, foliis demum inuolutis mucronato-pungentibus. *Roth nou. catal. I. p. 135. Smith brit. I. p. 157.*

Tr. calycibus quinqueflоris truncatis, foliis inuolutis. *Linn. ed. Willd. I. p. 480. Scop. carn. ed. 2. n. 121. Hall. hiſt. n. 1428. Gmel. ſib. I. p. 118. n. 54. Pall. ind. taur.*

Gramen triticeum maritimum ſpicâ longiſſimâ diuulſâ. *Buxb. cent. I. p. 33. t. 51.*

Gramen tritici ſpicâ muticae ſimili. *C. Bauh. prodr. 17.*

Abundat in campis apricis ſiccioribus Tauriae et ad Caſpum. Floret Julio. ♃

224. TRITICUM *repens.*

Tr. calycibus ſubulatis multineruibus, floſculis acuminatis, foliis planis, radice repente nodoſâ. *Smith brit. I. p. 158. Linn. ed. Willd. I. p. 481. Hoffm. germ. a. 1804. t. II. f. I.*

Schreb. gram. 2. p. 24. t. 26. Flor. dan. t. 748. Leers herb. n. 95. t. 12. f. 3. Hall. hiſt. n. 1426. Gmel. ſib. 1. p. 118. n. 53. Pall. ind. taur. Scheuchz. agr. p. 5. n. 2.

Ubique copioſiſſimum et nimium in cultis luxurians. Floret Junio, Julio. ♃

Variat glumis acutioribus ſubariſtatis et obtuſiuſculis; tum *foliis ſpiculisque* glabris et hirſutis.

51. LAPPAGO. Cal. ſubtriualuis, muricatus. Cor. bialuis, reſupinata.

225. LAPPAGO *racemoſa.*

L. racemoſa. *Linn. ed. Willd. 1. p. 484. Schreb. gen. n. 131.*

Cenchrus *(racemoſus)* paniculâ ſpicatâ, glumis muricatis: ſetis ciliaribus. *Linn. ſpec. pl. p. 1487. Schreb. gram. p. 45. t. 4. Hall. hiſt. n. 1413. Pall. ind. taur. Gerard galloprou. p. 83. Scheuchz. agr. p. 76. n. 1. Barrel. ic. 718. C. Bauh. prodr. p. 2.*

Minime rara tam in Tauriâ quam ad Caucaſum, locis incultis aridis. Floret Auguſto, Septembri. ☉

TRIGYNIA.

52. HOLOSTEUM. Cal. 5-phyllus. Pet. 5. Capſ. unilocularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens.

226. HOLOSTEUM *umbellatum.*

H. floribus umbellatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 489. Flor. dan. t. 1204. Hall. hiſt. n. 879. Pall. ind. taur.*

Perfrequens primo vere in agris et campis. ☉

Staminum numero *variat* a 3 ad 10.

53. MINUARTIA. Cal. 5-phyllus. Cor. o aut obſoleta. Capſ. 1-locularis, 3-ualuis. Semina nonnulla. *(Stam. 3-10.)*

227. MINUARTIA *montana.*

M. florum faſciculis terminalibus lateralibusque bracteas ſubaequantibus, foliorum mucrone recto.

M. floribus lateralibus alternis bracteâ breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 493. et act. Stockh. a. 1758. p. 19. t. 1. f. 4. Cau. hiſp. 6. p. 46. t. 568. Loeſl. it. p. 122. t. 1. f. 4.*

Creſcit in Tauriâ circa Sudak et in Iberiâ. ⊙

Florum faſciculi ouati axillares foliis ſubbreuiores: inferioribus diſtinctis, ſuperioribus confluentibus. *Flores* ſubterni breuiſſime pedicellati, *bracteis* ſubulatis ipſis breuioribus interſtincti. *Stamina* 10 numerauit *amiciſs. Steuen.* M. *dichotoma differt* ab hac faſciculis *florum* omnibus in faſciculum terminalem compoſitum collectis et *foliorum* imprimis floralium mucrone obliquo, ut in Queriâ.

Emendata *M. dichotomae definitio* erit ſequens: M. faſciculis florum compoſitis terminalibus, bracteis longioribus cumuallatis; foliorum mucrone obliquo.

54. QUERIA. Cal. 5-phyllus. Cor. o. Capſ. 1-locularis. Sem. 1.

228. QUERIA *hiſpanica.*

Q. floribus confertis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 493. Loeſl. it. p. 48.*

Occurrit in Tauriâ circa Sympheropolin et Sudak, porro ad Caucaſum in collibus ſaxoſis circa thermas conſtantinomontanas, nec non in Iberiâ. ⊙

Planta baſi apiceque ramoſa facie Scleranthi.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

55. GLOBULARIA. Cal. communis imbricatus: proprius tubulatus, inferus. Corollulae labio fuperiore 2-partito: inferiore tripartito. Receptaculum paleaceum.

229. GLOBULARIA *vulgaris.*

Gl. caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis: caulinis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 540. Lamark dict. 2. p. 722. Hall. hiſt. n. 218. Pall. ind. taur.*

Bellis caerulea. *Tabern. Kraeut. p. 708.*

Occurrit in Caucaſo iberico rarius. ♃

230. GLOBULARIA *cordifolia.*

Gl. caule ſubnudo, foliis cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 541. Jacq. auſtr. 3. p. 26. t. 245. Lamark dict. 2. p. 723. illuſtr. n. 1290. t. 56. f. 2. Hall. hiſt. n. 216.*

Creſcit in collibus lapidoſis circa Tauriae oppidum Karaſſubaſar. Floret Junio. ♃

56. DIPSACUS. Cal. communis polyphyllus: proprius ſuperus. Receptaculum paleaceum.

231. DIPSACUS *laciniatus.*

D. foliis connatis ſinuatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 544. Jacq. auſtr. 5. p. 2. t. 403. Hall. hiſt. n. 198. β. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 162.*

Communis in ruderatis, ad vias et foſſas. Floret a Junio ad Auguſtum. ♂

232. DIPSACUS *Gmelini.*

D. foliis feſſilibus laciniatis: laciniis oblongis acutis, inuolucro breuiſſimo.

D. capitulis florum ouatis. *Gmel. ſib. 2. p. 209. n. 1.*

Occurrit ad riuum Kumam, circa ruinas urbis antiquae Maſchar, nec alibi mihi viſus. Floret Julio, Auguſto. ♂

Habitus praecedentis, ſed minor. *Folia* minus profunde inciſa: laciniis anguſtioribus acutioribusque. *Capitula* in florente globoſa, vix D. piloſo majora; feminifera ſphaeroidea. *Inuolucrum* commune capituli vix a *paleis* differt. *Corollulae* amethyſtinae.

233. DIPSACUS *piloſus.*

D. foliis petiolatis appendiculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 544. Jacq. auſtr. 3. p. 27. t. 248. Curt. lond. Mattuſchka enum. ſil. app. n. 1221. Hall. hiſt. n. 99.*

Occurrit in promontorio caucaſico, in virgultis. Floret Junio, Julio. ♂

57. SCABIOSA. Cal. communis polyphyllus: proprius duplex, ſuperus. Receptaculum paleaceum ſ. nudum.

* *Corollulis quadrifidis.*

234. SCABIOSA *tatarica.*

Sc. corollulis quadrifidis radiantibus, calycis foliolis paleisque ouatis villoſis ſphacelatis, foliis caulinis pinnatis: pinnis ouatis lanceolatisque ferratis decurrentibus.

Sc. corollulis 4-fidis radiantibus, caule hiſpido, foliis lanceolatis pinnatifidis: lobis ſubimbricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 550. et act. upſ. a. 1744. p. 11. t. 1.*

Sc. orientalis foliis Centaurii majoris ſubhirſutis, flore maximo flaueſcente. *Tournef. cor. p. 34.*

Crefcit in Caucafi fubalpini pratis. Floret Junio, Julio. ♃

Statura et *affinitas* fumma *Sc. alpinae;* fed huic *radius* nullus, noftrae ampliffimus *floresque* fpecioft fulphurei.

235. SCABIOSA *uralenfis*.

Sc. corollulis quadrifidis raidantibus, calycis foliolis paleisque ouatis aridis pubefcentibus, foliis caulinis pinnatis: pinnis oblongis integris decurrentibus.

Sc. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus fimplicibus, caulinis decuffiue pinnatis, paleis aridis apice reflexis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 550. Murray comment. goett. a. 1782. p. 13. t. 4.*

S. leucantha? *Pall. ind. taur.*

Sc. tatarica. *Habl. taur. p. 154.*

Sc. corniculata. *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 13.*

Sc. capitulo nudo globofo, foliis glabris pinnatis feffilibus. *Hall. comment. goett. a. 1751. p. 225. n. 23.*

Sc. orientalis foliis Centaurii majoris glabris et rigidis. *Tournef. cor. p. 34.*

Prouenit in collibus apricis ficcioribus, praecedente multo frequentior. Floret Julio, Auguſto. ♃

Planta praecedente multo minor. *Folia* rigida: inferiora magis minufue pubefcentia, fuperiora leuiter hirfuta aut glabriufcula, luteo-viridia. *Calyx* ftramineus fericeo-villofus. *Corollulae* fulphureae. *Semina* in hac, ficut in praecedente et affinibus multis, apice corniculata.

236. SCABIOSA *cretacea*.

Sc. corollulis quadrifidis radiantibus, calycis foliolis paleisque ouatis aridis pubefcentibus, foliis lanceolatis integerrimis: fummis fublyratis.

Sc. cretacea. *Pall. ind. taur.*

Sc. *(coriacea)* corollulis quadrifidis radiantibus, foliis lanceolatis bafi attenuatis integerrimis petiolatis coriaceis. *Willd in nou. act. nat. cur. berol. 3.*

Occurrit in abruptis faxofis cum praecedente rarior. 2

Affinitas cum praecedente maxima. *Differt glabritie* omnium partium et *foliis* aut omnibus integris aut fummis tantum caulinis bafi incifis fublyratis. *Petioli* inferiores longiffimi. *Color* totius plantae luteo-viridis.

237. SCABIOSA *tranfyluanica*

Sc. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus paleisque ariftatis, foliis radicalibus lyratis: caulinis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 547. Jacq. hort. vind. t. 111. Allion. pedem. n. 504. t. 48. Pall. ind. taur. Morif. hift. 3. fect. 6. t. 13. f. 13.*

Abundat in cultis, ad vias et fepes. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Statura mire *variat* a digitali ad fefquiorgyalem. *Paleae* in medio ciliatae. *Semina* pubefcentia: corniculis apicis 8, alternis minoribus.

238. SCABIOSA *fyriaca.*

Sc. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque ariftatis, caule dichotomo, foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 547.*

Sc. fruticans latifolia alba. *C. Bauh. pin. 269. Morif. hift. 3. fect. 6. t. 14. f. 14.*

Crefcit in Iberiae campis. ⊙

239. SCABIOSA *fuccifa.*

Sc. corollulis quadrifidis aequalibus, caule fimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 548. Flor. dan. t. 279. Curt. lond. Hall. hift. n. 201. Gmel. fib. 2. p. 210. n. 2.*

Reperitur in pratis alpinis Caucafi. 2

240. SCABIOSA *aruenſis.*

Sc. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis: laciniis ſubintegerrimis, caule hiſpido.

Sc. aruenſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 550. Flor. dan. t. 447. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 206. Gmel. ſib. 2. p. 210. n. 3. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 151.*

Communis in pratis et aruis. Floret Junio, Julio. ♃

241. SCABIOSA *montana.*

Sc. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis oblongis ferratis: inferioribus integris laciniatiſue, caule hiſpido brachiato.

Habitat in pratis montanis Caucaſi ſubalpini, circa aciduam Narzana et caſtellum Wladi-Kawkas frequens. Floret Julio, Auguſto. ♂

Differt ab *affinibus Sc. aruenſi* et *ſyluaticâ caule* alto ſaepe orgyali et ultra ramis elongatis oppoſitis brachiato, *foliis* utplurimum integris: rarius tamen inferioribus ſicut in Sc. aruenſi inciſis, *corollis* albis radio ampliore et *calyce* communi longiore: foliolis anguſtioribus.

* * *Corollulis quinqueſidis.*

242. SCABIOSA *rupeſtris.*

Sc. corollulis quinqueſidis radiantibus, foliis omnibus compoſitis: laciniis linearibus indiuiſis pinnatiſidisque, pedicellis calyceque breuiſſimis tomentoſis.

Habitat in faxoſis promontorii caucaſici, prope pagum Donſkaja Balka, diſtrictus Alexandrini. Auguſto florentem ſemiferamque legi. ♃

Videtur Sc. *gramuntiae* et *iſetenſi* proxima: tamen *diuerſa foliorum* laciniis breuioribus latioribusque, nec filiformibus et *calycinis* foliolis ouato-oblongis acutiuſculis, nec lineari-ſubulatis. *Stipes* ad radicem diſtortus ſubligneſcens, e quo *caules* annotini plures pedales ſimplices, aut uniflori aut apice in ra-

mulos perpaucos breuiſſimos unifloros diuiſi. *Calyx* breuiſſimus. *Corollulae* purpureae extus valde pubeſcentes. *Setae* coronulae feminalis breues rufeſcentes. *Planta* tota pallide vireſcens, pube exili albidâ veſtita.

243. SCABIOSA *columbaria.*

Sc. corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus caeruleſcentibus, foliis lyratis compoſitis ſimplicibusque: laciniis inferiorum ſubouatis, ſummis linearibus, pedunculis elongatis.

Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ouatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 552.*

α. foliis radicalibus indiuiſis crenatis aut lyratis, pappo coronulâ paullo longiore. *Flor. dan. t. 314.*

β. foliis omnibus pinnatifidis: laciniis inferiorum latiuſculis inciſis, ſuperiorum anguſtis linearibus; coronulâ pappoque breui.

γ. foliis radicalibus oblongis ſublyratis: caulinis compoſitis linearibus, ſummis lineari-filiformibus, pappo longiſſimo. *Marſch. caſp. p. 132. app. n. 8. Gmel. ſib. 2. p. 211. n. 4.*

Succiſa foliis imis ouatis, ſuperioribus pinnatis, pinnis ſemipinnatis acutis, ciliis floſculorum longitudine. *Hall. hiſt. n. 202.*

δ. foliis radicalibus ut in γ, ſcapis unifloris, calycibus floſculis paullo breuioribus, pappo longiſſimo.

ε. foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis: caulinis pinnatifidis, ſummis pinnatis linearibus; pappo breui, tota pubeſcenti-ſubincana.

Polymorpha planta tam in Taurià quam ad Caucaſum locis apricis ſiccioribus abundat. Var. β in Taurià maxime communis, γ in caucaſo orientali ſubalpino frequens, δ in

ſummo Tauriae monte Tſchaturdag et ε in Iberiâ obuia. Floret aeſtate et in ſerum autumnum uſque. ♃ ♂

Nullos inter recenſitas *varietates* limites inuenio. *Folia* polymorpha: inferiora latiora hirſutiora, ſuperiora anguſtiora caluescentia, vix tamen unquam filiformia. *Calycina* ſegmenta ſubulata longitudine variant. *Seminum* coronula mediocris: ſetis atropurpureis longitudine variantibus. *Var.* δ *alpina* habitu maxime aberrat, at vix ſpecie differt.

244. SCABIOSA *ochroleuca.*

Sc. corollulis quinqueſidis radiantibus calycè longioribus ochroleucis; foliis lyratis, compoſitis ſimplicibusque: laciniis inferiorum ſubouatis, ſummis linearibus, pedunculis elongatis.

Sc. corollulis quinqueſidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 559. Jacq. auſtr. 5. p. 19. t. 439. et obſ. 3. p. 20. t. 73. 74. Habl. taur. p. 185.*

Sc. heterophyllos. *Gmel. it. 1. p. 150. t. 28.*

Sc. corollulis quinqueſidis, foliis omnibus pinnatis tenuibus, pinnis linearibus planis. *Gmel. ſib. 2. p. 212. n. 5.*

Abundat imprimis in promontorio caucaſico ſeptentrionali, ubi Columbaria flore caeruleo exulat. Floret aeſtate. ♂ ♃

Caracteres qui Sc. columbariam et ochroleucam rite diſtinguant eruant alii; equidem fruſtra in hoc deſudaui. *Scabioſa multifido folio, flore flaueſcente. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. t. 13. f. 23.* per euidentem errorem ad hanc trahitur; icon enim certo certius ſtirpem diuerſiſſimam, *Sc. leucanthae*, ut videtur, *affinem* exprimit.

245. SCABIOSA *ucranica.*

Sc. corollulis quinqueſidis radiantibus calyce breuioribus, foliis baſi ciliatis: inferioribus pinnatiſidis, ſuperioribus linearibus integerrimis.

Sc. ucranica. *Linn. ed. Willd. 1. p. 559. Gmel. fib. 2. p. 213. n. 6. t. 87. Pall. ind. taur.*

Copiofa in Tauriae aridis cretaceis, etiam ad Caucafum. Floret à Junio ad Septembrim. ♃

Planta tota candicans. *Calycina* foliola praelonga. *Corollulae* albae. *Receptaculum* villofum.

246. SCABIOSA *ficula.*

Sc. corollulis quinquefidis aequalibus calyce breuioribus, foliis lyrato-pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 553. Jacq. hort. vind. 1. p. 5. t. 15.*

Sc. ftellata. *Pall. ind. taur.*

Minime rara in fterilibus apricis Tauriae et Caucafi, nec non in Iberiâ. Floret Junio. ⊙

247. SCABIOSA *ftellata.*

Sc. corollulis quinquefidis fubradiantibus, foliis incifis, feminum coronâ dilatatâ fetas centrales fubaequante.

Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis diffectis, receptaculis florum fubrotundis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 554.*

In Iberiâ circa Tiflin legit *amiciff. Steuen.* ⊙

248. SCABIOSA *caucafica.*

Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus lanceolatis petiolatis integerrimis: caulinis pinnatis, caule fubunifloro.

Sc. orientalis Scorzonerae folio, flore maximo leucophaeo. *Tournef. cor. p. 35.* (*ex autopfiâ herbarii Tournef.*)

Rabitat in Caucafi altioris aridis. Circa acidulam Narzana frequens. Floret Julio, Augufto. ♃

Pulcherrima indigenarum, *flore* magno Sc. palaeſtinae ſuperbiens. *Calyx* valde hiſpidus. *Folia* radicalia Scorzonerae anguſta et rigida.

58. KNAUTIA. Cal. communis oblongus, ſimplex, quinqueflorus: proprius ſimplex, ſuperus. Corollulae irregulares. Recept. nudum.

249. KNAUTIA *plumoſa.*

K. foliis ſuperioribus pinnatis, calycibus decaphyllis, ſeminibus pappoſis. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 562.

Creſcit in Caucaſi orientalis ditione Kubenſi, inter ſegetes, nec non in Iberiâ. Floret Junio. ⊙

59. SHERARDIA. Cor. 1-petala, infundibuliformis. Semine 2, tridentata.

250. SHERARDIA *aruenſis.*

Sh. foliis omnibus verticillatis, floribus faſciculatis axillaribus terminalibusque, inuolucris connato-monophyllis.

Sh. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Linn. ed. Willd.* 1. *p.* 574. *Flor. dan. t.* 439. *Curt. lond. Hall. hiſt. n.* 734. *Pall. ind. taur. Barrel. ic.* 541. *f.* 1.

In collibus Tauriae meridionalis reperitur, Majo florens. ⊙

Inuolucra verticillis caulinis ſimilia octophylla: *foliolis* baſi connatis.

60. ASPERULA. Cor. monopetala, infundibuliformis. Sem. 2, globosa.

251. ASPERULA *odorata.*

A. foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 575. Flor. dan. t. 562. Curt. lond. Hall. hist. n. 728. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae syluis sub arboribus. Floret Majo. ♃

252. ASPERULA *aruensis.*

A. foliis senis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 576. Hall. hist. n. 733. Pall. ind. taur. Moris. hist. 3. sect. 9. t. 22. f. 2.*

Frequens in agris cultisque aliis. Floret Majo, Junio. ☉

Florum fasciculi hispidi.

253. ASPERULA *taurina.*

A. foliis quaternis ouato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 576. Hall. hist. n. 732. Habl. taur. p. 154. Moris. hist. 3. sect. 9. t. 21. f. 1. Habl. taur. p. 154.*

Occurrit in Caucaso iberico. ♃

254. ASPERULA *cynanchica.*

A. foliis quaternis linearibus internodiis breuioribus, caulibus elongatis flaccidis, floribus quadrifidis.

A. foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 579. Hall. hist. n. 730. Pall. ind. taur. Moris. hist. 3. sect. 9. t. 22. f. 9. mala.*

Perfrequens in collibus apricis. Floret a Majo in autumnum usque. ♃

255. ASPERULA *supina.*

A. foliis quaternis linearibus: inferioribus imbricatis, caule basi ramosissimo procumbente, floribus quadrifidis.

Habitat in Tauriae et Caucasi saxosis praeruptis, circa Tauriae oppidum Karasubasar et circa Caucasi thermas constantinomontanas, in collibus calcareis frequens. Floret Junio, Julio. ♃

Praecedenti nimis *affinis;* a quâ *differt radice* maxime multicauli, *caulibus* quaquaversum decumbentibus breuioribus, *foliis* aequalibus etiam in summo caule: inferioribus internodiis longioribus et dense imbricatis, *paniculae* ramis breuioribus, *bracteis* pluribus et breuioribus, *corollae* quoque tubo aliquanto breuiore.

256. ASPERULA *galioides.*

A. foliis octonis linearibus, caule paniculato, corollae tubo breui.

Galium foliis pluribus linearibus, pedunculis dichotomis summo caule floriferis. *Linn. hort. upsal. p. 27. n. 1. Roy. lugdb. p. 256. n. 1.*

Galium glaucum. *Jacq. austr. 1. p. 51. t. 81. Lamark. dict. 2. p. 579. n. 11. Roth germ. 2. p. 179. n. 3. Poll. pall. n. 155. Hall. hist. n. 714. Gmel. sib. 3. p. 169. n. 46. Pall. ind. taur.*

G. campanulatum. *Villars delph. 2. p. 326. t. 7.*

G. montanum altissimum foliis angustis albicantibus. *Rupp. jen. ed. Hall. p. 5. C. Bauh. prodr. p. 145. n. 1.*

Abundat in graminosis montanis siccioribus. Floret Junio. ♃

Species media inter *Asperulas* et *Galia*, quam *habitus* ad priores referre suadet. *Galium glaucum Linn. spec. pl. p. 156.* est planta diuersissima, habitu G. Mollugînis. Ad hanc referenda *icon Flor. dan. t. 609. bona. Allion. Pedem. n. 29.*

Hall. hiſt. n. 716. Diagnoſis optima ex comparatione iconum *Jacquini* et *Oederi.*

257. ASPERULA *Aparine.*

A. foliis octonis lineari-lanceolatis, margine cauliſque tetragoni angulis ſcaberrimis.

Galium uliginoſum. *Pall. ind. taur.*

Locis uliginoſis inter denſam herbam luxuriat. Floret Junio, Julio. ♃

Species habitu a congeneribus aliena, facie Galii Aparines. *Caulis* altus flaccidus: ramis paniculatis. *Flores* in ſummis ramulis aggregati; *corollis* albis: tubo lineam longo, limbo quadrifido; laciniis acutiuſculis. *Fructus* globoſo-didymi glabri.

61. GALIUM. Cor. monopetala, plana. Semina 2, ſubrotunda.

* *Fructu glabro.*

258. GALIUM *rubioides.*

G foliis quaternis ouatis lanceolatiſue triuerviis ſubtus ſcabris, caule erecto ſimplici, fructibus glabris.

G. rubioides. *Linn. ed. Willd. 1. p. 584. Schrad. ſpicil. p. 10. Lamark dict. 2. p. 756. n. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 141. Buxb. cent. 2. p. 30. t. 29. Amm. ruth. n. 21.*

Commune in pratis et ad vias ſyluaticas. Floret Junio, Julio. ♃

Variat foliis late-ouatis et anguſte lanceolatis; ſubtus ſcabris et pubeſcentibus.

259. GALIUM *valantioides.*

G. foliis quaternis rhomboideo-lanceolatis obtuſis ſcabris, caule baſi ramoſo, fructibus glabris.

Habitat in Caucaſi ſubalpini rupeſtribus, circa acidulam Narzana. Floret aeſtate. ♃

Facies G. rotundifolii, *affinitas* vero maxima praecedentis. *Differt radice* multicauli, *caulibus* ramoſis debilioribus: ramis ſubaequantibus, *foliis* infra medium latiſſimis utrinque ſcabris, *fructibus* minoribus. An idem G. *articulatum Lamark illuſtr. 1. p. 160?* ſed articuli in noſtro craſſiuſculi quidem, ut in omni Galio, neque vero nodoſi.

260. GALIUM *paluſtre.*

G. foliis ſubſenis, rameis quaternis lineari-ellipticis inaequalibus, caulibus flaccidis.

G. foliis quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffuſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 585. Lamark dict. 2. p. 577. n. 2. Hall. hiſt. n. 719. Gmel. ſib. 3. p. 169. n. 44.*

G. album ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 433.*

In arundinetis circa oppidum Kiſljar legi. Floret aeſtate. ♃

Icon Flor. dan. t. 423. noſtro minus reſpondet, quam icon utut rudis *Tabernaemontani.*

261. GALIUM *verum.*

G. foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 590. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 710. Gmel. ſib. 3. p. 170. n. 47. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Vulgatiſſimum ubique in pratis, paſcuis et alibi. Floret Junio. ♃

262. GALIUM *Mollugo.*

G. foliis octonis ouato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis. mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 591. Flor. dan. t. 455. Hall. hiſt. n. 711. Pall. ind. taur.*

Mollugo prima. *Tabern. Kraeut. p. 434.*

Abundat in pratis et dumetis. Floret aeſtate. ♃

263. GALIUM *lucidum.*

G. ceſpitoſum, foliis verticillatis ſuboctonis breuiuſculis patulis nitidis rigidis linearibus, caule erecto: cortice baſi fecedente emarcido. *Perſoon enchirid. 1. p. 127. Allion pedem. n. 21. t. 77. f. 2.*

Mollugo montana fecunda. *Tabern. Kraeut. p. 434.* (*excluſis ſynonymis.*)

Reperitur in Iberiâ. ♃

An praecedentis *varietas foliis ramisque* breuioribus?

264. GALIUM *tenuiſſimum.*

G. foliis ſenis linearibus acutis ſcabris, caule ramoſiſſimo dichotomo, pedicellis longiſſimis capillaribus.

G. purpureum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi etiam Iberiae incultis et rupeſtribus. Floret Junio, Julio. ☉

Caules filiformes, per iteratam elongatamque dichotomiam ramoſiſſimi et maxime diuaricati. *Pedicelli* tenuiſſimi floribus multoties longiores. *Flores* perexigui: *corollis* albido-viridibus, laciniis inflexo-unguiculatis. *Fructus* parui glabri. *Facies* omnino *Aparines minimae Ray. ſynopſ. ed. 3. p. 225. t. 9. f. 1.* An huc quoque G. *diuaricatum. Lamark dict. 2. p. 580. n. 17?* ſed noſtri *fructus* nequaquam hiſpidi, ne quidem pubeſcentes.

** *Fructibus pubeſcentibus hiſpidisue.*

265. GALIUM *humifuſum.*

G. foliis ſenis linearibus patentiſſimis cauleque ramoſiſſimo proſtrato villoſis, ramulis floriferis axillaribus aggregatis, fructibus pubeſcentibus.

G. pariſienſe. *Pall. ind. taur.*

Habitat frequens in Caucafi et Tauriae viis locisque fterilibus apricis, etiam ad Wolgam inferiorem. Floret a Junio ufque in autumnum. ♃

Ab omnibus *diftinctiffimum caulibus* longiffimis ramofiffimis quaquauerfum humiftratis. *Ramuli* floriferi conferti ut in G. vero. *Flores* magnitudine et formâ hujus: *corollâ* ochroleucâ, *antheris* flavis. *Fructus* minimi fubgloboft villis albidis breuiffimis pubefcunt. An hoc fortaffis G. *ruthenicum. Linn. ed. Willd. 1. p. 597?*

266. GALIUM *murale.*

G. foliis imis fenis: fuperioribus binis elliptico-lanceolatis, floribus verticillatis fubfeffilibus, fructibus villofis.

Sherardia (*muralis*) foliis floralibus binis oppofitis binis floribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 574. Pall. ind. taur. Buxb. cent. 2. p. 31. t. 30. f. 2. Column. ecphr. p. 302. ic. p. 300. Morif. hift. 3. fect. 9. t. 21. f. 6.*

G. foliis fenis linearibus, ramis fimplicibus, fructibus hifpidis fubfeffilibus. *Gerard gallopr. p. 227.*

Provenit in Tauriae aridis rupeftribus. Ad fontes riui Salgir frequens. Floret Majo, Junio. ☉

Fructus Galii nec Sherardiae. *Icon Allionii Pedem. t. 77. f. 1.* mala.

267. GALIUM *Aparine.*

G. foliis octonis lanceolatis carinis fcabris retrorfum aculeatis, geniculis villofis, fructibus hifpidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 597. Curt. lond. Flor. dan. t. 495. Lamark dict. 2. p. 581. n. 20. Hall. hift. n. 723. Gmel. fib. 3. p. 168. n. 42. Pall. ind. taur.*

Commune in umbrofis. Floret a Majo ad Auguftum. ☉

Aparinen vulgarem femine minori. Vaill. parif. t. 4. f. 4. pro merâ *varietate* G. Aparines habeo, confentiente *Lamarkio.*

62. CRUCIANELLA. Cor. 1-petala, infundibuliformis: tubo filiformi; limbo conniventе unguiculato. Semina 2. (*Stam. 4-5.*)

* *Floribus ſpicatis.*

268. CRUCIANELLA *anguſtifolia.*

Cr. ſpicis linearibus baſi interruptis, foliis ſenis linearibus, caule erecto.

Cr. erecta, foliis ſenis linearibus, floribus ſpicatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 601. Lamark illuſtr. n. 404. t. 61. Sabbat. hort. 2. t. 12. Barrel. ic. 550. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae Caucaſique ſterilibus, nec non in agris reſtibilibus et in arenâ littorali. Floret Junio. ⊙

Bracteae ternae, quas non eſſe *calycem* proprium docent ſpecies *floribus* faſciculatis inter bracteas ſparſis.

269. CRUCIANELLA *latifolia.*

Cr. ſpicis linearibus aequalibus, foliis ſubſenis: inferioribus ovatis, ſummis linearibus, caule erectiuſculo.

Cr. procumbens, foliis quaternis lanceolatis floribus ſpicatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 601.*

Legi in faxis abruptis mari nigro imminentibus, prope Tauriae pagum Limenam, Julio. ⊙

** *Floribus faſciculatis.*

270. CRUCIANELLA *molluginoides.*

Cr. capitulis axillaribus terminalibusque pedunculatis paniculatis, foliis verticillatis lineari-lanceolatis ſcabris, caule erecto.

Rubeola montana erecta, foliis incanis. *Buxb. cent. 2. p. 33. t. 30. f. 1.*

Habitat in Caucaſo circa acidulam Narzana et ad latera montis Beſchtau. Floret Julio. ♃

Radix multicaulis. *Caules* pedales erecti, angulis ſcabris. *Folia* circiter duodena Galii Molluginis ſed longiora, margine carinâque ſcabra. *Bracteae* ternae lanceolatae hirſutae breues. *Corollae* bracteis multo longiores albido-virides; limbo quinquefido. *Stamina* quinque. *Semina* ſubgloboſa quaſi arillata.

271. CRUCIANELLA *aſpera.*

Cr. capitulis axillaribus terminalibusque pedunculatis paniculatis, foliis ſubſenis linearibus ſcabris, caule procumbente.

Habitat in Iberiâ, circa Tiflin. ♃

Praecedenti maxime *affinis* ſed minor et procumbens. *Caules* undique nec ad angulos tantum pubeſcentes. *Folia* pauciora et minora. *Inflorescentia* et *flores* exacte praecedentis. An *varietas* ex loco natali arido?

272. CRUCIANELLA *glomerata.*

Cr. capitulis aggregatis axillaribus terminalibusque ſeſſilibus, foliis ſenis linearibus margine reuolutis caulibusque adſcendentibus hirſutis.

Rubeola orientalis foliis Galii, flore multiplici e viridi flaueſcente. *Tourneſ. cor. p. 5.*

Habitat in collibus lapidoſis Iberiae, circa Tiflin. ♃

Caules aggregati dodrantales declinati: ramulis breuiſſimis foliaceis fere ex omnium foliorum axillis. *Folia* brevia, caulina reflexa. *Bracteae* foliis latiores lanceolatae. *Flores* quinquefidi pentandri, ſicut in proxime praecedentibus. *Hirſuties* totius plantae copioſa erecta cana. *Accedit* ad *Cr. capitatam*; ſed omnino robuſtior, foliisque longioribus, capitulis ſeſſilibus et floribus viridibus nec atropurpureis *diſtincta.*

63. RUBIA. Cor. monopetala, campanulata. Baccae 2, monospermae.

273. RUBIA *tinctorum.*

R. foliis lanceolatis subsenis annuis, caule aculeato scandente. *Persoon enchirid. 1. p. 129. Linn. ed. Willd. 1. p. 603. Hall. hist. n. 708. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 140. Moris. hist. 3. sect. 9. t. 21. f. 1.*

Crescit in Tauriâ et in promontorio Caucasico ubique: in ditionibus Dagestanicis ab incolis colligitur et quotannis magnâ copiâ mercatoribus rossicis diuenditur. Floret Julio. ♃

Nostrae *flores* constanter quinquefidi pentandri.

64. PLANTAGO. Cal. 4-fidus. Cor. 4-fida: limbo reflexo. Stamina longissima. Capsula 2-locularis, circumscissa.

* *Scapo nudo.*

274. PLANTAGO *major.*

Pl. foliis lato-ouatis nouemneruiis planis scapoque nudiusculis, spicâ lineari longissimâ.

Pl. foliis ouatis glabris, scapo tereti, spicâ flosculis imbricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 641. Gmel. sib. 4. p. 71. n. 2. t. 36. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

In incultis perfrequens. Floret Junio. ♃

Folia remote obiterque dentata, non perfecte glabra: nervis imprimis subtus hirsutis. *Scapus* quoque leuiter pubescit, distincte sulcato-angulatus. Ceterum omnino *conuenit* cum *Pl. majore autorum*, ut diuersitas potius in definitione systematicorum quam in rerum naturâ posita esse videatur.

275. PLANTAGO *media.*

Pl. foliis ouato-lanceolatis pubefcentibus, fpicâ cylindricâ, fcapo tereti. *Linn. ed. Willd. 1. p. 642. Curt. lond. Flor. dan. t. 581. Hall. hift. n. 659. Pall. ind. taur.*

Communis ubique in graminofis. Floret aeftate. ♃

276. PLANTAGO *lanceolata.*

Pl. foliis lanceolatis, fpicâ fubouatâ nudâ, fcapo angulato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 643. Curt. lond. Flor. dan. t. 437. Hall. hift. n. 656. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

Ubique cum praecedentibus abundat. *Varietatem* pumilam totam incanam obferuaui ad ruinas arcis Inkiermen Tauriae. ♃

277. PLANTAGO *faxatilis.*

Pl. foliis lineari-lanceolatis integerrimis fcapoque teretiufculo pubefcentibus, fpicis ouatis, bracteis latis fcariofis apice floſculisque baſi piloſis.

Habitat in rupeſtribus ad riuum Podkumok Caucafi, haud procul acidulâ Narzana et in Iberiâ. ♃

Planta junior humilis fericeo-canefcens, fructifera magnitudine Pl. lanceolatae calua. *Radix* valida. *Folia* trineruia baſi lanata. *Spicae* magnitudine Pl. lanceolatae. *Bracteae* ouatae concauae carinatae, in medio fpadiceae caeterum albofcariofae, apice pilis aggregatis albis. *Floſculi* formâ Pl. lanceolatae fed calycina foliola 4 diſtincta.

278. PLANTAGO *minuta.*

Pl. foliis lanceolatis obliquis hirſutis, fpicâ ouatâ glabrâ, bracteis ouatis, fcapo hirſuto foliis breuiore.

Pl. minuta. *Pall. itin. 2. app. n. 69. t. E. bona.*

Creſcit in arenâ mobili deſerti caucaſico caſpici: circa urben Aſtrachan frequens; porro in Iberiae orientalis campeſtribus ſiccis. ☉

Non eſt *Pl. albicantis varietas*, quâcum a recentioribus conjungitur. *Dignoſcitur radice* exili annuâ et *ſpicâ* abbreuiatâ haud interruptâ. *Habitus* potius *Pl. Loeflingii*, cui nimium *affinis*: diſcrepat tamen *floribus* majoribus, *braetearum* margine ſcarioſo anguſtiore *foliisque* nunquam dentatis. *Pl. piloſa. Cauan. hiſp. 3. t. 249. f. 1.* noſtram etiam refert; ſed *bracteae* huic ouato-acuminatae, noſtrae ouatae maxime concauae obtuſiuſculae circiter calycis longitudine.

279. PLANTAGO *ſalſa.*

Pl. foliis linearibus ſubtus conuexiuſculis ſubdentatis glabris, ſcapo tereti hirſuto, ſpicâ cylindricâ glabrâ, bracteis longitudine calycis.

Pl. ſalſa. *Pall. it. 1. p. 486. n. 100. Gmel. ſib. 4. p. 72. n. 4. Habl. taur. p. 155.*

Pl. maritima. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 160.*

Creſcit ad littora marina Tauriae, imprimis ad Boſphorum. Floret Julio. ♃

Vix *differt* a Pl. maritimâ, ſub cujus nomine ab ipſo *Pallaſio* in indice plantarum Tauriae commemoratur.

280. PLANTAGO *tenuiflora.*

Pl. foliis linearibus ſubintegerrimis obtuſis carnoſis, ſcapo tereti, ſpicâ erectâ, floribus diſtantibus, corollae limbo erecto. *Waldſt. et Kit. pl. rar. hung. 1. t. 39.*

Occurrit paſſim in Tauriae collibus Boſphoro imminentibus, nec non in promontorio caucaſico orientali. Floret Aprili, Majo. ☉

Planta pygmaea, quandoque unguicularis. *Folia* raro denticulo uno alteroue obſoleto. *Spica* linearis, interdum pauciflora. *Bracteae* lanceolatae longitudine calycis. *Corollae* laciniae minutae conniuentes ſordide albicantes. *Specimina* minutiſſima *luſitanica*, a tauricis non diuerſa communicauit *Ill. C. Hoffmannsegg.*

** *Caulescentes.*

281. PLANTAGO *arenaria.*

Pl. caule ramoso herbaceo, foliis subintegerrimis linearibus, capitulis foliatis, bracteis ouatis obtusissimis.

Pl. herbacea piloso-cana, caule erecto, foliis subintegerrimis, capitulis ouatis, bracteis calycibusque ouatis. *Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 51. t. 51.*

Pl. Cynops. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Pl. indica. *Gmel. it. 2. p. 198.*

Frequens in arenosis maritimis Tauriae imprimis ad Bosphorum; passim quoque in fabuletis ad Wolgam et ad mare Caspium; tum in arenâ mobili circa Kiew et Charkow inuenitur. Floret Julio, Augusto. ⊙

Habitus Pl. Psyllii sed *bractearum* formâ satis superque distincta. *Synonyma* antiquiorum *Dodonaei, Tabernaemontani* et al. inter hanc et Psyllium ambigunt.

65. SANGUISORBA. Cal. 2-phyllus, inferus. Cor. supera. Germen inter calycem corollamque.

282. SANGUISORBA *officinalis.*

S. spicis ouatis, staminibus corollae subaequalibus. *Persoon enchirid. 1. p. 141. Linn. ed. Willd. 1. p. 653. Flor. dan. t. 97. Hall. hist. n. 705. Gmel. sib. 3. p. 141. n. 13. Habl. taur. p. 146.*

Occurrit in Caucasi subalpini graminosis. 4

66. CORNUS. Involucrum 4-phyllum saepius. Petala supera. Drupa: nuce biloculari.

* *Involucratae, umbellatae.*

283. CORNUS *mascula.*

C. arborea, umbellis involucrum aequantibns. *Linn. ed. Willd. 1. p. 661. Herit. monogr. n. 4. Willd. arb. berol.*

p. 74. n. 2. Duhamel arb. 1: t. 75. Hall. hiſt. n. 815. Pall. roſſ. 1. p. 50. ind. taur. Habl. taur. p. 77.

Perfrequens in ſyluis et dumetis. Floret Martio. ♄

** *Nudae, cymoſae.*

284. CORNUS *ſanguinea.*

C. ramis rectis, foliis ouatis concoloribus, cymis depreſſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 662. Herit. monogr. n. 5. Flor. dan. t. 481. Willd. arb. berol. p. 74. n. 3. Hall. hiſt. n. 816. Gmel. ſib. 3. p. 163. n. 32. II. Hall. hiſt. n. 816. Pall. roſſ. 1. p. 50. ind. taur. Habl. taur. p. 101.*

Frutex in ſyluis et dumetis quam maxime communis. Floret Junio. ♄

67. TRAPA. Cor. 4-petala. Cal. 4-partitus. Nux calycinis foliolis induratis ſpineſcentibus cincta.

285. TRAPA *natans.*

Tr. nucibus quadricornibus, ſpinis patentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 681. Haller hiſt. n. 527. Gmel. ſib. 4. p. 116. n. 87.*

Creſcit in aquis ſtagnantibus verſus oſtia Wolgae, Cyri, Terek, Koiſu et aliorum fluminum majorum ad mare Caſpium defluentium. Fructus Aſtrachanenſibus Kalmizkie orechi i. e. nuces Calmuccorum audiunt. ⊙

68. ELÆAGNUS. Cal. ſuperus, coloratus, 4-fidus. Cor. o. Drupa ouata, monoſperma.

286. ELÆAGNUS *hortenſis.*

E. foliis ouatis lanceolatisue argentatis.

α. Inermis, foliis lanceolatis lucidis; fructu inſipido.

E. (*anguſtifolia*) foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 688. *Pall. roſſ.* 1. p. 10. t. 4. *Willd. arb. berol. p.* 105. n. 1. *Duhamel arb.* 1. t. 89.

E. orientalis anguſtifolius, fructu paruo oliuaeformi. *Tournef. cor. p.* 53.

β. inermis, foliis lanceolatis lucidis, fructu dactyliformi eduli.

γ. inermis, foliis oualibus opacis, fructu dactyliformi eduli.

E. (*orientalis*) foliis oblongis ouatis opacis. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 689. *Pall. roſſ.* 1. p. 11. t. 5. *Gmel. it.* 3. p. 26. t. 4.

E. orientalis latifolius fructu maximo. *Tournef. cor. p.* 53.

δ. ſpinoſa, foliis lanceolatis, fructu ut in α.

E. (*ſpinoſa*) foliis ellipticis. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 689.

Abundat α et δ ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar omnium maxime communis; ſepibus aptiſſimus frutex et vulgo hunc in uſum adhibitus. Var. β et γ in hortis coluntur et videntur ex culturâ ortae. Harum varietatum individua vidi foliis ramulorum inferiorum oualibus opacis, ceteris lanceolatis laminulis argentatis. Flores fragrantiſſimi Majo expanduntur. ♄

69. CAMPHOROSMA. Cal. urceolatus: dentibus oppoſitis, alternis minimis. Cor. 0. Capſ. 1-ſperma.

287. CAMPHOROSMA *monſpeliaca.*

C. foliis ſubulatis hirſutis, floribus axillaribus glomerato-ſpicatis, caulibus adſcendentibus.

C. foliis hirſutis linearibus. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 696. *Lamark dict.* 1. p. 591. n. 1. et illuſtr. p. 1698. t. 86. *Buxb. cent.* 1. p. 18. t. 28. f. 1. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p.* 152.

Frequens locis argillofis fterilibus fubfalfis. In Tauriâ circa crateres argillam bituminofam fubfalfam cum multâ aquâ et aere eructantes, poft eluuiei exficcationem, omnium plantarum prima progerminat. Floret Junio, Julio. ♃

70. ALCHEMILLA. Cal. 8-fidus. Cor. o. Sem. 1.

288. ALCHEMILLA *vulgaris.*

A. foliis reniformibus nouemlobis: lobis arcuatis acute dentatis, corymbis terminalibus glabriufculis.

A. vulgaris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 698. Flor. dan. t. 694. Hall. hift. n. 1566. γ. Gmel. fib. 3. p. 119. n. 95. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

Occurrit in montium fyluaticorum herbidis rarius. Floret Majo. ♃

Jcones Milleri dict. t. 18. mihi vulgaris Alchemillae meras *varietates,* nec fubfequentem exprimere videntur.

289. ALCHEMILLA *pubefcens.*

A. foliis reniformibus lobatis: lobis cuneiformibus crenatis, fubtus corymbisque fericeo-villofis. *Marfch. caſp. p. 134. app. n. 9.*

A. foliis lobatis fubtus pubefcentibus, caule villofo, floribus pedicellatis. *Lamark illuſtr. n. 1703. Hall. hift. n. 1566. δ. Barrel. ic. 728. bona.*

A. vulgaris γ. hybrida. *Linn. ed. Willd. 1. p. 698.*

A. alpina pubefcens minor. *Tournef. inſt. p. 508.*

Crefcit in apricis rupeſtribus Caucafi altioris. Floret Junio. ♃

290. ALCHEMILLA *alpina.*

A. foliis digitatis ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 698. Flor. dan. t. 49. Hall. hift. n. 1567. Barrel. ic. 756.*

In alpibus caucaficis paſſim obuia. ♃

291. ALCHEMILLA *Aphanes.*

A. foliis tripartitis: laciniis trifidis pubescentibus, floribus axillaribus glomeratis monandris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 699. Hall. hist. n. 1569. Morif. hist. 2. sect. 2. t. 20. f. 4.*

Aphanes aruensis. *Linn. flor. suec. 137. 143.*

Scandix minor. *Tabern. Kraeut. p. 288.*

Occurrit in Iberiae montibus altis, Colchidi finitimis. ⊙

DIGYNIA.

71. BUFONIA. Cal. 4-phyllus. Cor. 4-petala. Caps. 1-locularis, 2-sperma.

292. BUFONIA *tenuifolia.*

B. *(annua)* caule paniculato, floribus lateralibus terminalibusque, calyce striato. *Lamark dict. 1. p. 501. et illustr. n. 1710. t. 87. f. 1. mala. Linn. ed. Willd. 1. p. 700. Gaertn. fruct. 2. p. 220. t. 129. f. 1. Pall. ind. taur.*

Crescit in collibus apricis et agris restibilibus Tauriae. Floret Julio, Augusto. ⊙

72. CUSCUTA. Cal. 4-5-fidus. Cor. 1-petala. Capf. 2-locularis, basi circumscissa. (Stam. 4-5.)

293. CUSCUTA *europaea.*

C. floribus sessilibus glomeratis subquadrifidis, corollâ fauce nudâ, stylis filiformibus.

C. floribus sessilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 702. Flor. dan. 199. Hall. hist. n. 654. Gmel. sib. 4. p. 71. n. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

C. vulgaris. *Smith brit. 1. p. 282.*

In variis herbis fruticibusque parafitica reperitur. ⊙

294. CUSCUTA *monogyna.*

C. floribus fubfeffilibus remotiufculis quinquefidis, ftylo fimplici, ftigmate bilobo.

C. floribus pedunculatis monogynis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 703. Vahl fymb. 2. p. 32.*

C. major caulibus lupuli. *Buxb. cent. 1. p. 15. t. 23. Pall. ind. taur.*

C. lupuliformis. *Krocker fil. n. 251. t. 36.*

C. orientalis viticulis craffiffimis, Conuoluuli fructu. *Tournef. cor. p. 45.*

Non infrequens in Tauriae fruticibus parafitica, rarius etiam ad Caucafum occurrit. Floret Julio. ⊙

73. HYPECOUM. Cal. 2-phyllus. Petala 4: exterioribus duobus latioribus. Fructus filiqua.

295. HYPECOUM *pendulum.*

H. filiquis cernuis teretibus cylindricis, petalis majoribus obtufe trilobis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 705. Pall. ind. taur.*

In Iberiâ reperitur. ⊙

TETRAGYNIA.

74. ILEX. Cal. 4-dentatus. Cor. rotata. Bacca tetrafperma.

296. ILEX *Aquifolium.*

I. foliis ouatis acutis fpinofis nitidis undulatis, floribus axillaribus fubumbellatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 707. Flor. dan. t. 508. Hall. hift. n. 667.*

Aquifolium. *Tabern. Kraeut. p. 1382.*

Occurrit in fyluis Iberiae occidentalis, Colchidi finitimis. ♄

75. POTAMOGETON. Cor. o. Petala 4. Stylus o. Semina 4.

297. POTAMOGETON *fluitans.*

P. foliis natantibus longe petiolatis lanceolato-ouatis utrinque attenuatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 713. Roth. germ. 2. p. 202.*

In Tauriae riuulis inuenitur. ♃

298. POTAMOGETON *perfoliatum.*

P. foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 713. Flor. dan. t. 196. Hall. hiſt. n. 845. Gmel. ſib. 3. p. 35. n. 26.*

Occurrit in foſſis circa oppidum Kiſljar. Floret Julio. ♃

Planta caucaſica *foliis* inſtruitur europaeâ breuioribus et obtuſioribus.

299. POTAMOGETON *criſpum.*

P. foliis lanceolatis alternis oppoſitisue undulatis ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 714. Curt. lond. Flor. dan. t. 927. Hall. hiſt. n. 848. Gmel. ſib. 3. p. 33. n. 23. Pall. ind. taur.*

Creſcit in aquis ſtagnantibus Tauriae. Floret Junio. ♃

300. POTAMOGETON *puſillum.*

P. foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis baſi patentibus, caule tereti. *Linn. ed Willd. 1. p 717. Hall. hiſt. n. 853. Gmel. ſib. 3. p. 33. n. 22. Vaill. pariſ. t. 32. f. 4. Pall. ind. taur.*

Abundat in riuulis ſtagnisque tam Tauriae quam Caucaſi. Floret Junio, Julio. ♃

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

76. HELIOTROPIUM. Cor. hypocrateriformis, 5-fida, interjectis dentibus: fauce nudâ.

301. HELIOTROPIUM *europaeum.*

H. foliis ouatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 742. Jacq. austr. 3. p. 4. t. 207. Hall. hist. n. 593. Gmel. sib. 4. p. 74. n. 11. Habl. taur. p. 153.*

H. supinum. *Pall. ind. taur.*

β. floribus majoribus odoris.

Heliotropium. *Hall. hist. n. 593. β.*

H. majus siculum amplo flore odorato. *Bocc. sic. t. 49.*

H. europaeum. *Pall. ind. taur.*

Abundat in Tauriae Caucasique ruderatis et aruis. Var. β crescit in aceruis circa templum oppidi transbosphorani Taman. Floret Julio, Augusto. ⊙

Varietas β differt a vulgari *caule* minus diuaricato, *foliis* paullo angustioribus, *floribus* duplo majoribus suaueolentibus.

77. MYOSOTIS. Cor. hypocrateriformis, 5-fida, emarginata: fauce clausâ fornicibus.

302. MYOSOTIS *scorpioides.*

M. seminibus laeuibus, foliis oblongis cauleque hirsutis, corollae limbo longitudine calycis, radice multicauli.

M. seminibus laeuibus, caule subsimplici, foliis lanceolatis obtusis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 746. Flor. dan. t. 583.*

M. palustris. *Hoffm. germ. 61. Roth germ. 2. p. 221.*

M. perennis. *Moench. haff. n. 154.*

Creſcit in agris reſtibilibus; immo in faxoſis Caucaſi circa acidulam Narzana. ♃

Planta caucaſica, in ſiccis et ſaxoſis naſcens, hirſutie ſicut inſequens caneſcit: *varietas* autem paluſtris, quae mihi his in regionibus haud occurrit, viridis eſt et ſucculenta. *Gmelinus in florâ ſib. 4. p. 73. ſub. n. 8* hanc et affines confudit.

303. MYOSOTIS *aruenſis.*

M. feminibus laeuibus, foliis oblongis cauleque ſolitario hirſutis, corollae limbo ſubcampanulato breuiſſimo.

M. feminibus laeuibus, caule ramoſo, foliis obouato-lanceolatis hirtis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 747. Roth catal. p. 20. n. 2. et germ. 2. p. 222. Hoffm. germ. 60.*

M. ſcorpioides. *Pall. ind. taur.*

M. annua. *Moench. haff. n. 153.*

Perfrequens in incultis et aruis. Floret Majo. ☉

M. *ſcorpioides* et *aruenſis differunt radice,* quae huic annua, illi perennis: *habitu* hujus gracili, illius firmiore et vegetiore; *foliis* in hâc hirſutie caneſcentibus, in illâ viridibus et quandoque fere caluis; *floribus* qui huic minuti vix calycem ſuperantes, illi duplo majores: limbo explanato amoene caeruleo.

304. MYOSOTIS *macrophylla.*

M. feminibus rugoſis, foliis cordatis petiolatis.

Habitat in Caucaſi iberici rupeſtribus inumbratis ad torrentem Aragum. ♃

Habitus alienus. *Folia* radicalia magna lata ad petioli inſertionem profundo ſinu exciſa: petiolis longiſſimis. Racemi terminales paniculati aphylli. *Flores* parui, ut in praecedente ſed *corolla calyce* breuiſſimo triplo longior. *Calyx* fructus re-

flexo-patulus. *Semina* inermia glabra coſtis prominulis rugoſa, plurima abortientia.

305. MYOSOTIS *Lappula.*

M. feminibus aculeorum marginalium ferie duplici, foliis lanceolatis incumbenti-piloſis, corollae limbo campanulato calycem ſuperante.

M. feminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis piloſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 749. Flor. dan. t. 692. Gaertn. fruct. 1. p. 328. t. 68. Hall. hiſt. n. 589. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 150.*

Creſcit copioſe locis ſterilibus lapidoſis. Floret Majo, Junio. ⊙

306. MYOSOTIS *ſquarroſa.*

M. feminibus aculeorum marginalium ferie ſimplici elongatâ, foliis oblongis obtuſis patulo-piloſis, calyce corollam ſubaequante.

M. feminum aculeis ſetoſo-uncinatis, foliis lanceolatis piloſis apice calloſis. *Retz. obſ. 2. p. 9. Linn. ed. Willd. 1. p. 749?*

M. Lappulae varietas. *Pall. it. 3. p. 718. ſub n. 71. in notâ.*

Habitat in deſerto caucaſico-caſpico, ad Kumam et Terek, nec non ad Wolgam inferiorem, circa Sareptanam coloniam et urbem Aſtrachan. Floret Majo, Junio. ⊙

Facies praecedentis, ſed *rami* rigidiores magisque patuli. *Pubes* aſperior. *Flores* exigui M. aruenſis. *Seminum aculei* longiores diuaricati, at multo pauciores ſimplici ordine marginem cingunt, nec duplici ut vult *Cl. Retzius loc. cit.*

307. MYOSOTIS *marginata.*

M. feminum aculeis marginalibus baſi connatis membranaceis, foliis oblongis obtuſis patulo-piloſis, calyce corollà breuiore.

Habitat cum praecedente, locis potiſſimum ſabuloſis. In vineis circa Aſtrachan frequens. ⊙

Simillima praecedenti; *dignoſcitur* autem *feminibus* margine ſcarioſo teſtacco aculeis elongatis fimbriato, quaſi urceolatis. *Corollae* paruae, limbo tamen calycem ſuperante.

308. MYOSOTIS *barbata.*

M. feminibus aculeorum marginalium breuiſſimorum ſerie duplici, foliis lanceolatis incumbenti-piloſis, corollae calyce duplo longioris limbo plano.

M. ſaxatilis. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae montibus calcareis circa Karaſſubaſar et ad Caucaſum, nec non in Iberiâ locis glareoſis et apricis; circa oppidum Moſdok haud rara. Floret Junio. ⊙

Semina fere M. Lappulae, at *corollae* majuſculae M. ſcorpioidis. *Villi* omnes proſtrati crebri, ut herba incaneſcat. *Rami racemique* longi graciles. *Folia floralia* et *ſegmenta calycina* praecedentibus breuiora.

78. LITHOSPERMUM. Cor. infundibuliformis: fauce perforatâ, nudâ. Cal. 5-partitus.

309. LITHOSPERMUM *officinale.*

L. feminibus laeuibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 751. Flor. dan. t. 1084. Hall. hiſt. n. 595. Gmel. ſib. 4. p. 73. n. 9. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

In incultis paſſim obuium. Floret Majo. ♃

310. LITHOSPERMUM *aruenſe.*

L. feminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 751. Flor. dan. t. 456. Hall. hiſt. n. 594. Gmel. ſib. 4. p. 74. n. 10. Pall. ind. taur.*

β. floribus caeruleis.

Commune in ſterilibus ſiccis et in agris. Varietas β in Iberiâ reperitur: Floret Majo. ☉

311. LITHOSPERMUM *purpureo-caeruleum.*

L. feminibus laeuibus, calycibus corollae tubum ſubaequantibus, caulibus floriferis erectis: ſterilibus repentibus.

L. feminibus laeuibus, corollis calycem multoties ſuperantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 754. Jacq. auſtr. 1. p. 11. t. 14. Hall. hiſt. n. 596. Gmel. it. 4. p. 108. t. 18. f. 2. Pall. ind. taur.*

Creſcit ad ſyluarum margines et vias. Floret Aprili, Majo. ♃

Corolla calyce vix duplo nec multoties major. *Flos* Pulmonariae.

312. LITHOSPERMUM *diſpermum.*

L. feminibus duobus, calycibus patentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 755. Linn. dec. 1. t. 7. Pall. ind. taur.*

L. (*retortum*) foliis inferioribus ſpathulatis: ſummis linearibus, calycibus fructiferis pendulis ciliatis monoſpermis, ſemine conico calloſo-punctato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 755. Pall. it. 3. p. 718. app. n. 72. t. Ji. f. 2. B.*

In Tauriâ nec non ad Caucaſum in ſterilibus paſſim reperitur. Floret Majo. ☉

Semina plerumque 2, quandoque 1, rarius 3 fertilia. *L. retortum Pall.* non *differt* a *L. diſpermo Linn.*

79. ANCHUSA. Cor. infundibuliformis, ſubirregularis: fauce clauſâ fornicibus. Sem. baſi inſculpta.

* *Calyce quinquepartito: fructifero erecto.*

313. ANCHUSA *italica.*

A. floribus ſubaequalibus fauce barbatis, calycibus quinquepartitis fructiferis erectis, foliis lucidis ſtrigoſis.

A. foliis lucidis ſtrigoſis, racemis bipartitis diphyllis, floribus ſubaequalibus fauce barbatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 756. Retz obſ. 1. p. 12. Hall. hiſt. n. 599. Pall. ind. taur. Beſl. eyſt. aeſt. ord. 8. fol. 5. n. 3. Buxb. cent. 5. p. 28. t. 54. Gmel. ſib. 4. p. 75. n. 14.*

Prouenit in agris quieſcentibus et incultis Tauriae regionumque caucaſicarum. Floret Junio, Julio. ♂ 2

314. ANCHUSA *aruenſis.*

A. floribus inaequalibus, calycibus quinquepartitis corollae tubum ſubaequantibus: fructiferis erectis, foliis hiſpidis.

Lycopſis *(aruenſis)* foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 780. Curt. lond. Flor. dan. t. 435. Hall. hiſt. n. 605. Pall. ind. taur.*

Perfrequens in ruderatis et cultis. Floret Majo, Junio. ⊙

315. ANCHUSA *ſtyloſa.*

A. floribus aequalibus, calycibus quinquepartitis corollae tubo breuioribus: fructiferis erectis, foliis undulato-dentatis hiſpidis.

A. annua. *Pall. ind. taur.*

A. anguſtis dentatis foliis hiſpanica. *Barrel. ic. 578.*

Bugloſſum orientale erectum, foliis undulatis, flore amoene caeruleo. *Tourneſ. cor. p. 6.*

Habitat in Tauriae collibus lapidoſis ad riuum Karaſu minorem, hinc inde quoque inter ſegetes. Floret Aprili, Majo. ⊙

Habitus praecedentis. *Corollae* duplo majores amoene caeruleae: tubo recto longiuſculo, fornicibus albis. *Stylus* in hac et in praecedente longitudine tubi corollae: hinc in praecedente calycem fructiferum vix excedens, in hâc multo longior.

316. ANCHUSA *echioides.*

A. floribus inaequalibus, calycibus quinquepartitis: fructiferis erectis, foliis lanceolatis hirſutis, bracteis ſubcordatis.

Lycopsis *(echioides)* foliis lanceolatis hirsutis, caule ramosissimo erecto, floribus secundis sessilibus. *Linn. ed. Willd. 1* p. 781.

Echioides orientale Bugloss folio, flore luteo maculis atropurpureis notato. *Tournef. cor. p. 47. Buxb. cent. 1. p. 1. t. 1.*

Habitat in pratis alpinis Caucasi, circa pagum Kobi frequens; ubi Septembri florentem legi. ♃

Accedit *habitu* ad species calycibus inflatis, ob *bractearum* praesertim latitudinem. *Caules* semipedales. *Folia* radicalia magna. *Racemi* conjugati secundi. *Flores* in hoc genere maximi. *Calycina* segmenta lanceolata. *Corollae* sulphureae, maculis ad faucem magnis nigerrimis. *Tubus* subcampanulatus calyce longior. *Faux* perula, ob squamulas fornicatas minutas. *Limbus* amplus inaequalis.

** *Calyce 5-fido: fructifero nutante, campanulato.*

317. ANCHUSA *officinalis.*

A. floribus aequalibus, calycibus quinquefidis: fructiferis campanulatis nutantibus, foliis lanceolatis hispidis, bracteis calyce breuioribus.

A. foliis lanceolatis strigosis, spicis secundis imbricatis, calycibus quinquepartitis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 756. Flor. dan. t. 572. Gmel. sib. 4. p. 74. n. 13. Habl. taur. p. 130.*

A. angustifolia. *Pall. ind. taur.*

Abundat per omnem Tauriam, nec ad Caucasum exulat. Floret Majo, Junio, Julio. ♃

Variat foliorum latitudine et hispiditate mox insigni mox leui. *Varietas* angustifolia, pilis minus rigentibus crebrioribus canescens in Tauriâ maxime communis est: quae *A. angustifoliae Linn.* proxima, tamen *foliis* latioribus, *ramis* minus elongatis, *racemisque* paucioribus longioribus et densioribus ab eâ *differt.*

318. ANCHUSA *ochroleuca*.

A. floribus aequalibus, calycibus quinquefidis: fructiferis campanulatis nutantibus, foliis lineari-lanceolatis fubundulatis hifpido-ciliatis, bracteis calyce breuioribus.

Bugloffum fylueftre flore albo folio anguftiore. *Gerb. tanaic. Gmel. fib. 4. p. 74. n. 13. β.*

Bugloffum orientale flore luteo. *Tournef. cor p. 6.*

Habitat in campis apricis herbidis caſpio-caucaſicis, wolgicis circa Zarizyn et ad Tyram prope Bender. Floret Junio, Julio. ♃

Haec medium quaſi obtinet inter *A. officinalis* varietates leptophyllas et *A. anguſtifoliam Linn.* An *varietas?*

*** *Calyce 5-fido: fructifero pendulo, veſicario.*

319. ANCHUSA *pulla*.

A. floribus inaequalibus, calycibus quinquefidis: fructiferis inflatis pendulis, bracteis calyce longioribus foliisque lanceolatis, caulibus erectis.

Lycopſis *(pulla)* foliis integerrimis, caule erecto, calycibus fructeſcentibus inflatis pendulis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 779. Jacq. auſtr. 2. p. 53. t. 188. Gaertn. fruct. 1. p. 327. t. 67. f. 9. Habl. taur. p. 146.*

A. tinctoria. *Pall. ind. taur.*

Echium pullo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 164.*

Abundat in graminoſis apricis Tauriae et ad Caucaſum. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta junior ſubuiſcida et incaneſcens, *adultior* enadit ſtrigoſa et ſature viridis. *Racemi* ad caulium extremitates paniculati.

320. ANCHUSA *roſea*.

A. floribus aequalibus, calycibus quinquefidis: fructiferis inflatis pendulis, dentibus acuminatis; foliis oblongis hiſpidis:

floralibus subcordatis calyce longioribus, caulibus procumbentibus.

Pulmonaria orientalis calyce vesicario, foliis Echii, flore purpureo infundibuliformi. *Tournef. cor. p. 6.*

Crescit in hortis et vineis ad fluvium Terek, circa Kisljar. Floret Majo. ⊙

Folia inferiora oblonga obtusiuscula, superiora latiora, floralia subcordata acumine obliquo longo. *Calyces* vix semiquinquefidi viscidi: striis quinque punctorum calloforum nigricantium. *Corolla* magnitudine praecedentis: tubo recto albido, limbo amoene purpureo lineolis 10 flavicantibus ad faucem. *Squamulae* exiles pubescentes faucem haud claudentes.

321. ANCHUSA *lutea.*

A. floribus aequalibus, calycibus quinquefidis: fructiferis inflatis pendulis, dentibus acutis; foliis oblongis hispidis: floralibus subcordatis calyce longioribus, caulibus adscendentibus.

Lycopsis *(lutea)* bracteis ovato acuminatis, corollâ luteâ exsertâ, calycibus fructuum inflatis angulosis semiquinquefidis. *Lamark dict. 3. p. 657. n. 6. illustr. n. 1828.*

A. *(orientalis)* villoso-tomentosa, ramis floribusque alternis axillaribus, bracteis ovatis. *Linn. spec. pl. 2. p. 191.*

A. *(dubia)* caule ramoso, foliis amplexicaulibus, calycibus fructigeris campanulatis maximis. *Nocca hort. ticin. t. 3.*

Lithospermum orientale. *Linn. syst. veg. p. 156. et ed. Willd. 1. p. 753. Curt. mag.*

Buglossum orientale flore luteo. *Buxb. cent. 3. p. 15. t. 29. (excluso synon. Tournefortii.)*

Pulmonaria orientalis calyce vesicario, folio Echii, flore albo infundibuliformi. *Tournef. cor. p. 6.*

β. flore duplo minore.

Pulmonaria chia echii folio verrucoso, calyce vesicario, flore albo. *Tournef. cor. p. 6. Buxb. cent. 2. p. 21. t. 13. f. 2.*

In ſterilibus praeſertim ſabuloſis ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar reperitur. Floret Majo. ⊙

Praecedenti ita *affinis* ut caracteres diſtinctiui aegre eruantur, praeſertim quoad *varietatem* paruifloram. *Calyces* fructiferi ſegmentis acuminatiſſimis diuaricatis. *Corolla* in α ſpecioſa, poſt n. 316 hujus generis maxima ſulphurea aut ochroleuca: ſquamulis faucis minutiſſimis ſubemarginatis pubeſcentibus.

322. ANCHUSA *picta.*

A. floribus aequalibus, calycibus quinqueſidis: fructiferis inflatis pendulis, foliis bracteiſque calyce longioribus lineari-lanceolatis hiſpidis, caulibus ramoſiſſimis procumbentibus.

In deſertis arenoſis ad Wolgam, Terekum et Kumam frequens, etiam in vineis circa Aſtrachan et in Iberiâ orientali occurrit. Floret Aprili, Majo. ⊙

Flores praecedentibus minores, vix A. aruenſi majores. *Calycini* dentes ſubulati. *Corolla* caeruleſcens, venis ſaturatioribus pulchre picta. *Squamulae* faucis paruae glabrae atro-purpureae. *Foliorum* margo ſubundulatus pilique e baſi calloſâ originem ducentibus ciliatus, hinc folia denticulata videntur. An haec *Lycopſis ciliata Willd.* (*ed. Linn. 1. p. 780*)? *excluſo ſynonymo Tournefortii.*

80. CYNOGLOSSUM. Cor. infundibuliformis: fauce clauſâ fornicibus. Semina depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa.

323. CYNOGLOSSUM *officinale.*

C. calycibus corollâ breuioribus: fructiferis horizontalibus, foliis lato-lanceolatis baſi attenuatis tomentoſis: radicalibus petiolatis.

C. ſtaminibus corollâ breuioribus, foliis lato-lanceolatis baſi attenuatis tomentoſis ſeſſilibus, laciniis calycinis oblongis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 760. Ait. Kew. 1. p. 179. Curt. lond.*

Flor. dan. t. 1147. Hall. hiſt. n. 587. Gmel. ſib. 4. p. 74. n. 12. Pall. roſſ. 2. p. 96. ind. taur. Hubl. taur. p. 128.

In ruderatis, ad foſſas, vias et agrorum verſuras frequens. Floret Majo, Junio. ♂

324. CYNOGLOSSUM *pictum.*

C. calycibus corollam ſubaequantibus: fructiferis pendulis, foliis lanceolatis tomentoſis.

C. corollis calyci ſubaequalibus: laciniis ſubrotundo-dilatatis, foliis lanceolatis tomentoſis: ſuperioribus baſi cordatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 761. Vahl. ſymb. 2. p. 24. Lamark illuſtr. n. 1794.*

C. cheirifolium. *Pall. ind. taur.*

C. creticum latifolium foetidum. *Tourneſ. inſt. p. 140.*

C. creticum ſecundum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 162.*

C. altera media fructu Cotylodis ſiue lichniodys. *Column. ecphr. p. 177. ic. p. 178.*

In Tauriae montibus meridionalibus, nec non in Iberiâ calidiore paſſim cum praecedente provenit eodemque tempore floret. ♂

81. PULMONARIA. Cor. infundibuliformis: fauce peruiâ. Cal. priſmatico-pentagonus.

325. PULMONARIA *officinalis.*

P. foliis radicalibus ouato-cordatis ſcabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 768. Flor. dan. t. 482. Hall. hiſt. n. 597.*

Occurrit in Caucaſi demiſſioris ſyluis. Floret Aprili. ♃

82. SYMPHYTUM. Corollae limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſâ radiis ſubulatis.

326. SYMPHYTUM *caucaſicum.*

S. caule foliisque ouato-lanceolatis ſemidecurrentibus hirſutis: ſummis oppoſitis, corollae limbo campanulato, radice ramoſâ.

Habitat in dumetis ad fluuium Terek, inter Mosdok et Kisljar minime rarum. Floret Majo, Junio. ♃

Affine S. officinali, tamen *diuersum* videtur. *Hirsuties* undique major, ut planta praesertim inferne canescat, sed multo mollior: pilis scilicet pellucidis rigidis et subpungentibus praeter calyces nullis. *Radix* nigra. *Caulis* sesquipedalis angulatus, superne paniculato-ramosus. *Folia* lata: superiora sensim breuiora, summa suboppositа. *Calyx* hispidus corollà duplo breuior. *Corolla* constanter caerulea: tubo longitudine limbi campanulati.

327. SYMPHYTUM *orientale.*

S. caule foliisque cordato-ouatis petiolatis hirsutis: summis oppositis sessilibus, corollae limbo campanulato.

S. orientale. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.*

S. (*tauricum*) foliis cordatis crenatis basi aequalibus petiolatis. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 2. p. 120. t. 6. f. 1.*

S. constantinopolitanum, Boraginis folio et facie, flore albo. *Tournef. cor. p. 7. it. 1. p. 524. (ex autopsiâ herb. Tournef.) Buxb. cent. 5. t. 68. pessima.*

Frequens in Tauriâ meridionali locis inumbratis, primo vere florens. ♃

Folia basi saepe inaequalia, margine subundulata et hispida; hinc sicca obsolete crenulata apparent. *Flores* constanter albi.

328. SYMPHYTUM *asperrimum.*

S. caule foliisque cordato-ouatis lanceolatisue petiolatis strigosis: summis oppositis sessilibus, corollae limbo campanulato.

S. asperrimum. *Biehler plant. nou. herb. Spreng. p. 13. n. 24.*

S. asperum. *Lepech. in nou. act. petropol.*

S. orientale folio ſubrotundo aſpero, flore caeruleo. *Tournef. cor. p. 7! (ex autopſiâ herbar. Tournefortii, qui ſpecimina ex Iberiâ habuit.)*

Frequens in omni Caucaſo ad riuulorum margines; interdum humanae altitudinis et ramoſiſſimum. Floret aeſtate. ♃

Corolla conſtanter caerulea, extus pube tenuiſſimâ glauceſcit. *Folia* latitudine variant.

Linnaeus ſub S. *orientali* hoc cum praecedente conjungit.

329. SYMPHYTUM *cordatum.*

S. foliis cordatis acuminatis integerrimis baſi aequalibus. *Willd. in nou. act. ſoc. nat. cur. berol. 2. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 7.*

Hoc in Iberiae occidentalis ſyluis legit *amiciſſ. Steuen.* ♃

83. ONOSMA. Cor. campanulata: fauce peruiâ. Antherae baſi hamoſae. Semina 4.

330. ONOSMA *echioides.*

O. tuberculato-hiſpida: pilis erectis ſparſis, caule ramoſo, foliis lanceolatis, antheris longitudine filamentorum. *Marſch. caſp. p. 135. app. n. 10.*

O. corollis cylindricis obtuſis, fructibus erectis, foliis lanceolatis hiſpidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 774. Jacq. auſtr. 3. p. 52. t. 295. Lamark illuſtr. n. 1838. t. 93 et dict. 4. p. 583. n. 3. Gaertn. fruct. 1. p. 326. Scop. carn. ed. 2. n. 197. Hall. hiſt. n. 601. Gmel. ſib. 4. p. 76. n. 18. t. 40. Moriſ. hiſt. 3. p. 442. ſect. 11. t. 27. f. 1.*

Symphytum Echii folio ampliore, radice rubrâ, flore luteo. *Tournef. inſt. p. 138.*

Anchuſa flore exalbido. *Cluſ. hiſt. 2. p. 165 et pann. p. 677.*

β. altiſſima et ramoſiſſima foliiſque latioribus.

O. echioides. *Marſch. caſp. p. 135. app. n. 10. β.*

γ. ramis breuioribus, foliis anguſtioribus.

Symphytum echii folio anguſtiore, radice rubrâ, flore luteo. *Tourneſ. inſt. p. 138.*

δ. humilis, ramoſa, pilis caulis foliorumque albicantibus, corollis pallidis.

O. echioides. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

Occurrit α in Caucaſo iberico, β in planitiebus mari caſpio vicinis circa Derbentum, γ in deſerto caucaſico-caſpio et ad Wolgam inferiorem frequens, δ in Tauriae meridionalis collibus lapidoſis. Florent omnes varietates Majo, Junio. ♃

Planta polymorpha *ſtaturâ, ramoſitate, foliis, florum* magnitudine et colore: β. forte *ſpecies diſtincta;* ſed caracteres diſtinctiuos conſtantes hucuſque eruere nequiui.

331. ONOSMA *tinctoria.*

O. tuberculato-hiſpida: pilis patentibus ſparſis, caule ramoſiſſimo, foliis lanceolatis, filamentis breuiſſimis. *Marſch. caſp. p. 136. app.*

α. corollis nubilibus albis, foecundatis citrinis.

β. corollis nubilibus albidis, foecundatis violaceis.

Abundat β in planitiebus caſpio-caucaſicis, ad fluuium Terek frequens, nec non in campeſtribus ad Tanain: α in Tauriae paſcuis Boſphoro vicinis lecta. Floret cum praecedente. ♃

Rami quam in praecedente plures et magis patentes. *Flores* duplo minores. In *herbario Tournefortiano* planta noſtrae admodum ſimilis ſeruatur cum epitheto *Symphyti armeniaci Echii folio, flore albo tenuiſſimo;* quod ad *O. tenuiſloram*, ſpeciem *foliorum* breuitate a noſtrâ diuerſiſſimam *Willdenouius* allegat.

332. ONOSMA *rupeſtris.*

O. tuberculato-hiſpida: pilis patentibus ſparſis, caulibus ſimplicibus adſcendentibus, foliis lanceolato-linearibus obtuſiuſculis, antheris filamentis longioribus.

Habitat in Iberiae rupeſtribus, circa Tiflin. *D. Steuen.* ♃

Statura, habitus et *inflorescentia* inſequentis, *pubes* autem erecta et ſparſa praecedentium. *Caules* aggregati adſcendentes digitales vel dodrantales ſimpliciſſimi liuidi. *Racemi* terminales conjugati. *Flores* magnitudine formâ et colore O. echioidis.

333. ONOSMA *ſtellulata.*

O. tuberculato-hiſpida: pilis proſtratis ſtellulatis, caulibus floriferis ſimplicibus aggregatis, foliis lineari-lanceolatis obtuſiuſculis, antheris longitudine filamentorum.

α. foliis latioribus planis: pilis minus confertis.

O. *(ſtellulata)* corollis ventricoſis, fructibus erectis, foliis lanceolatis hiſpidis: ſetis ſtellatis. *Waldſt. et Kit. rar. hung.* 2. *t.* 173.

β. foliis anguſtioribus, margine reuolutis, hirſutie candicantibus.

O. *(taurica)* caulibus ſimplicibus e baſi multicipe, foliis lineari-lanceolatis hiſpidis utrinque albo-piloſis, fructibus erectis. *Marſch. caſp. p.* 138. *app. n.* 11. *Pall. ind. taur.*

O. *(taurica)* corollis cylindricis obtuſiuſculis, racemis axillaribus ſubnutantibus, foliis lineari-lanceolatis hiſpidis. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol.* 2. *p.* 122.

O. orientalis. *Habl. taur. p.* 116.

Symphytum orientale Oleae folio cinereo et hirſuto. *Tournef. cor. p.* 7.

Habitat *α* in Caucaſi ſubalpini graminoſis ſiccis: *β* in Tauriae ſaxoſis, praeſertim calcareis. Floret Majo, Junio, hinc inde quoque ſerius. ♃

Planta caucaſica haud raro *racemis* axillaribus pluribus luxuriat; taurica vero, in ſaxoſis naſcens, ſaepius *racemum* gerit terminalem ſolitarium aut duos. *Foliorum* radicalium ceſpites copioſos cauleſque complures taurica planta e ſtipite breuiſſimo ligneſcente fundit; caucaſica vero minus eſt ceſpitoſa et multicaulis. *Corolla* praecedentibus major citrina.

334. ONOSMA *ſimpliciſſima.*

O. hirſuta, pilis proſtratis ſparſis, caulibus floriferis ſimplicibus aggregatis, foliis linearibus acutiuſculis, antheris filamentis breuioribus.

O. corollis ventricoſis, foliis lineari - lanceolatis hirtis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 773. Marſch. caſp. app. p. 137. Pall. ind. taur.*

O. ſibirica. *Lamark illuſtr. n. 1836.*

Occurrit in Iberiâ rarius; in planitiebus tanaicenſibus frequentior. Floret Majo, Junio. ♃

Differt a praecedente, quâcum *ſtaturâ inflorеſcentiâ* et *floribus* conuenit, *pilis* imprimis foliorum paginae inferioris multo mollioribus confertioribus ſolitariis nec ſtellulatis, *foliis* longioribus anguſtioribus acutioribusque et *corollis* pallide luteis. *Racemi* terminales conjugati.

O. *orientalis* Linn. *calycibus* fructus pendulis ab omnibus hactenus recenſitis diuerſa, eſt *planta* mihi dubia.

335. ONOSMA *ſericea.*

O. ſericeo-villoſa: villis proſtratis minutiſſimis, caulibus ramoſis, foliis ſpathulato-lanceolatis, antheris longitudine filamentorum.

O. foliis petiolatis oblongo-lanceolatis ſericeo-villoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 774.*

Symphytum orientale Oleae folio argenteo, flore flauescente. *Tournef. cor. p. 6.*

Crescit in montibus saxosis Iberiae, urbi Tifli vicinis. Floret aestate. ♃

Pulcherrima congenerum: pube nitidâ quamuis asperrimâ. *Flores* lutei magnitudine O. echioidis.

84. CERINTHE. Corollae limbus tubulato-ventricosus: fauce peruiâ. Nuculae 2, biloculares.

336. CERINTHE *maculata.*

C. corollis acutis clausis maculatis, foliis amplexicaulibus integris, radice multicauli.

C. maculata. *Allion. pedem. 1. p. 51. n. 178.*

C. minor. *Pall. ind. taur.*

C. alpina perennis, flore striato. *Tournef. inst. p. 79.*

C. folio non maculato. *Clus. hist. 2. p. 168.*

C. folio non maculato viridi. *C. B. Moris. hist. 3. p. 446. n. 4.*

Isatis siue glastum montanum Dalechampii. *J. Bauh. hist. 3. p. 603.*

Copiosa in Tauriae Caucasique herbidis. Floret Junio, Julio. ♃

Corollae limbus maculis quinque baseos satura purpureis, quae nunquam deficiunt.

85. ASPERUGO. Cal. fructus compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

337. ASPERUGO *procumbens.*

A. calycibus fructus compressis *Linn. ed. Willd. 1. p. 778. Flor. dan. t. 552. Hall. hist. n. 606. Gmel. sib. 4. p. 73. n. 7. Pall. ind. taur.*

Communis in incultis. Floret Majo. ⊙

86. ECHIUM. Cor. irregularis, campanulata: fauce nudâ.

338. ECHIUM *rubrum.*

E. caule ex racemulis breuibus longe ſpicato, corollis ſubaequalibus, foliis hiſpidis. *Hoſt ſynops. p. 93. Linn. ed. Willd. 1. p. 787. Jacq. auſtr. 5. app. p. 27. t. 3. Cluſ. hiſt. 2. p. 164. Moriſ. hiſt. 3. p. 440. ſect. 11. t. 27. f. 2.*

E. italicum. *Gmel. it. 1. p. 119. t. 19.*

E. creticum. *Pall. ind. taur.*

Frequens in campis apricis tam Tauriae, quam ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ♃

339. ECHIUM *vulgare.*

E. caule tuberculato-hiſpido, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 787. Flor. dan. t. 445. Hall. hiſt. n. 603. Cluſ. hiſt. 2. p. 143. Moriſ. hiſt. 3. p. 440. ſect. 11. t. 27. f. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 118.*

Vulgatiſſimum per omnem Tauriam et Caucaſum. Floret Junio, Julio. ♃

340. ECHIUM *aſperrimum.*

E. ſtrigoſiſſimum, ramoſum, ſpicis axillaribus conjugatis paniculatis. *Marſch. caſp. p. 138. n. 12.*

E. caule ramoſo piloſiſſimo, corollis calyce longioribus, ſtaminibus exſertis. *Lamark illuſtr. n. 1854.*

E. italicum. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 118.*

E. orientale majus et aſperius flore leucophaeo. *Tournef. cor. p. 6.*

E. foliis oblongis hirſutiſſimis candidis maculis notatis, floribus obſolete coeruleis. *Sabbat. hort. 2. t. 96.*

Frequens in Tauriac, Caucaſi orientalis et Iberiae campis. Floret cum praecedente. ♃

Non mihi perſuadeo noſtrum ab *E. altiſſimo Jacq. auſtr. 5. p. 35. app. t. 16* et ab *E. orientali majore et aſperiore, flore albo Tournef. cor. p. 6*, tum ab *E. flore albo Camer. epit. 738. Moriſ. hiſt 3. ſect. 11. t. 28. f. 3* vere *differre*. Aegre autem utrumque pro *E. italico Linn.* agnoſco. Licet enim quaerere: quomodo planta quam maxime ſtrigoſa vulgari Echio laeuior praedicari potuerit? quod de E. italico ſuo afferit Linnaeus. *(conf. hort. upſ p. 35.)*

87. MESSERSCHMIDIA. Cor. infundibuliformis: fauce nudâ. Bacca ſuberoſa, bipartibilis: ſingulo diſpermo.

341. MESSERSCHMIDIA *Arguzia.*

M. caule herbaceo, foliis ſeſſilibus, corollis infundibuliformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 790. Gmel. ſib. 4. p. 77. n. 19. S. G. Gmel. it. 2. p. 197. t. 27. Hebenſtr. in nou. comment. petrop. a. 1761. p. 315. t. 11. Amm. ruth. n. 38. Gmel. ſib. 4. p. 77. n. 19. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 152.*

In Tauriae arenoſis paſſim, frequentius in arenâ ad Wolgam et Terecum et in deſerto hiſce fluuiis mare caſpium verſus interjacente prouenit. In hortis et vineis circa ipſam urbem Aſtrachan copioſa. Floret Majo. ♃

88. ANDROSACE. Inuolucrum umbellulae. Corollae tubus ouatus: ore glanduloſo. Capſ. 1-locularis, globoſa.

342. ANDROSACE *maxima.*

A. perianthiis fructuum maximis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 796. Jacq. auſtr. 4. p. 16. t. 331. Lamark dict. 1. p. 160. n. 1 et illuſtr. n. 1943. t. 98. f. 1. Hall. hiſt. n. 624. Gmel. ſib. 4. p. 82. n. 28. Pall. ind. taur.*

Minime rara in ſiccis, etiam in arenâ mobili deſertorum. Floret Aprili. ⊙

343. ANDROSACE *elongata.*

A. foliis lanceolatis dentatis, umbellâ fructiferâ elongatâ, corollis calyce angulato breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 797. Jacq. auſtr. 4. p. 16. t. 330 et obſ. 1. p. 31. t. 19. Retz. obſ. 2. p. 10. Lamark dict. 1. p. 161. n. 2.*

Occurrit paſſim in campis apricis et collibus, pro loci natalis naturâ magnitudine varians. Floret Aprili. ⊙

344. ANDROSACE *villoſa.*

A. foliis lineari-lanceolatis margine villoſis, perianthiis villoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 708. Jacq. collect. 1. p. 193. t. 12. f. 3. Lamark dict. 1. p. 161. n. 4 et illuſtr. n. 1946. Hoppe ench. a. 1799. p. 73. Gmel. ſib. 4. p. 82. n. 27. Habl. taur. p. 149.*

A. Chamaejaſme. *Pall. ind. taur.*

Copioſa in ſummo Tauriae monte Tſchaturdag: etiam in montibus acidulae Narzana imminentibus et circa portas caucaſicas lecta. Floret Majo. ♃

Folia linearia ſupra glabra ſubtus inſigniter hirſuta, villis folii apicem ſupereminentibus.

Linnaeus hanc et A. Chamaejaſmen conjunxit, ut vix dijudicari poſſit, quonam ejus *ſynonymon* ſit excitandum. Idem de Androſace *Scop. carn. n. 202* dicendum: Aretia vero *Hall. hiſt. n. 620*, ob *folia* ouata et obtuſa, potius ad Chamaejaſmen ſpectare videtur.

89. PRIMULA. Inuolucrum umbellulae. Corollae tubus cylindricus: ore patulo.

345. PRIMULA *veris.*

Pr. foliis rugoſis dentatis, limbo corollarum concauo, tubi collo oblongo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 800. Curt. lond. Flor.*

dan. t. 433. Retz. obſ. 2. p. 10. Perſoon ap. Uſteri ann. 11. p. 10. Hall. hiſt. n. 610. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.

Occurrit in pratis ſyluaticis rarius. Floret Aprili. ♃

346. PRIMULA *amoena.*

Pr. foliis rugoſis dentatis hirſutis, limbo corollae plano, tubi collo hemiſphaerico, umbellâ tomentoſâ.

β. acaulis: pedicellis radicalibus unifloris.

Habitat in alpibus caucaſicis. ♃

Facies et nimia *affinitas* Pr. elatioris. *Scapus* praeſertim ſub umbellâ tomentoſus. *Folia* oblonga obtuſa petiolata denticulata rugoſula hirſuta, ſupra viridia ſubtus cana. *Inuolucrum* minimum. *Umbella* 3-10-flora: pedicellis tomentoſis inaequalibus, ad ſummum floris longitudine. *Flos* formâ Pr. elatioris; *calyce* pentagono: angulis dentibuſque breuibus tomentoſis. *Corolla* amoene purpurea: *tubo* calyce paullo longiore, collo hemiſphaerico, *laciniis* plano-patulis emarginatis.

Varietatem β, praeter *ſcapi* defectum, in omnibus ſimilem haud ſeparo.

347. PRIMULA *acaulis.*

Pr. foliis rugoſis dentatis, limbo corollae plano, tubi collo hemiſphaerico, ſcapis unifloris calycibuſque glabris.

Pr. *(elatior. β. acaulis)* foliis rugoſis dentatis ſubtus hirſutis, ſcapis unifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 891. Jacq. miſc. 1. p. 158. Curt. lond. Flor. dan. t. 194. Perſoon ap. Uſteri ann. 11. p. 11. Hall. hiſt. n. 608.*

Pr. uniflora. *Pall. ind. taur.*

Pr. minima. *Habl. taur. p. 117?*

Creſcit in Tauriae ſyluis ſub arboribus. Floret Aprili. ♃

An Pr. acaulis mera *varietas* Pr. elatioris? quod admodum eſt probabile; quum Pr. amoena, elatiori affinis, eodem plane modo variet.

348. PRIMULA *farinoſa.*

Pr. foliis rugoſis crenatis glabris ſubtus farinoſis, umbellâ erectâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 802. Jacq. miſc. 1. p. 159. Curt. lond. Flor. dan. t. 125. Hall. hiſt. n. 623. Gmel. ſib. 4. p. 83. t. 54. f. 2.*

In alpibus caucaſicis reperitur. ♃

349. PRIMULA *longifolia.*

Pr. foliis oblongis obtuſis denticulatis glaberrimis, umbellâ erectâ multiflorâ, inuolucris polyphyllis ſubulatis reflexis.

Pr. foliis ſpathulatis denticulatis utrinque nudis poſt floreſcentiam elongatis erectiuſculis, umbellâ erectâ multiflora. *Curt. bot. mag.*

Pr. auriculata. *Lam. illuſtr. gen. Ventenat hort. celſ. t. 42.*

Primula. *Gmel. ſib. 4. p. 83. n. 29. var. II. III. t. 54. f. 3.*

Pr. veris orientalis Lactucae folio, flore umbellato purpureo. *Tournef. cor. p. 5. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

Prouenit in alpibus caucaſicis, in Sibiriâ quoque reperitur. ♃

Media quaſi inter Pr. farinoſam et integrifoliam: huic glabritie, illi toto *habitu* et *floribus* ſimilis. *Scapus* ſub umbellâ farinoſus. *Inuolucrum* polyphyllum: foliolis ſubulatis baſi aliquanto latioribus plicatis, vix tamen auriculatis. *Calyx* longitudine tubi corollae: dentibus linearibus acutiuſculis rectis. *Corolla* roſea formâ Pr. farinoſae. Icones *flor. ſib. t. 54. f. 2. 3* per errorem videntur eſſe tranſpoſitae.

90. CYCLAMEN. Cor. rotata, reflexa: tubo breuiſſimo, fauce prominente. Bacca tecta capſulâ.

350. CYCLAMEN *coum.*

C. foliis orbiculatis cordatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 809. Curt. bot. mag. Aiton Kew. 1. p. 195. Mill. dict. n. 6.*

C. europaeum. *Pall. ind. taur.*

C. hyemale orbiculatis foliis inferne rubentibus purpurascente flore, coum herbariorum. *Tournef. inſt. p. 155.*

C. rotundifolium hyemale. *Munting. phytogr. cap. 184. p. 534.*

C. byzantinum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 264.*

In Tauriae montoſae ſyluis ſub arboribus prouenit. Iam ſub finem Januarii ſubinde florens reperitur et deinde ad finem Aprilis uſque. ♃

Folia Aſari europaei, a petioli inſertione ad apicem breuiora quam lata, immaculata. *Corollae tubus* albus, lineolis quinque purpureis ad faucem: *limbus* purpureus, laciniis obtuſis.

351. CYCLAMEN *europaeum.*

C. foliis orbiculatis cordatis crenatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 809. Aiton Kew. 1. p. 196. Jacq. auſtr. 5. p. 1. t. 401. Hall. hiſt. n. 635.*

C. odorato purpureo flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 264.*

Creſcit in Iberiae ſyluis. *D. Steuen.* ♃

Folia a petioli inſertione ad apicem longiora quam lata, adeoque non perfecte orbiculata, neruorum apiculis prominulis obſolete angulata, ſupra zonâ alba. *Flos* formâ et magnitudine praecedentis. *Corolla fundo* albo, *limbo* roſeo baſi atropurpureo.

91. MENYANTHES. Cor. hirſuta. Stigma bifidum. Capſ. 1-locularis.

352. MENYANTHES *nymphoides.*

M. foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 810. Flor. dan. t. 339. Sabb. hort. 2. t. 67. S. G. Gmel. in nou. comm. petrop. 14. p. 527. t. 17. f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 97. n. 56.*

In aquis ſtagnantibus verſus flúniorum majorum Wolgae, Cyri, Terek oſtia reperitur. Frequens in paludibus circa urbem Aſtrachan. Floret Junio, Julio. ♃

353. MENYANTHES *trifoliata.*

M. foliis ternatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 811. Curt. lond. Flor. dan. t. 541. Hall. hiſt. n. 633. Gmel. ſib. 4. p. 97. n. 55.*

Nuſquam hic loci, niſi in alpium caucaſicarum paludibus occurrit. ♃

92. LYSIMACHIA. Cor. rotata. Capſ. globoſa, mucronata, 10-ualuis.

* *Pedunculis racemoſis.*

354. LYSIMACHIA *vulgaris.*

L. paniculâ compoſitâ verticillatâ, calycibus capſulâ immaculatâ breuioribus.

L. paniculata, racemis terminalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 816. Curt. lond. Flor. dan. t. 689. Hall. hiſt. n. 630. Gmel. ſib. 4. p. 86. n. 34. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

Abundat ad riuulorum margines, foſſas et arundineta. Floret Julio, Auguſto. ♃

Folia terna. *Pedunculi* axillares multiflori in ſummo caule paniculati. *Calycina* foliola triangularia ſanguineo-marginata.

355. LYSIMACHIA *verticillata.*

L. paniculâ compoſitâ verticillatâ, pedunculis multifloris ſimplicibuſque, calycibus capſulâ maculatâ longioribus.

L. verticillata. *Pall. ind. taur. Biehler plant. nou. herb. Spreng. p. 13. n. 25.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi ſyluis. Floret Julio. ♃

Habitus praecedentis. *Folia* terna quaterna quina praecedente hirſutiora. *Calycina* ſegmenta lineari-lanceolata *corollâ* paullo breuiora hirſuta margine non colorata, quâ notâ facile

a praecedente dignoſcitur. *Capſulae* ſanguineo-maculatae. A L. *punctatâ differt* defectu punctorum et pedunculis multifloris.

356. LYSIMACHIA *dubia.*

L. racemis terminalibus elongatis, petalis obtuſis erectis, antheris eminentibus, foliis petiolatis: imis ſpathulatis, ſuperioribus lanceolatis.

L. racemis terminalibus, petalis conniuentibus, ſtaminibus corollâ breuioribus, foliis lanceolatis petiolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 817. Aiton Kew. 1. p. 199. Buxb. cent. 1. p. 22. t. 33.*

L. orientalis. *Lamark dict. 3. p. 570. n. 4 et illuſtr. n. 1972. Marſch. caſp. p. 139. app. n. 13.*

L. atropurpurea. *Murray in comment. goett. a. 1782. p. 6. t. 1.*

L. orientalis minor, foliis glaucis annuentibus. *Sabbat. hort. 2. t. 43.*

L. orientalis anguſtifolia flore purpureo. *Tournef. cor. p. 7. (ex autopſiâ herb. autor.)*

Occurrit hinc inde per totum Caucaſum, locis herbidis apricis. Floret Junio. ♂

Differt a L. atropurpureâ *floribus* pedicellatis, *corollis* obtuſis roſeis, *ſtaminibus* breuibus: ab Ephemero *foliis* longius petiolatis pleriſque alternis ſubtus impunctatis: imis ſpathulatis, *corollarum* limbo erecto et colore.

** *Pedunculis uniflоris.*

357. LYSIMACHIA *Nummularia.*

L. foliis ſubcordatis, caule repente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 821. Curt. lond. Flor. dan. t. 493. Hall. hiſt. n. 629. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriâ circa Sudak et in Albaniâ ibericâ (*Kiſich*), alioquin rara. Floret aeſtate. ♃

93. ANAGALLIS. Cor. rotata. Capſ. circumſciſſa.

358. ANAGALLIS *aruenſis.*

A. diffuſa, foliis ouatibus, capſulis calycem ſubaequantibus.

A. (*aruenſis*) foliis indiuiſis, caule procumbente. *β.* flore phoeniceo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 822. Curt. lond. Flor. dan. t. 88. Roth. germ. 2. p. 225. Schmidt. boem. 2. n. 159. Gaertn. fruct. t. 50. f. 6. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 157. Sabbat. hort. 2. t. 45.*

A. caule procumbente, foliis ouato-lanceolatis, calycis ſegmentis lanceolatis. *Hall. hiſt. n. 625.*

Occurrit in aruis rarius. Floret Majo, Junio. ⊙

359. ANAGALLIS *caerulea.*

A. diffuſa, foliis ouatis acutiuſculis, capſulis calyce breuioribus.

A. (*aruenſis*) *α.* flore caeruleo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 821. Schreb. ſpic. lipſ. p. 5. Roth. germ. 2. p. 226. Schmidt boem. n. 160. Sabbat. hort. 2. t. 46.*

A. caule procumbente, foliis ouato-lanceolatis, calycinis foliolis ſubulatis. *Hall. hiſt. n. 626.*

Creſcit in incultis, praecedente magis communis. ⊙

Praeter *floris* colorem inter *A. aruenſem* et *caeruleam* ſequentes *differentias* obſeruaui: haec *major* eſt et robuſtior; huic *folia* baſi latiora apiceque magis attenuata, quae in illâ minora et exacte oualia; *calycina* ſegmenta in utrâque ſubulata, in hâc tamen exquiſitius acuminata et capſulâ manifeſte longiora, quum in illâ capſulam vix ſuperent. In utrâque *corollae laciniae* crenatae ſunt et *folia* ſubtus punctata.

360. ANAGALLIS *Monelli.*

A. foliis lanceolatis floribusque axillaribus ſubuerticillatis, pedunculis diuaricatis, caule flaccido.

A. foliis indiuiſis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 1. p. 822.*

Legi in Tauriae aruis circa Kertſch. ♃

Folia verticillata, oppoſita alternaque, ſicut *pedunculi. Flores* praecedentis.

94. AZALEA. Cor. campanulata. Stam. receptaculo inſerta. Capſ. 5-locularis.

361. AZALEA *pontica.*

A. foliis elliptico-lanceolatis pubeſcentibus ciliatis, pedunculis terminalibus faſciculatis calycibuſque hirſutis.

A. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 830. Pall. roſſ. 2. p. 51. t. 19. Curt. mag. Andrews repoſit. 1. t. 16.*

Chamaerhododendros pontica maxima Meſpili folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 42. Buxb. cent. 5. p. 36. t. 69.*

Frutex in montibus caucaſicis maxime communis, ſumma tamen juga neutiquam adſcendens: ut ubi Azalea deficit, Rhododendron vices ejus ſuſcipere videatur. Floribus ſpecioſis aureis Majo ſuperbit. ♄

95. PLUMBAGO. Cor. infundibuliformis. Stam. ſquamis baſin corollae claudentibus inſerta. Stigma 5-fidum. Sem. 1, oblongum, tunicatum.

362. PLUMBAGO *lapathifolia.*

Pl. foliis amplexicaulibus lanceolatis laeuibus, caule diuaricato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 837.*

Pl. orientalis Lapathi folio, flore minore albido. *Tournef. cor. p. 7. (ex autopſiâ herbar. Tournef. qui ſpecimina ex Iberiâ habuit.)*

Habitat in Iberiâ, circa Tiflin locis aridis lapidoſis frequens. Floret aeſtate, uſque in ſerum autumnum. ♃

Planta maxime ramosa: *ramis ramulisque* virgatis. *Folia* margine glandulis inaequalia. *Flores* magnitudine Pl. europàeae, violacei nec albidi.

De hujus a Pl. europaeâ *discrimine*, collatis Columnae et horti romani iconibus, valde dubito.

96. CONUOLUULUS. Cor. campanulata, plicata. Stigm. 2. Capf. 2-locularis: loculis dispermis.

* *Caule volubili.*

363. CONUOLUULUS *aruensis.*

C. foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis subunifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 844. Flor. dan. t. 459. Curt. lond. Hall. hist. n. 664. Gmel. sib. 4. p. 95. n. 52. Pall. ind. taur.*

Maxime communis locis incultis. Floret aestate. ♃

364. CONUOLUULUS *sepium.*

C. foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 844. Flor. dan. t. 458. Curt. lond. Hall. hist. n. 663. Gmel. sib. 4. p. 96. n. 53. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

Perfrequens in dumetis, sepibus. Floret cum praecedente. ♃

365. CONUOLUULUS *Scammonia.*

C. foliis sagittatis acuminatis, postice truncatis dentatis; pedunculis teretibus subtrifloris.

C. foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis teretibus subtrifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 845. Mill. ic. ed. germ. t. 102. Pall. ind. taur. Moris. hist. 2. sect. 1. t. 3. f. 5. J. Bauh. hist. 2. p. 165. Tabern. Kraeut. p. 1267.*

Creſcit inter ſaxa mari nigro imminentia, prope Tauriae pagum Limenam, nec alibi. Legi Julio florentem. ♃

Nulla cum praecedente *ſimilitudo*, niſi ex caracteribus generis et tribus.

Folia inferiora lata ſagittata, ſuperiora anguſta haſtata. *Pedunculi* graciles folio longiores, 3-2-1-flori. *Flores* minores C. ſepium, majores C. arvenſi. *Corollae* plicis ochroleucis, angulis purpuraſcentibus.

** *Caule non volubili.*

366. CONVOLVULUS *lineatus.*

C. foliis lanceolatis ſericeis lineatis baſi attenuatis, pedunculis ſubbifloris foliis breviioribus, calycinis foliolis ovatis acutis.

C. foliis lanceolatis ſericeis lineatis petiolatis, pedunculis bifloris, calycibus ſericeis ſubfoliaceis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 867. Barrel. ic. 311 et 1132. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 157. Lamark dict. 3. p. 553. n. 53.*

Scammonium minus Plinii primum. *Tabern. Kraeut. p. 1269. ic. bona.*

In Tauriae et Caucaſi apricis ſterilibus obvius. Floret aeſtate. ♃

367. CONVOLVULUS *ſaxatilis.*

C. hirſutiſſimus, foliis linearibus, floribus capitatis, calycibus acuminatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 868. Vahl ſymb. 3. p. 33. Bocc muſ. 2. p. 79. t. 70. Barr. ic. 470.*

C. lanuginoſus. *Lamark dict. 3. p. 551. n. 47.*

C. puſillus. *Pall. ind. taur.*

C. Cneorum. *Habl. taur. p. 147.*

β. caulibus ſemipedalibus declinatis.

C. an Dorycnium? *Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae faxofis calcareis, imprimis circa Karaffubafar et Sympheropolin: *β* vegetior, ex loco natali minus arido. Floret Majo. ♄

Varietas β major refert C. capitatum *Cau. hifp. 2. p. 72. t. 189.* an *diuerfa?*

368. CONUÓLUULUS *holofericeus.*

C. foliis lineari-lanceolatis obtufiufculis holofericeis pedunculis fubunifloris longioribus, calycinis foliolis tribus inflato-gibbis.

C. procumbens. *Pall. ind. taur.*

Habitat cum praecedente in Tauriae montibus calcareis. Floret Junio, Julio. ♃ ♄

Statura C. faxatilis *β*, totus pilis proftratis fericeis nitidiffimus. *Bracteae* duae lineares calycem fubaequantes. *Flos* praecedente paullo major. *Calycina* foliola ouata acuta: tria exteriora triangulo difci inflato. *Corolla* lactea extus holofericea.

369. CONUOLUULUS *Cantabrica.*

C. foliis lineari-lanceolatis acutis, caule ramofo erectiufculo, calycibus pilofis, pedunculis fubbifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 869. Jacq. auftr. 3. p. 53. t. 296. Pall. ind. taur.*

Cantabrica quorundam. *Cluf. hift. 2. p. 49.*

Abundat in collibus ficcis lapidofis imprimis Tauriae. Floret Majo, Junio, Julio. ♃

Facillime *dignofcitur* a praecedentibus *hirfutie* patulâ, *pedunculorum* multiflororum longitudine et *calycinis* foliolis anguftis villofiffimis.

370. CONUOLUULUS *perſicus.*

C. foliis oualibus tomentoſis, pedunculis unifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 874 et amoenit. acad. 1. p. 314. Gmel. it. 3. p. 36. t. 7.*

Creſcit copioſe in arenâ littorali ad mare Caſpium, per prouincias Dageſtan et Schirvan. Abundat imprimis inter oppida Tarki et Derbentum. Floret Junio, Julio. ♃

Habitus a Conuoluulo alienus, ut, antequam floreat, pro Verbaſco potius habeas. *Flores* ſpecioſi albi immaculati.

371. CONUOLUULUS *Soldanella.*

C. foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 876. Pall. ind. taur. Beſl. eyſt. aeſt. ord. 13. fol. 9. n. 3. Moriſ. hiſt. 2. ſect. 1. t. 3. f. 2.*

Occurrit in Tauriâ, ad littus maris nigri, circa Sudak. ☉

97. POLEMONIUM. Cor. 5-partita: fundo clauſo valuis ſtaminiferis. Stigma trifidum. Capſ. trilocularis.

372. POLEMONIUM *coeruleum.*

P. foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollae tubo longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 886. Flor. dan. t. 255. Hall. hiſt. n. 665. Gmel. ſib. 4. p. 103. n. 69. t. 50.*

Legi in Caucaſi alpini conuallibus circa Kobi Septembri florentem; alibi non vidi. ♃

Planta noſtra alpina *foliis calycibusque* magis quam vulgaris hirſuta.

98. CAMPANULA. Cor. campanulata: fundo clauſo valuis ſtaminiferis. Stigma 3-fidum. Capſ. infera, poris lateralibus dehiſcens.

* *Capſulis ouatis, calycibus quinquefidis.* (*)

373. CAMPANULA *eriocarpa.*

C. caule ſulcato pubeſcente, foliis ouato-lanceolatis duplicato-ferratis, pedunculis axillaribus ſolitariis erectis, germinibus lanatis.

Habitat in Caucaſo iberico. ♃

Statura et *affinitas* ſumma C. latifoliae: folia floreſque magnitudine formâ et ſitu plane ſimilia, ſed *caules foliaque* hirta et *germina* lanâ denſiſſimâ albâ tota obtecta. *Calycina* ſegmenta ſubciliata, ſicut in C. latifoliâ patentiſſima.

374. CAMPANULA *urticifolia.*

C. caule angulato ſimpliciſſimo calycibusque ſolitariis nutantibus hiſpidis, foliis ferratis: inferioribus cordatis petiolatis, ſuperioribus oblongis ſeſſilibus.

C. caule angulato hiſpido, foliis ouato-lanceolatis groſſe ferratis, pedunculis unifloris axillaribus cernuis, calycibus hiſpidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 900. Schmidt boem. n. 173.*

β. foliis omnibus lato-cordatis, flore unico terminali.

Prouenit in Tauriae ſyluis vaſtis circa Baidar: β in alpe Kaiſchaur Caucaſi ſemel lecta. Floret Julio. ♃

Nimis *affinis* C. Trachelio, a C. latifoliâ abunde *diuerſa*. *Var.* β eſt forte ſpecies peculiaris.

(*) Campanulae hujus tribus anguſtifoliae in Tauriâ et omni Caucaſo exulant.

375. CAMPANULA *rapunculoides.*

C. caule tereti foliisque subhirsutis: inferioribus subcordatis, superioribus lanceolatis, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis scabris.

C foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 901. Hall. hist. n. 6. 2. Morif. hist. 2. p. 460. f. 5. t. 3. f. 32.*

α. caulibus simplicissimis, floribus axillaribus solitariis longe racemosis.

β ramis floriferis nonnullis lateralibus, floribus inferioribus binis ternisve.

Copiosa locis inumbratis; α in dumetis inter frutices maxime communis. Floret aestate. ♃

Tota *planta* viridis scabra. *Folia* radicalia et caulina inferiora cordata petiolata, caetera basi attenuata sessilia. *Flores* praecedentibus minores, ex unâ axilla pauci, nec fasciculati.

376. CAMPANULA *trachelioides.*

C. caule sulcato foliisque utrinque attenuatis hirtis: inferioribus ouato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus; ramis floriferis paniculatis, calycibus reflexis barbatis.

Habitat in sylvis ad radices Caucasi montis Beschtau. Legi Julio florentem. ♃

Planta praecedenti *affinis*, sed pilis erectis sparsis undique magis hispida. *Folia* majora et latiora. *Ramuli* floriferi foliosi axillares paniculati *racemum* terminalem stipant. *Flores* magnitudine et formâ praecedentis. *Germina* pubescenti-cana. Segmenta *calycina* pilis crebris erectis quasi barbata.

377. CAMPANULA *bononiensis.*

C. caule tereti foliisque subtus villosis incanis: inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessili-

bus; ramis floriferis subpaniculatis, calycibus reflexis nudis.

C. foliis ouato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 901. Scop. carn. ed. 2. n. 232. Hall. hist. n. 689. Segu. ver. 1. p. 176.*

Campanula f. Ceruicaria bononiensis, florè paruo. *J. Bauh. hist. 2. p. 804. Morif. hist. 2. p. 461. sect. 5. t. 4. f. 38.*

C. spicata Scorodoniae folio. *Amm. ruth. p. 10. n. 14.*

α. racemis floriferis numerosis paniculatis.

β. racemo terminali solitario.

Prouenit in planitiebus Caucaso finitimis et in ipso promontorio caucasico. Var. β hic loci, α ad Wolgam et in Ucraniâ magis communis. Floret aestate. ♃

Ad *varietatem* α pertinent *synonyma* Halleri, Bauhini et Morisonii. Gmelinus in *florâ sibirica sub. n. 24* hanc et subsequentem cum C. rapunculoide confudit.

378. CAMPANULA *ruthenica.*

C. caule tereti foliisque subtus tomentosis: inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus; racemo terminali longissimo, calycibus incanis: segmentis erectis.

C. rapunculoides. *Pall. ind. taur.*

C. petraea. *Habl. taur. p. 157.*

C. Menthastri folio. *Buxb. cent. 5. p. 10. t. 19.*

C. orientalis altissima, flore paruo pyramidato. *Tournef. cor. p. 4.*

Habitat frequens in Tauriae collibus aridis, ad Caucasum rarior. Floret Julio, Augusto. ♃

Planta tomentoso-cana, *caule racemoque* saepissime simplicissimo, accedente perraro racemorum lateralium pari breuiore. *Folia* supra viridiora, tamen hirsuta: caulina superiora sensim

minora reflexo-patula. *Flores* parui, praecedente quoque minores, breuiſſime pedicellati, ad baſin racemi bini terni etiam quaterni: ſuperiores ſolitarii. *Affinis* C. bononienſi, tamen *diſtincta*, praeſertim calyce. An eadem C. lanuginoſa *Lamark dict. 1. p. 584?*

379. CAMPANULA *glomerata.*

C. caule angulato ſimplici glabriuſculo, foliis ſcabris oblongo-lanceolatis cordatis ſeſſilibus, capitulo glomerato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 903. Hall. hiſt. n. 685. Gmel. ſib. 3. p. 157. n. 25. Barrel. ic. 523. n. 3. Moris. hiſt. 2. ſect. 5. t. 4. f. 43.*

In graminoſis fertilioribus ad Caucaſum paſſim reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

380. CAMPANULA *collina.*

C. caule ſimpliciſſimo paucifloro, foliis hirtis: inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, ſuperioribus oblongis ſeſſilibus; floribus nutantibus, calyce ſubhiſpido.

α. major, petiolis radicalibus longiſſimis, germinibus hiſpidis.

β. major, foliis breuioribus breuiuſque petiolatis, calycibus glabris.

γ. pumila, ſubuniflora, calycibus mox hiſpidis mox glabriuſculis.

C. orientalis anguſtifolia pumila, floribus caeruleis unouerſu diſpoſitis. *Tournef. cor. p. 4.*

Habitat ad Caucaſum: α in collibus graminoſis circa acidulam Narzana, β in Iberiae montibus et γ in valle alpinâ Kobi et in alpe Kaiſchaur. α Junio, γ Septembri florentem legi. ♃

Planta polymorpha, in alpibus humilis et pauciflora, in demiſſioribus pedalis floribus uſque ad 10. *Folia* caulina pauca

remota atque minuta. *Flores* magnitudine C. rapunculoidis fecundi remoti nutantes: *pedunculis* inferiorum interdum ipsorum longitudine. *Calyx* erectus: *germine* imprimis in α valde hispido, in β fere glabro. *Corolla* ampla caerulea intus hirsuta. *Tournefortium* ex autopsiâ *herbarii Vaillantii* excitani.

381. CAMPANULA *lactiflora.*

C. foliis lanceolatis biserratis cauleque ramoso hispidis, floribus paniculatis, calycibus hispidis: segmentis dilatatis serratis.

Habitat in herbidis praesertim alpinis Caucasi. Legi in pratis circa castellum Wladi-Kawkas et in alpe Kaischaur, Septembri florentem. ♃

Planta speciosa bipedalis superne paniculato-ramosa. *Folia* lata, pilis pellucidis rigidis sparsis sicut *caulis* et *calyces* hispida. *Dignoscitur* ab omnibus facillime *calycinorum* segmentorum latitudine et serraturis, *corollisque* magnitudine C. rapunculoidis lacteis aut dilutissime caeruleis.

** *Capsulis ouatis, calycibus decemfidis: segmentis alternis reflexis.*

382. CAMPANULA *betonicaefolia.*

C. capsulis obtectis, foliis tomentosis: inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus oblongis sessilibus, floribus secundis cernuis, germinibus lanatis.

C. betonicaefolia. *Biehler plant. nou. herb. Spreng. p. 14. n. 26.*

Habitat in Caucasi subalpini saxosis. Circa acidulam Narzana frequens. ♃

Planta pedalis, saepius simplex quam ramosa. *Folia* inferiora majuscula, basi profundo sinu excisa. *Flores* nutantes, magnitudine fere C. Trachelii, pallidiores. *Calycina* segmenta

erecta lanceolata, reflexa minuta. Vulnerata lac fundit copiosum. Quaero an ab hac *differat* C. violaefolia *Lamark diet. p. 587*, quam fibiricam esse asserit?

383. CAMPANULA *lamiifolia*.

C. capsulis obtectis, foliis reniformi-cordatis duplicato-crenatis petiolatis subtus tomentosis, floribus secundis reflexis.

C. foliis Lamii, floribus unouersu dispositis. *Buxb. cent. 5. t. 18.*

Habitat in Caucaso praesertim iberico, locis inumbratis. Floret Julio, Augusto. ♃

Planta erecta subramosa statură praecedentis. *Folia* latiora et rotundiora, etiam caulina. *Calyces* non lanati. *Corollae* speciosae ochroleucae aut albae.

384. CAMPANULA *pendula*.

C. capsulis obtectis, foliis cordatis duplicato-serratis petiolatis, caule ramosissimo flaccido, ramulis axillaribus uniflorisfoliosis.

Habitat in rupestribus Caucasi, circa thermas Constantinomontanas et aciduiam Narzana frequens. Floret Julio, Augusto. ♃

Radix rupium fissuris infixa *caules* fundit numerosos ex ipsis saxorum parietibus amplo cespite propendentes, *floribusque* speciosis ochroleucis superbientes. Praecedente, cui *foliis floribusque* aliquomodo *similis*, omnino minus villosa et incana.

385. CAMPANULA *rupestris*.

C. capsulis obtectis, foliis oblongis obtusiusculis apice subserratis margine calycibusque lanatis, caulibus simplicissimis unifloris.

C. orientalis pumila repens, flore minore. *Herbar. Tournef.*

Habitat in rupestribus alpium caucasicarum. ♃

Planta pusilla, C. tridentatae maxime *affinis*. *Differt foliis* longioribus minus rigidis margineque sicut *calyces* lanuginosis. *Flos* speciosus caeruleus.

386. CAMPANULA *Saxifraga*.

C. capsulis obtectis, foliis oblongis obtusiusculis basi attenuatis margine apiceque crenatis calycibusque nudis, caulibus simpliciſſimis unifloris.

Late cespitat in cacumine montis Beschtau. Floret Junio, Julio. ♃

Affinis praecedenti, paullo major. *Discrepat* defectu lanae *foliorum calycisque*, tum *foliis* basi angustioribus, non solum apice sed margine quoque obsolete crenatis, et *calycinis* segmentis latioribus.

387. CAMPANULA *Adami*.

C. capsulis obtectis, foliis spathulatis crenatis glabris: radicalibus subrotundis longiſſime petiolatis, caulibus simpliciſſimis unifloris, calyce breui.

Amplis cespitibus saxorum parietibus adnascitur in Caucasi alpestribus. Circa portas caucasicas frequens. ♃

Staiura antecedentium. *Folia* parua, demto petiolo vix unguicularia. *Calyx* breuis, segmentis reflexis minimis. *Corolla* ampla, calyce quadruplo longior, caerulea.

388. CAMPANULA *sibirica*.

C. capsulis obtectis, caule erecto paniculato foliisque oblongis obtusis undulato-serratis hispidis, calyce hispido: segmentis erectis subulatis duplo reflexis longioribus.

C. capsulis trilocularibus obtectis, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 911. Jacq. austr. 2. p. 60. t. 200. Curt. mag. Gmel. sib. 3. p. 154. n. 22. t. 29. S. G. Gmel. it. 1. p. 153. t. 34. Pall. ind. taur.*

Abundat in Tauriae et Caucasi siccis. ♂

389. CAMPANULA *caucaſica.*

C. capſulis obtectis, foliis obouatis undulato-crenatis ſcabris, caulibus repentibus: ramis erectis paucifloris, calycis hiſpidi ſegmentis ſubaequalibus.

C. capſulis obtectis calycis ſinubus reflexis trilocularibus cernuis, cauliculis erectis paucifloris, foliis obouatis crenatis ſcabris, radice repente. *Marſch. caſp. p. 140. app. n. 14. Perſoon enchirid. 1. p. 191.*

Occurrit in abruptis lapidoſis Caucaſi ſubalpini. Floret a Junio ad Auguſtum. ♃

Plerumque *pygmaea* interdum altius paullo extollitur, tunc *varietatem* monſtroſam praecedentis ex loco natali arido ſimulat; *radice* tamen multicauli et *calycis* conformatione haud aegre dignoſcenda.

*** *Capſulis priſmatico-cylindricis. (Priſmatocarpi.)*

390. CAMPANULA *hybrida.*

C. caule baſi ſubramoſo ſtricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capſulis priſmaticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 913. Hall. hiſt. n. 704. Pall. ind. taur. Moriſ. hiſt. 2. ſect. 5. t. 1. f. 22. Buxb. cent. 4. p. 24. t. 38.*

Creſcit in Tauriae rupeſtribus. Prope fontes riui Salgir Majo florentem legi. ⊙

99. PHYTEUMA. Cor. rotata, 5-partita: laciniis linearibus. Stigma 2-3-fidum. Capſula 2-3-locularis.

* *Floribus racemoſis.*

391. PHYTEUMA *campanuloides.*

Ph. foliis ouatis acutis ſeſſilibus ſerratis ſcabris, caule angulato ſimpliciſſimo, floribus racemoſis ſeſſilibus: inferioribus faſciculatis.

Crefcit in herbidis montofis Caucafi, circa acidulam Narzana, etiam ad latera montis Befchtau. Floret Julio. ♃

Videtur Ph. amplexicauli *affinis*. *Differt caule* angulato, *foliis* fimpliciter ferratis pubefcenti-fcabris feffilibus, *floribus* feffilibus: inferioribus in racemulis axillaribus breuiffimis quafi fafciculatis; unde ipfe *racemus* compofitus.

100. SAMOLUS. Cor. hypocrateriformis, 5-fida, fquamulis 5 aucta. Capf. infera, unilocularis.

392. SAMOLUS *Valerandi*.

S. caule erecto, foliis obtufis, racemo multifloro. *Smith brit. 1. p. 259. Perfoon enchirid. 1. p. 171. Linn. ed. Willd. 1. p. 927. Curt. lond. Flor. dan. t. 198. Hall. hift. n. 707. Gaertn. fruct. 1. p. 146. t. 30. f. 1.*

Occurrit in humidis ad thermas Conftantinomontanas. Floret Junio, Julio. ♃

101. LONICERA. Cor. 1-petala, irregularis. Bacca infera, 2-3-4-locularis, polyfperma.

* Caprifolium: *floribus in pedicello folitariis, baccis diftinctis.*

393. LONICERA *Caprifolium*.

L. floribus ringentibus verticillatis terminalibus, foliis deciduis: fummis connato-perfoliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 982. Aiton Kew. 1. p. 230. Jacq. auftr. 4. p. 30. t. 357. Willd. arb. berol. p. 174. n. 1. Pall. roff. 1. p. 55.*

In virgultis ad fluuium Terek haud rara, in Tauriâ quoque circa arcem Jenicale, verfus Palum Moeotidem, inter arbufta prouenit. Floret Majo. ♄

** Xylosteum: *pedunculis bifloris, baccis connatis.*

394. LONICERA *Xylosteum.*

L. pedunculis bifloris flore longioribus, baccis didymis, foliis ovalibus pubescentibus.

L. pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 986. Flor. dan. t. 808. Willd.arb. berol. p. 180. n. 8. Pall. voss. 1. p. 56. Duhamel arb. 2. t. 54. Hall. hist. n. 677. Gmel. sib. 3. p. 129. n. 5.*

Crescit hinc inde in subalpinis Caucasi. Floret Junio. ♄

Baccae basi tantum cohaerent, ut fere distinctae.

395. LONICERA *iberica.*

L. pedunculis bifloris flore brevioribus, baccis didymis, foliis cordatis subrotundis tomentosis.

Habitat in Iberiâ, in montibus saxosis circa Tiflin frequens. ♄

Frutex statnrâ Xylostei. *Folia* cordata obtusa tomentosa Mespilo Cotoneastro subsimilia. *Pedunculi* brevissimi. *Bracteae* oblongae ciliatae. *Corolla* lurida, formâ L. alpigenae, maxime ringens, bilabiata: labio superiore recto dilatato obiter quadrilobo, inferiore angusto reflexo. *Germen* tomentosum. *Baccae* globosae usque ad medium connatae sanguineae.

396. LONICERA *orientalis.*

L. pedunculis bifloris flore brevioribus, baccis coadunatis, foliis ovatis acutis glabriusculis.

L. pedunculis bifloris, baccis coadunatis, foliis petiolatis ovato-acutis, subtus pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 988. Lamark dict. 1. p. 731. n. 16.*

L. caucasica. *Pall. voss. 1. p. 57.*

Chamaecerasus orientalis Lauri folio. *Tournef. cor. p. 42.*

Occurrit in Iberiae sylvis. ♄

Folia rigidula venosa. *Baccae* nigrae, per paria in unicam subglobosam coadunatae.

102. VERBASCUM. Cor. rotata, ſubinaequalis Capſ. bilocularis, biualuis.

* *Filamentis duobus nudis.*

397. VERBASCUM *Thapſus.*

V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, ſpicâ ſolitariâ cylindricâ; floribus ſparſis.

V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1001. Flor. dan. t. 631. Riſler monogr. n. 1. Hall. hiſt. n. 381. Gmel. ſib. 4. p. 91. n. 45. Pall. ind. taur. Habl. taur. p.129.*

Creſcit in ruderatis Tauriae et ad Caucaſum rarius. Floret Junio, Julio. ♃

Flores in ſpicâ denſâ ſolitarii, ſparſi, tribracteati.

398. VERBASCUM *philomoides.*

V. foliis ouatis utrinque tomentoſis: inferioribus petiolatis, floribus faſciculatis ſpicatis.

V. foliis ouatis utrinque tomentoſis, inferioribus petiolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1002. Mill. ic. ed. germ. t. 268. Moench haſſ. n. 170. t. 4. Riſler. monogr. n. 4. Pall. ind. taur.*

V. latius. *Dod. pempt. p. 143.*

V. ſextum luteum. *Tabern. Kraeut. p. 956.*

Congenerum facile copioſiſſimum, tam in Tauriae quam in Caucaſi incultis et agris reſtibilibus. Floret a Junio uſque in autumnum. ♂

Caulis ſaepiſſime ramoſus, ſingulis *ramis* ſpiciferis. Lana *filamentorum* pallida, ſicut in praecedente.

399. VERBASCUM *compactum.*

V. foliis ouatis ſubtus tomentoſis: inferioribus petiolatis, floribus ſolitariis denſe ſpicatis.

V. Boerhauii. *Pall. ind. taur.*

V. montanum tomentoſum. *Till. piſ. t. 50?*

In Tauriâ et ad Caucaſum, etiam in Iberiâ cum praecedente obuium, eodem tempore floret. ♂

Folia radicalia ſubrepanda crenata. *Spicae* ut in praecedente ſaepiſſime plures. *Flores* ſeſſiles ſolitarii, ſinguli tribus *bracteis* ſtipati. *Filamentorum* lana aurantiaca. Caeterum *ſtatura habitusque* praecedentis.

* * *Filamentis omnibus barbatis.*

400 VERBASCUM *puluerulentum.*

V. foliis ouato-oblongis baſi attenuatis ſubtus puluerulento-tomentoſis, racemis paniculatis, floribus faſciculatis.

V. caule ramoſo, calycibus farinoſis faſciculatis, corollis luteis. *Villars delph. 2. p. 490.*

V. Lychnitis. α *Linn. ed. Willd. 1. p. 1003. Hall. hiſt. n. 584.* α. *Riſler. monogr. n. 5.* α. *a. Pall. ind. taur.*

V. puluerulentum flore luteo paruo. *J. Bauh. hiſt. 3. app. p. 872. Moriſ. hiſt. 2. ſect. 5. t. 9. f. 3.*

Commune cum praecedentibus. Floret aeſtate. ♂

Caulis a foliorum neruo carinali decurrente ſubangulatus. *Folia* ſupra viridia, ſubtus incana.

401. VERBASCUM *orientale.*

V. foliis ouato-oblongis ſubtus tomentoſo-canis: inferioribus baſi attenuatis, ſuperioribus ſubcordatis; racemis laxis paniculatis, floribus faſciculatis.

V. nigrum. *Pall. ind. taur.*

Abundat in montanis ſyluaticis. Floret aeſtate. ♃

Dignoſcitur a V. nigro, cui *floribus* ſimile, *foliis* inferioribus utrinque attenuatis nec cordatis *racemiſque* laxis virgatis.

Folia radicalia quaedam interdum basi lobo uno alteroue distincto aucta, quasi lyrata.

402. VERBASCUM *pyramidatum.*

V. foliis nudiusculis: inferioribus oblongis basi attenuatis, superioribus cordatis acuminatis subsessilibus; racemis paniculatis, floribus sparsis subsolitariis.

Habitat in Caucasi demissioris pratis syluaticis, dumetis. ad sepes, praecedente rarius. Floret a Junio ad Augustum. ♂

Statura et *habitus* paniculatus V. puluerulenti; sed viride *foliisque* caulinis breuioribus et latioribus. *Racemi* paniculati numerosi, in pyramidem peramplam ad caulis extremitatem digesti. *Flores* solitarii aut gemini breuiter pedicellati. *Calyx* praecedentis. *Corolla* lutea magnitudine fere V. Thapsi. *Staminum* lana purpurea.

403. VERBASCUM *undulatum.*

V. foliis radicalibus tomentosis sinuato-crispis: caulinis oblongis crenulatis sessilibus, racemis virgatis, floribus fasciculatis.

V. foliis incano-tomentosis: radicalibus sinuato-crispis, caulinis sessilibus indiuisis; caule virgato, floribus sessilibus. *Lamark dict. 4. p. 221.*

V. graecum. *Pall. ind. taur.*

Prouenit in Tauriae et Caucasi orientalis incultis ad vias, sepes et alibi. Floret Julio, Augusto. ♂

Statura V. orientalis. *Folia* radicalia magna densoque tomento ficut V. Thapsi vestita: caulina subtus tomento exili, supra hirsuta viridia. *Racemi* virgati numerosi. *Florum* breue pedicellatorum fasciculi distincti. *Corollae* colore et magnitudine V. nigri. *Stamina* purpureolanata. De synonymo *Tournefortii* a *Lamarkio* adducto dubito, quum suum fruticosum esse *Tournefortius* asserat.

404. VERBASCUM *pinnatifidum.*

V. foliis oblongis: radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatifidis dentatis; caule ramoſiſſimo virgato, floribus axillàribus ſeſſilibus.

V. foliis lineari-lanceolatis pinnatifidis: laciniis obtuſis dentatis, floribus ſeſſilibus glomeratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1006. Vahl ſymb. 2. p. 39. Pall. ind. taur.*

V. ſinuatum. *Habl. taur. p. 156.*

Creſcit in Tauriâ, in ſabulis ad mare nigrum. Inter Theodoſiam et Panticapaeum frequens. Floret Julio, Auguſto. ♂

Rami longi rigidi patentiſſimi. *Flores* ſolitarii aut bini, magnitudine V. Blattariae. *Corolla* lutea. *Filamenta* omnia villis flauis barbata. *Planta* tota tomento vago quaſi detrito pubeſcens.

405. VERBASCUM *phoeniceum.*

V. foliis radicalibus ouatis crenatis nudis: caulinis remotis minutis, floribus racemoſis: pedicellis ſolitariis elongatis patentiſſimis.

V. foliis ouatis nudis crenatis radicalibus, caule ſubnudo racemoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1004. Jacq. auſtr. 2. p. 15. t. 125. Scop. carn. ed. 2. n. 250. Riſler monogr. n. 9. Habl. taur. p. 145.*

In campis herbidis, imprimis ad Caucaſum minime rarum. Floret Majo. ♂

Filamenta omnia baſi purpureo-villoſa, 2 apice nuda, 3 ſuperiora barbâ albâ ſub antheris.

406. VERBASCUM *Blattaria.*

V. foliis oblongis duplicato crenatis glabris: caulinis amplexicaulibus confertis ſtrictis, floribus racemoſis: pedicellis ſolitariis villoſo-viſcidis longitudine florum.

V. foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis folitariis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1005. Scop. carn. ed. 2. n. 251. Rifler monogr. n. 10. Hall. hift. n. 585. Gmel. fib. 4. p. 92. n. 47.*

In ruderatis et campis paffim reperitur. Floret Junio, Julio. ♂

Folia inferiora bafi faepe incifa. *Racemi* toti, nempe pedunculus communis, bracteae, pedicelli calycesque pilis glanduliferis.

103. DATURA. Cor. infundibuliformis, plicata. Cal. tubulofus, angulatus, deciduus. Capf. quadrualuis.

407. DATURA *Stramonium.*

D. pericarpiis fpinofis erectis ouatis, foliis ouatis glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1008. Curt. lond. Flor. dan. t. 436. Hall. hift. n. 486. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

Communis in ruderatis, aceruis, circa oppida et pagos. Floret aeftate. ⊙

104. HYOSCYAMUS. Cor. infundibuliformis, obtufa. Stam. inclinata. Capf. operculata, 2-locularis.

408. HYOSCYAMUS *niger.*

H. foliis amplexicaulibus fmuatis, floribus feffilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1010. Bulliard. herb. franc. t. 93. Hall. hift. n. 580. Gmel. fib. 4. p. 93. n. 48. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 128.*

Copiofus in ruderatis, ad muros, vias. Floret Junio. ♂

409. HYOSCYAMUS *albus.*

H. foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1011. Bulliard herb. franc. t. 99. Beſler eyſt. aeſt. ord. 8. fol. 8. n. 2. Blackw. t. 111. Pall. ind. taur.*

Creſcit in Tauriâ meridionali, prope pagum Gurſuph, ad ruinas arcis mari nigro adjacentis. Floret Majo. ⊙

410. HYOSCYAMUS *orientalis.*

H. foliis deltoideo-ouatis repandis, calycibus fructus tumidis, genitalibus exſertis.

H. orientalis Betae folio tuberoſâ radice. *Tournef. cor. p. 5. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

Habitat in cryptis circa acidulam Narzana et in Iberiâ. Floret primo vere. ♃

Affinis maxime H. phyſaloidi. *Differt foliis* acutioribus deltoideis repandis, poſt floreſcentiam peramplis, facie Betae. *Flores* breuiores quam H. phyſaloidis, *calyx* vero *genitaliaque* proportione longiora. *Radix* alte inter ſaxorum rimas defixa cylindrica: capite gemmaſcente magnitudine pugni, gemmis et petiolorum cauliumque reliquiis inaequali.

105. ATROPA. Cal. campanulatus. Stam. diſtantia. Bacca globoſa, bilocularis.

411. ATROPA *Belladonna.*

A. caule herbaceo, foliis ouatis integris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1017. Jacq. auſtr. 4. p. 5. t. 309. Curt. lond. Flor. dan. t. 758. Hall. hiſt. n. 579. Habl. taur. p. 132.*

Creſcit rarius in Tauriae ſyluis, ad latera montis Tſchaturdag, verſus fontes Almae riui. Floret Junio. ♃

106. PHYSALIS. Cor. rotata. Stam. conniuentia. Bacca intra calycem inflatum, biloculares.

* *Perennes.*

412. PHYSALIS *Alkekengi.*

Ph. foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne fubramofo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1022. Blackw. t. 161. Hall. hiſt. n. 577. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

Abundat in fyluis et dumetis. Floret Majo, Junio. ♃

107. SOLANUM. Cor. rotata. Antherae fubcoalitae, apice poro gemino dehifcentes. Bacca 2-locularis.

* *Inermia.*

413. SOLANUM *Dulcamara.*

S. caule inermi fruticofo fcandente, foliis cordatis glabris: fuperioribus auriculatis, corymbis oppofitifoliis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1028. Curt. lond. Flor. dan. t. 607. Willd. arb. ber. p. 363. n. 1. Hall. hiſt. n. 575. Gmel. ſib. 4. p. 94. n. 54. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Copiofum in dumetis et ad fepes, arbuſtis innidulans aut innixum. Floret Junio, Julio. ♄ ♃

414. SOLANUM *nigrum.*

S. caule inermi herbaceo, foliis ouatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1035. Curt. lond. Flor. dan. t. 460. Hall. hiſt. n. 576. Sabbat. hort. 2. t. 60. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

β. S. *villoſum:* baccis luteis. *Linn. ed. Willd. loc. cit. n. 39. γ. Hall. hiſt. n. 576. II. Sabbat. hort. 2. t. 61. Dill. elth. f. 353.*

Frequens in ruderatis et cultis. β in Tauriae agris reftibilibus circa Karaſſubaſar et ad muros circa oppidum Bachtſchiſarai. ⊙

108. LYCIUM. Cor. tubuloſa: fauce clauſâ filamentorum barbâ. Bacca 2-locularis, polyſperma.

415. LYCIUM *ruthenicum.*

L. foliis linearibus carnoſis faſciculatis, gemmis ſpineſcentibus, calycibus bilobis obtuſiſſimis, ramis erectis.

L. foliis linearibus faſciculatis, gemmis ſpineſcentibus, ramis laxis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1058. Pall. roſſ. 1. p. 78. t. 49.*

Creſcit in Caucaſo orientali: copioſum in campis ſubſalſis planitierum mari Caſpio et Cyri oſtiis finitimarum. Floret Junio. ♄

Fruticis ſpontanei *rami* nequaquam dependent, ſorte culturâ ſic mutatur. *Calyx* raro trilobus, vulgo bilobus. *Corolla* roſea, lituris ſaturatioribus dilutioribusque variegata.

109. ERYTHRÆA. Cal. 5-partitus: dentibus ſubulatis. Cor. infundibuliformis. Capſ. cylindrica, unilocularis, biualuis.

416. ERYTHRÆA *Centaurium.*

E. ramis floriferis erectis, corymbis dichotomis confertis, calycibus bracteatis corollae tubo duplo breuioribus, foliis elliptico-ouatis.

E. foliis oblongo-ouatibus baſi roſaceis congeſtis, caule elongato, floribus faſciculato-paniculatis, baſi ſquamis 1-2 cinctis. *Perſoon. enchirid. 1. p. 283. Renealm. ſpec. 77. t. 76.*

Chironia (*Centaurium*) corollis infundibuliformibus, caule trichotomo tetragono, foliis obouatis obtusis. *Schmidt. boem. 1. n. 130. Linn. ed. Willd. 1. p. 1068.*

Gentiana Centaurium. *Linn. flor. suec. 205. 232. Flor. dan. t. 617. Hall. hist. n. 648. Pall. ross. 2. p. 111. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

Occurrit in Tauriae pratis sylvaticis altioribus. Floret Julio, Augusto. ⊙

417. ERYTHRAEA *ramosissima.*

E. caule ramosissimo diuaricato dichotomo, floribus ex dichotomiâ terminalibusque, calycibus ebracteatis corollae tubo breuioribus, foliis elliptico-ouatis.

E. subpumila ramosissima, foliis brevioribus, caulium geniculis aequalibus, floribus subdichotomis basi squamis destitutis. *Persoon enchirid 1. p. 283.*

Chironia (*Gerardi*) corollis infundibuliformibus solitariis, caule dichotomo, ramis diffusis, foliis ouato-lanceolatis acuminatis. *Schmidt boem. 1. n. 131. Linn. ed. Willd. 1. p. 1068. n. 9. β. Gerard. gallopr. p. 311. n. 9. Hall. hist. n. 648. γ. Vaill. paris. t. 6. f. 1.*

Crescit in glareosis ad torrentium margines, in Tauriâ et ad Caucasum. Floret a Junio ad Augustum. ⊙

Diagnosis a praecedente ex *foliorum* formâ nulla. *Variat* saepius *corollis* albis.

110. RHAMNUS. Cal. campanulatus. Cor. squamae stamina munientes, calyci infertae. Bacca.

* *Spinosi.*

418. RHAMNUS *catharticus.*

Rh. spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1092. Flor. dan. t. 850.*

Willd. arb. berol. p. 282. n. 1. Duhamel arb. 2. t. 50. Hall. hiſt. n. 824. Gmel. ſib. 3. p. 106. n. 83. Pall. roſſ. 2. p. 24. t. 11. A. B. ind. taur. Habl. taur. p. 103.

In nemoribus, dumetis, ſepibus admodum communis. Floret Majo. ♄

419. RHAMNUS *Erythroxylon.*

Rh. ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis faſciculatis linearibus obtuſiuſculis ſerratis.

Rh. Erythroxylon. *β.* foliis anguſtioribus tenuiſſime ſerrulatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1094.*

Rh. lycioides. *Pall. roſſ. 2. p. 26. t. 14.*

Abundat in promontorio caucaſico. Floret Majo. ♄

Corolla minima. In femineis *ſtamina* caſtrata. *Styli* 2-3 diſtincti.

* * *Inermes.*

420. RHAMNUS *Frangula.*

Rh. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, (calyce glabro,) foliis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1098. Flor. dan. t. 278. Duham. arb. 1. t. 100. Hall. hiſt. n. 821. Gmel. ſib. 3. p. 107. n. 85. Pall. roſſ. 2. p. 23. Habl. taur. p. 103.*

Occurrit in nemoribus ad fluuium Terek, alias minime frequens; quam equidem in Tauriâ non vidi. Floret Majo, Junio. ♄

111. ZIZYPHUS. Cal. 5-fidus, patens. Cor. fquamae ftamina munientes, calyci infertae. Drupa nuce 1-2-fpermâ.

* *Aculeati.*

421. ZIZYPHUS *Paliurus.*

Z. aculeis geminis: inferiore reflexo, floribus trigynis, drupâ coriaceâ margine alatâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1103. Willd. arb. berol. p. 415. n. 1.*

Paliurus aculeatus. *Lamark illuſtr. t. 110.*

Paliurus auſtrâlis. *Gaertn. fruct. 1. p. 203. t. 43. f. 5,*

Rhamnus Paliurus. *Linn. hort. upſ. p. 47. Pall. roſſ. 2. p. 27. t. 15. et ind. taur. Habl. taur. p. 100. Gmel. ſib. 3. p. 106. n. 84.*

Perfrequens in Tauriae meridionalis Caucaſique fyluis et nemoribus. Sepibus viuis aptiſſimus et in Tauriâ paſſim adhibitus, in loco autem natali paſcentium ouium velleri noxius. Flores ſuaueolentes, apibus gratiſſimi. Floret Junio. ♄

112. EUONYMUS. Cor. 5-petala. Capſ. 5-gona, 3-locularis, 3-valuis, colorata. Sem. calyptrata.

422. EUONYMUS *europaeus.*

E. floribus plerisque quadrifidis, ramis tetragonis.

E. floribus pleriſque tetrandris, pedunculis compreſſis multifloris, ſtigmatibus ſubulatis, foliis glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1130. Hellenius monogr. n. 2. Willd. arb. berol. p. 107. n. 1. Hall. hiſt. n. 829. Gmel. ſib. 4. p. 116. n. 83. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 101.*

Copioſus in fyluis, nemoribus et ſepibus. Floret Aprili, Majo. ♄

423. EUONYMUS *verrucosus.*

E. floribus omnibus quadrifidis, ramis teretibus verrucosis.

E. floribus tetrandris, cortice verrucoso, pedunculis filiformibus teretibus subtrifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1131. Hellenius monogr. n. 3. Willd. arb. berol. p. 108. n. 2. Jacq. austr. 1. p. 30. t. 49. Pall. ind. taur.*

In sylvis et dumetis ubique provenit. Floret Majo. ♄

424. EUONYMUS *latifolius.*

E. floribus plerisque quadrifidis, ramis teretibus laevibus, capsulis membranaceo-alatis.

E. floribus plerisque pentandris, cortice laevi, pedunculis filiformibus teretibus multifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1131. Hellenius monogr. n. 6. Willd. arb. berol. p. 108. n. 3. Jacq. austr. 3. p. 48. t. 289. Hall. hist. n. 830. Pall. ind. taur.*

Hinc inde in Tauriae et Caucasi sylvis reperitur, praecedentibus multo rarior. Floret Junio. ♄

113. RIBES. Petala 5 et stamina calyci inserta.

Stylus 2-fidus. Bacca polyspermа, infera.

* *Ribesia inermia.*

425. RIBES *alpinum.*

R. inermis, racemis erectis, bracteis flore longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1154. Jacq. austr. 1. t. 47. Flor. dan. t. 968. Willd. arb. berol. p. 294. Hall. hist. n. 817. Gmel. sib. 3. p. 173. n. 7. Pall. ross. 2. p. 36.*

In Caucaso iberico reperitur. ♄

** *Grossulariae aculeatae.*

426. RIBES *Grossularia.*

R. ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1158. Willd. arb. berol. p. 296. Roth germ. 2. p. 277.*

Occurrit in fyluis ad latera montis Befchtau, nec non in Caucafo iberico. ♄

114. VIOLA. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala, irregularis, calcarata. Antherae cohaerentes. Capf. 1-locularis, 3-valuis.

* *Acaules.*

427. VIOLA *campeftris.*

V. acaulis, foliis cordatis bafi fubrectilineis pubefcentibus, ftolonibus nullis.

V. hirta. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae et Iberiae pratis et aruis. Floret Aprili. ♃

Affinis V. hirtae, ut aegre diftinguas. *Folia* anguftiora minus hirta breuius petiolata, ad petioli infertionem vel leuiffime vel plane non emarginata. *Flores* odoratiffimi, ficut infequentis.

428. VIOLA *odorata.*

V. acaulis, foliis cordatis bafi emarginatis fubhirfutis, ftolonibus repentibus.

V. odorata. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1163. Curt. lond. Flor. dan. t. 309. Hall. hift. n. 558. Gmel. fib. 4. p. 98. n. 60. Pall. ind. taur.*

β. major, foliis primigenis magnis longiffime petiolatis hirtis.

Communis locis inumbratis: praecedente tamen in Tauriâ multo minus frequens. β in Tauriae fyluis fub arboribus nafcitur. Floret Martio, Aprili. ♃

** *Caulescentes.*

429. VIOLA *neglecta.*

V. caule erecto angulato, foliis cordatis glabris margine scabris, floribus omnibus corollatis.

V. caule erecto angulato, foliis cordatis dentato-crenatis glabris, stipulis uno latere dentatis, bracteis supra medium pedunculi, floribus omnibus corollatis. *Schmidt boem. n. 253.*

V. canina. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.*

Crescit in Tauriae montium altiorum Tschaturdag et Ajudag sylvis sub arboribus. Floret Majo. ♃

Major V. caninâ et glaberrima: praeter marginem *foliorum*, qui scaberrimus setulis etiam nudo oculo conspiciendis; contra V. canina undequaque subhirsuta, margine autem *foliorum* glabriusculo. *Corollae* constanter albae. *V. canina flore* caeruleo, in Tauriâ mihi non occurrit.

430. VIOLA *sarmentosa.*

V. caulibus filiformibus indiuisis procumbentibus, foliis subrotundis hirtis, stipulis denticulatis, pedunculis folio brevioribus.

Crescit in alpium caucasicarum cryptis. Varietatem pusillam glabriusculam fructiferam legi in rupibus prope Lars et Portas caucasicas: florentem non vidi. ♃

Folia obiter crenata *floresque* axillares ob *caules* prostratos secunda. *Hirsuties* modica, ut in V. caninâ. *Stipularum* denticuli minimi. *Foliola calycina* subulata.

431. VIOLA *mirabilis.*

V. caule triquetro, foliis reniformi-cordatis, floribus caulinis apetalis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1167. Jacq. austr. 1. t. 19. Dill. elth. f. 390.*

Occurrit in Caucaso iberico. ♃

432. VIOLA *minuta.*

V. caulibus fimplicibus unifloris flaccidis, foliis fubrotundis crenatis glabriuſculis, ſtipulis ouatis iutegerrimis.

V. orientalis minima Ocymi folio. *Tournef. cor. p. 30?*

Habitat in Caucaſo iberico. *C. Muſſin-Puſchkin.* 2

Radix videtur repens. *Caules* in florente unguiculares uniflori. *Folia* minuta lineas 2-3 longa et lata groſſe obiterque crenata: petiolis ipſorum fere longitudine. *Stipulae* ouales integerrimae margine ciliato-ſcabrae. *Flos* magnitudine et formà V. odoratae, quem ſiccum tantum vidi: calcare petalorum circiter longitudine. *Bracteae* remotae minutiſſimae. *Plantula* V. cenisiae et alpinae *affinis*, mihi haud ſatis nota: nolui attamen praetermittere.

433. VIOLA *tricolor.*

V. *(aruenſis)* caule angulato pubeſcente, foliis ſpathulato-ouatis crenatis, ſtipulis pinnatifidis, calyce corollam aequante.

V. *(aruenſis)* caule procumbente anguloſo diffuſo, foliis ouato-oblongis dentato-crenatis, ſtipulis lanceolatis baſi pinnatifidis, corollis calyci hirſuto aequalibus. *Schmidt boem. n. 256.*

V. tricolor. α. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1168. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 569. Gmel. ſib. 4. p. 97. n. 57. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.*

Communis in cultis et ruderatis. Floret Aprili, Majo. ⊙

115. IMPATIENS. Cal. 2-phyllus. Cor. 5-petala, irregularis: nectario cucullato. Antherae connatae, Capſ. ſupera, 5-valuis.

* *Pedunculis multifloris.*

434. IMPATIENS *Noli tangere.*

I. pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ouatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1176. Flor. dan. t. 588. Hall. hiſt. n. 557. Gmel. ſib. 4. p. 102. n. 68.*

In fyluis ad latera montis Beſchtau, locis umbroſiſſimis obuia. 2

116. HEDERA. Petala 5, oblonga. Bacca 5-ſperma, calyce cincta.

435. HEDERA *Helix.*

H. foliis quinquangularibus quinquelobisque: floralibus ouatis, umbellâ erectâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1179. Curt. lond. Willd. arb. berol. p. 140. Hall. hiſt. n. 826. Pall. roſſ. 2. p. 68. ind. taur. Habl. taur. p. 110.*

Naſcitur in fyluis ſub arboribus, tum ad muros et ſaxa. Floret Auguſto. ♄

117. VITIS. Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca 5-ſperma, ſupera.

436. VITIS *vinifera.*

V. foliis lobatis ſinuatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1180. Jacq. ic. rar. Willd. arb. berol. p. 408. n. 1. Hall. hiſt. n. 825. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 72.*

Nuſquam non, praeter alpeſtria, per omnem de quâ ſermonem facimus regionem ſponte in ſylvis atque dumetis naſcitur et altiſſimas quandoque arbores aſcendens, totas quantas occupat. Floret Junio. ♄

Spontanea perparum pubeſcit, *culta* autem hirſutie maxime *variat.*

118. ILLECEBRUM. Cal. 5-phyllus. Cor. 0. Capſ. 5-valuis, monoſperma.

437. ILLECEBRUM *capitatum.*

I. floribus bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus procumbentibus, foliis pubeſcentibus ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1207. Pall. ind. taur.*

I. Paronychia. *Habl. taur. p. 150.*

Polygonum montanum niueum minimum. *Lob. ic. 420. Barrel. ic. 725.*

Creſcit in Tauriae rupeſtribus calcareis, imprimis circa Karaſſubaſar et in Iberiâ circa Tiflin copioſum. Floret Junio, Julio. ♃

Planta ceſpitoſa procumbens. *Folia* ſubtus leuiter pubeſcentia: ciliis breuibus. *Flores* capitato-glomerati. *Calycina* foliola viridia ſtriata pubeſcentia: margine ſcarioſo anguſtiſſimo, nec cartilaginea. *I. niueum Lamark.* mihi videtur hujus eſſe *varietas.*

119. GLAUX. Cal. 1-phyllus. Cor. 0. Capſ. 1-locularis, 5-valuis, 5-ſperma.

438. GLAUX *maritima.*

Glaux. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1210. Flor. dan. t. 548. Gmel. ſib. 4. p. 87. n. 38. Loeſ. pruſſ. 13. t. 3.*

Reperitur hinc inde ad littora maris Caſpii et ad fluuiorum majorum ripas. Floret Junio. ♃

120. THESIUM. Cal. 1-phyllus, ſtaminifer. Nux infera, monoſperma.

439. THESIUM *ramoſum.*

Th. caulibus adſcendentibus, floribus racemoſis tribracteatis, calycis quinquepartiti tubo breuiſſimo.

Th. caule erecto ramoſo, racemis foliatis elongatis, floribus ſeſſilibus bracteis minoribus obuallatis. *Hayne ap. Schrad. ephem. 2. p. 30. t. 7. et ic. pl. germ. rar. t. 119.*

Th. palatinum. *Roth cat. 2. p. 29. n. 2. et nou. catal. 1. p. 171.*

Th. Linophyllon. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 146. Relhan cantabr. p. 191. cum icone bonâ.*

Th. alpinum. *Poll. pal. n. 240.*

In Tauriâ et regionibus caucaſicis ad collium latera haud rarum, etiam in alpe Kaiſchaur mihi occurrit. Floret paſſim a Majo in autumnum uſque. ♃

Th. Linophyllo, nec alpino, plurimum *affine;* tamen ſuae ſpeciei videtur.

121. VINCA. Contorta. Cor. hypocrateriformis. Folliculi 2, erecti. Semina nuda.

440. VINCA *minor.*

V. caulibus procumbentibus, foliis oualibus margine ſcabris, calycibus pedunculatis glabris.

V. caulibus procumbentibus, foliis oblongo-lanceolatis margine glabris, floribus pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1232. Curt. lond. Willd. arb. berol. p. 405. n. 1. Hall. hiſt. n. 572. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

In collibus apricis Tauriae et ad Caucaſum minime rara. Floret Aprili, Majo. ♄

Folia variant latitudine: ſubrotunda, ouata, oblonga et ſublanceolata.

DIGYNIA.

122. PERIPLOCA. Contorta. Nectarium ambiens genitalia, filamenta 5 exſerens.

441. PERIPLOCA *graeca.*

P. floribus interne hirſutis terminalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1248. Jacq. miſc. 1. p. 11. t. 1. f. 2. Duhamel arb. 2. t. 21. Pall. roſſ. 2. p. 68. t. 76.*

In virgultis ad fluuium Terek inter Kiſljar et Moſdok, etiam in Iberiâ circa Tiflin reperitur. Floret Majo, Junio. ♄

123. CYNANCHUM. Nectarium cylindricum, 5-dentatum.

442. CYNANCHUM *acutum.*

C. caule volubili herbaceo, foliis cordato-oblongis glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1254. Jacq. misc. 1. p. 16. t. 1. f. 4. Gaertn. fruct. 2. p. 171. t. 117. f. 3. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

Apocynum tertium latifolium. *Clus. hist. 1. p.. 125.*

Perfrequens in sterilibus incultis lapidosis, circa urbes et pagos. Aedificia derelicta murosque antiquos hederae adinstar vestit. Floret Junio, Julio. ♃

Foliorum latitudine admodum *variat:* ita quidem, ut in eâdem plantâ longis sarmentis luxuriante, inferiora sint cordato-ouata, superiora vero cordato-lanceolata. *C. sibiricum Willd. act. berol. 2. p. 124. t. 6. f. 2* huc referendum esse, nec a C. acuto *Linn. differre* mihi videtur.

124. APOCYNUM. Cor. campanulata. Filamenta 5, cum staminibus alterna.

443. APOCYNUM *venetum.*

A. caule erectiusculo herbaceo, foliis elliptico-lanceolatis mucronatis, margine denticulato-scabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1260. Falck it. 2. t. 4. Habl. taur. p. 148.*

A. acutiore folio, flore purpurascente ex Aleppo. *Mor. hist. 3. sect. 15. p. 609.*

Esula rara ex Lio Venetorum insulâ. *Lob. hist. p. 201.*

Occurrit ad radices Caucasi; in virgultis humidiusculis praealtum et subscandens, ad collium sterilium vero latera humilius et erectum. Floret Junio, Julio. ♃

Stamina et inter ea denticuli breuissima.

125. ASCLEPIAS. Contorta. Nectaria 5, ouata, concaua, corniculum exferentia.

* *Foliis oppoſitis, planis.*

444. ASCLEPIAS *Vincetoxicum.*

A. foliis ouatis acuminatis margine tenuiſſime ciliatis, caule erecto, umbellis proliferis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1268. Jacq. miſc. 1. p. 17. t. 1. f. 5. Flor. dan. t. 849. Hall. hiſt. n. 571. Gmel. ſib. 4. p. 77. n. 20. Pall. ind. taur.*

Abundat in collibus apricis et in pratis ſyluaticis. Floret Junio, Julio. ♃

445. ASCLEPIAS *nigra.*

A. foliis ouatis baſi barbatis, caule ſuperne volubili. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1269. Jacq. miſc. 1. p. 19. t. 1. f. 6. Gaertn. fruct. 2. p. 170. t. 117. f. 2. Pall. ind. taur.*

A. tertia flore nigro. *Tabern. Kraeut. p. 1106. J. Bauh. hiſt. 2. lib. 15. p. 140.*

Reperitur ad margines ſyluarum, praecedente rarior. Floret Junio, Julio. ♃

126. HERNIARIA. Cal. 5-partitus. Cor. 0. Stamina 5 ſterilia, cum antheriferis alternantia. Caps. 1-ſperma.

446. HERNIARIA *glabra.*

H. glabra, foliis ſubrotundis.

H. glabra, glomerulis multifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1296. Flor. dan. t. 52j. Hall. hiſt. n. 1522. Pall. ind. taur.*

In Tauriâ Caucaſoque abundat. Floret paſſim toto anno. ☉

447. HERNIARIA *hirſuta.*

H. hirſuta, foliis ouatis.

H. hirſuta, glomerulis paucifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1297. Hall. hiſt. n. 1553. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.*

In Tauriâ et Caucaſo frequens, cum praecedente floret. ⊙

Florum numerus in hac et praecedente nihil mihi ad diſtinguendas ſpecies facere viſus eſt.

127. CHENOPODIUM. Cal. 5-phyllus, fructifer dorſo aequalis. Cor. o. Germen depreſſum. Semen lenticulare.

** Foliis planis, anguloſis.*

448. CHENOPODIUM *urbicum.*

Ch. foliis triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1299. Flor. dan. t. 1148. Gmel. ſib. 3. p. 76. n. 57. Pall. ind. taur.*

Copioſum in ruderatis, circa pagos et oppida. Floret aeſtate. ⊙

449. CHENOPODIUM *murale.*

Ch. foliis ouatis inaequaliter dentatis acutis nitidis, racemis corymboſis nudis, caule ramoſo patulo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1301. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1583. Gmel. ſib. 3. p. 78. n. 59. Pall. ind. taur.*

Occurrit cum praecedente, nec minus frequens. ⊙

450. CHENOPODIUM *album.*

Ch. foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris: ſummis oblongis, racemis erectis. *Linn. ed. Willd. 1. p.*

1302. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1579. Gmel. ſib. 3. p. 80. n. 61. Pall. ind. taur.

Nimis frequens in ruderatis et cultis. ⊙

451. CHENOPODIUM *hybridum.*

Ch. foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1303. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1581. Gmel. ſib. 3. p. 76. n. 56. Pall. ind. taur. Vaill. pariſ. t. 7. f. 2.*

Commune cum antecedentibus. ⊙

452. CHENOPODIUM *Botrys.*

Ch. foliis oblongis ſinuatis, racemis nudis multifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1304. Hall. hiſt. n. 1585. Gmel. ſib. 3. p. 81. n. 62. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135. Beſl. eyſt. aeſt. ord. 13. fol. 2. n. 3.*

Creſcit in glareoſis ad torrentium latera. Floret aeſtate. ⊙

453. CHENOPODIUM *glaucum.*

Ch. foliis ouato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1305. Flor. dan. t. 1151 Hall. hiſt. n. 1584. Gmel. ſib. 3. p. 77. n. 58. Pall. ind. taur.*

Occurrit cum congeneribus copioſum. ⊙

* * *Foliis planis, integerrimis.*

454. CHENOPODIUM *Vuluaria.*

Ch. foliis integerrimis rhombeo-ouatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1305. Flor. dan. t. 1152. Hall. hiſt. n. 1577. Pall. ind. taur.*

Ch. olidum. *Curt. lond.*

Hinc inde ad muros, fepes, foffas prouenit. ⊙

455. CHENOPODIUM *polyſpermum.*

Ch. foliis integerrimis ouatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1306. Curt. lond. Flor. dan. t. 1153. Hall. hiſt. n. 1576. Gmel. ſib. 3. p. 82. n. 63.*

In promontorio caucaſico, circa Stauropolin, in cultis reperitur. ⊙

*** *Foliis teretibus.*

456. CHENOPODIUM *fruticoſum.*

Ch. frutefcens ramoſiſſimum patulum, foliis teretibus oblongis obtuſis, floribus ternis petiolaribus.

Salſola *(fruticoſa)* ramoſiſſima glabra, foliis oblongis obtuſis carnoſis, calycibus ternis ebracteatis petiolaribus: fructiferorum foliolis conuexis dorſo aequalibus. *Marſch. caſp. p. 149. app. n. 22.*

Salſola *(fruticoſa)* foliis carnoſis teretibus obtuſis imbricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1316. Duhamel arb. 1. t. 62.*

Kali ſpecies vermicularis marina arboreſcens. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 704.*

Frequens in planitiebus Caucaſo orientali mare Caſpium verſus ſubjacentibus. Floret Julio, Auguſto. ♄

Frutex ramoſiſſimus, circiter bipedalis. *Folia* ſemiteretia obtuſa glabra glauceſcentia: inferiora ſemuncialia, floralia breuiora. *Flores* formâ Ch. maritimi haud axillares, ſed petiolo ſupra ipſam baſin impoſita.

457. CHENOPODIUM *altiſſimum.*

Ch. ramis paniculatis erectis, foliis filiformibus acutiuſculis, floribus ternis petiolaribus.

Salſola (*altiſſima*) herbacea glabra, ramis erectis, foliis filiformibus carnoſis, calycibus ternis ebracteatis petiolaribus: fructiferorum foliolis conuexis dorſo aequalibus. *Marſch. caſp. p. 150. app. n. 23.*

Salſola *(altiſſima)* herbacea erecta ramoſiſſima, foliis filiformibus acutiuſculis baſi pedunculiferis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1312. Sabb. hort. 5. t. 1. Pall. ind. taur. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 2.*

Copioſum in ſalſugineis fere omnibus. Floret Julio. ⊙

458. CHENOPODIUM *maritimum.*

Ch. caulibus diffuſis, foliis oblongis ſemiteretibus, floribus axillaribus glomeratis.

Ch. foliis ſubulatis carnoſis ſemiteretibus, floribus glomeratis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1307. Flor. dan. t. 489. Gmel. ſib. 3. p. 82. n. 64. Pall. ind. taur.*

Salſola (*maritima*) herbacea patula glabra, foliis linearibus obtuſiuſculis carnoſis, calycibus glomeratis ebracteatis axillaribus: fructiferorum foliolis conuexis dorſo aequalibus. *Marſch. caſp. p. 150. app. n. 24.*

β. **majus magisque ſucculentum, ramis paniculatis erecto-patulis, calycibus fructus maxime carnoſo-gibbis.**

Salſola ſalſa. Linn? *Habl. taur. p. 142?*

Salſola ſatiua. *Pall. ind. taur.*

In maritimis ſalſugineis ſubhumidis et ad lacus ſalſos maximâ copiâ prouenit. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Caracteres certi, quibus Chenopodium maritimum Salſolasque ſalſam et ſatiuam autorum rite diſtinguas, me quidem judice, adhuc deſiderantur. *Salſola ſalſa Jacq. hort. vind. 3. t. 82* noſtri *varietatem* majorem exprimit et *Kali maritimum*

Sedi foliis teretibus Buxb. cent. 1. t. 31. f. 1 noſtro etiam conuenit: denique icon *Salſolae ſatiuae Cauan. hiſp. 3. t. 291* et ejusdem plantae deſcriptio *Loeſl. it. 132* ad noſtrum trahi omnino poſſunt. *Varietatem β* ſimul *ſemina* corticata Chenopodii, et membranacea corculo ſpirali inſtructa Salſolae proferre obſeruauit *amiciſſ. Steuen*, taliaque ſpecimina fructifera, in viciniâ oppidi Kiſljar lecta, mecum communicauit.

459. CHENOPODIUM *hirſutum.*

Ch. ramoſum erecto-patulum hirſutum, foliis oblongis ſemiteretibus obtuſiuſculis, floribus geminis axillaribus.

Salſola *(hirſuta)* herbacea diffuſa; foliis teretibus obtuſis tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1313. Flor. dan. t. 187. Habl. taur. p. 143.*

Legi rarius in maritimis ad Boſphorum Tauriae. Floret Julio, Auguſto. ⊙

128. SALSOLA. Cal. 5-phyllus ſ. 5-partitus: fructifer dorſo appendiculatus. Cor. o. Germen depreſſum. Sem. cochleatum, membranâ tectum.

* Sodae: *calycibus bibracteatis, ſemine ſpirali.*

460. SALSOLA *Kali.*

S. herbacea patula hirta, foliis ſubulatis mucronato-ſpinoſis, calycibus ſolitariis: appendicibus explanatis coloratis. *Marſch. in act. ſoc. nat. cur. moſq. 1. p. 135. n. 1. et caſp. p. 141. app. n. 15.*

S. herbacea decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis, calycibus marginatis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1310. Flor. dan. t. 818. Pall. it. 1. p. 489. n. 105. Gmel. ſib. 3. p. 88. n. 69. t. 17. f. 2. Habl. taur. p. 142.*

Copiosa in Tauriae Caucasique campis salsis et subsalsis. Flóret Julio, Augusto. ⊙

461. SALSOLA *Tragus.*

S. herbacea patula glabra, foliis subulatis carnosis mucronato-spinosis, calycibus subsolitariis: appendicibus explanatis decoloribus. *Marsch. in act. mosq. 1. p. 136. n. 2 et casp. p. 142. app.*

S. herbacea erecta, foliis subulatis spinosis laeuibus, calycibus ouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1310. Gmel. sib. 3. p. 87. n. 68. (exclusis synonymis.) Pall. ind. taur.*

S. Kali var. β. magis succulenta. *Pall. it. 1. p. 489. app. n. 105.*

Tragon. *Tabern. Kraeut. p. 1081.*

Habitat in arenà ad mare Caspium et in Tauriâ ad Pontum Euxinum Palumque Moeotiden. Floret Augusto. ⊙

462. SALSOLA *tamariscina.*

S. herbacea glabra, ramis paniculatis erectis, foliis subulatis mucronatis, calycibus geminis: appendicibus bracteis breuioribus. *Marsch. in act. mosq. 1. p. 137. n. 3. Gmel. sib. 3. p. 88. n. 69. var. 1. t. 17. f. 1?*

Crescit circa lacus salsos Tauriae. Floret Augusto. ⊙

463. SALSOLA *crassa.*

S. herbacea sublanata, ramis alternis elongatis, foliis semiteretibus obtusis inermibus, calycibus solitariis: appendicibus explanatis coloratis. *Marsch. in act. mosq. 1. p. 137. n. 5. Buxb. cent. 1. p. 9. t. 14. f. 2.*

S. rosacea. *Marsch. casp. p. 143. app. n. 16. Pall. ind. taur.*

Perfrequens in planitiebus salsis caucasico-caspicis. Floret Septembri. ⊙

464. SALSOLA *brachiata.*

S. herbacea hiſpida, ramis oppoſitis, foliis oblongis acutiuſculis carnoſis, calycum appendicibus explanatis coloratis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 138. n. 6.*

S. brachiata. *Pall.*

Creſcit cum antecedente eodemque tempore floret. ☉

465. SALSOLA *glauca.*

S. ſuffruticoſa erecta glaberrima, foliis filiformibus, ſtaminibus coloratis, calycibus ſolitariis: appendicibus explanatis decoloribus. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 138. n. 7 et caſp. p. 144. app. n. 17. Buxb. cent. 1. p. 8. t. 13.*

Kali orientale fruticoſum altiſſimum, florum ſtaminibus purpureis. *Tournef. cor. p. 18.*

Habitat in abruptis ſteriliſſimis Iberiae mediae et Caucaſi orientalis. Floret Julio. ♄

466. SALSOLA *Soda.*

S. herbacea glabra, ramis adſcendentibus, foliis ſemiteretibus acutiuſculis, calycibus fructiferis medio tranſuerſim carinatis ſubmembranaceis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 139. n. 8 et caſp. p. 142. app. Jacq. hort. vind. 1. t. 63. Pall. ind. taur.*

S. herbacea patula, foliis inermibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1311.*

Kali majus cochleato ſemine. *C. Bauh. pin. 289. Moriſ. hiſt. 2. p. 609. ſect. 5. t. 33. f. 1.*

Soda Kali magnum, Sedi medii folio. *Lob. ic. 394.*

Creſcit tam in Tauriâ, quam in planitiebus ſalſugineis ad fluuios Kumam et Terek. Floret Auguſto. ⊙

467. SALSOLA *vermiculata.*

S. ſuffruticoſa pubeſcens, ramis paniculatis, foliis filiformibus: faſciculo axillari, floralibus breuiſſimis; calycibus ſolitariis: appendicibus explanatis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 140. n. 9. Gmel. ſib. 3. p. 90. n. 71. t. 18. f. 2. Buxb. cent. 1. p. 7. t. 11. f. 2.*

S. fruteſcens, foliis faſciculatis teretibus filiformibus: floralibus ouatis acutis carnoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1315. Loeſl. it. p. 129.*

S. proſtrata. *Pall. it. 1. p. 490. t. G. lit. e-m.*

S. orientalis. *S. G. Gmel. it. 4. p. 47. t. 5.*

Suffrutex in planitiebus Caucaſo finitimis perfrequens. Floret Auguſto, Septembri. ♄

468. SALSOLA *ſpiſſa.*

S. herbacea ramoſiſſima pubeſcens, foliis oblongis obtuſis carnoſis: floralibus breuiſſimis, calycibus ſolitariis: appendicibus explanatis. *Marſch. in. act. moſq. 1. p. 140. n. 10.*

S. vermiculatae varietas pumila annua. *Marſch. caſp. p. 416. app. n. 18. ſub notâ.*

S. vermiculata. *Pall. it. 1. p. 488. app. n. 103 et ind. taur.*

Occurrit in planitiebus falſis caucaſico-caſpicis rarius; ad Wolgam et Jaikum frequentior. ⊙

469. SALSOLA *verrucoſa.*

S. ſuffruticoſa ramoſiſſima, foliis carnoſis breuiſſimis obtuſis caducis: floralibus ſquamaeformibus, calycibus ſolitariis ſterilibus fructiferisque: horum appendicibus explanatis amplis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 141. n. 11. Gmel. ſib. 3. p. 99. n. 77. var. II. t. 21. f. 2.*

S. vermiculata. *Marſch. caſp. p. 145. app. n. 18.*

Frequentiſſima in planitiebus caucaſico-caſpicis. Floret Auguſto. ♄

470. SALSOLA *ericoides.*

S. fruticoſa ramoſiſſima, foliis filiformibus obtuſis: floralibus breuiſſimis carnoſo-gibbis, calycibus ſolitariis: appendicibus explanatis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 141. n. 12. Gmel. ſib. 3. p. 93. n. 72. t. 19. f. 1 et p. 98. n. 76; denique p. 99. n. 77. var. 1. t. 21. f. 1.*

Occurrit cum duabus proxime praecedentibus in ſalſis deſerti Cumani et in campis aridis ad Cyrum fluuium, verſus mare Caſpium. ♄

* * Chenopodoideae: *calycibus ebracteatis, ſemine conduplicato.*

471. SALSOLA *clauifolia.*

S. herbacea glabra, foliis clauatis carnoſis, calycibus glomeratis: appendicibus explanatis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 142. n. 13. Pall. it. 2. p. 486. Gmel. ſib. 3. p. 99. n. 77. (excluſis var. I et II). Buxb. cent. 1. p. 12. t. 19. f. 1.*

Anabaſis (*folioſa*) foliis ſubclauatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1318.*

In deſerto Cumano hinc inde occurrit, ad Wolgam frequens. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

472. SALSOLA *proſtrata.*

S. ſuffruticoſa hirſuta, foliis linearibus planis, calycibus glomeratis: appendicibus explanatis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 143. n. 14 et caſp. p. 148. app. n. 21.*

S. frutescens, foliis linearibus piloſis inermibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1315. Jacq. auſtr. 3. p. 52. t. 294. Loeſl. it. ed. ſuec. p. 131. Pall. it. 1. p. 490. n. 106. var. β. t. G. lit. o-r et ind. taur. Habl. taur. p. 143. Hall. hiſt. n. 1475. Gmel.*

fib. 3. p. 94. n. 73. t. 19. f. 2. Buxb. cent. 3. p. 10. t. 16. mala.

Abundat locis fubfalfis et in apricis ficcis aliis. Floret Junio, Julio. ♄

473. SALSOLA *tenuifolia.*

S. herbacea hirfuta, foliis fubulato-filiformibus elongato-ciliatis, calycibus fubgeminis lanuginofis: appendicibus planis oblongis.

S. arenaria. *Marfch. in act. mofq. 1. p. 143. n. 15.*

S. laniflora. *S. G. Gmel. it. 1. p. 160. t. 37.*

Habitat in campis argillofis fubfalfis ad Caucafum et ad Wolgam inferiorem. Floret Julio, Auguſto. ⊙

S. *(arenaria)* herbacea, foliis linearibus fubcarnofis pubefcentibus, floribus axillaribus fubternis, calycum appendiculis obtufis, *(Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 78.)* circa Charkow in arenâ mobili etiam obuia et S. tenuifoliae plurimum affinis *difcrepat cæulibus* minus ramofis magis depreffis; *foliis* breuioribus pube breui ut in S. proſtratâ veſtitis, nec pilis longiffimis albis ciliatis; *calycum* lanâ minus copioſâ albâ nec rufâ. Caeterum haec, ficut S. tenuifolia et proſtrata, ob *calyces* monophyllos ad *Kochiam* recentiorum ſpectat.

474. SALSOLA *hyſſopifolia.*

S. herbacea pubeſcens, foliis linearibus planis, calycibus glomeratis lanuginofis, ſpinulâ dorſali uncinatâ. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 144. n. 17 et caſp. p. 147. app. n. 19.*

S. herbacea, foliis linearibus, glomerulis florum axillaribus lanatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1314. Pall. it 1. p. 491. app. n. 107. t. H. f. 1. Gmel. ſib. 3. p. 116. n. 92. t. 22.*

Occurrit in ſubſalſis regionum caucaſico-caſpicarum. Floret ab Auguſto uſque in ſerum autumnum. ⊙

475. SALSOLA *ſedoides.*

S. herbacea piloſiſſima, ramis ſtrictis: foliis linearibus ſubcarnoſis, calycibus geminis: ſpinulâ dorſali rectâ diſci longitudine. *Marſch. in act. moſq. I. p. 145. n. 18.*

S. ſuffruticoſa, foliis teretibus filiformibus ciliatis, floribus glomeratis axillaribus. *Linn. ed. Wild. I. p. 1317. Pall. it. I. p. 492. app. n. 108. t. I. f. 1. 2 et itin. 3. p. 630. t. M. f. 3. Gmel. ſib. 3. p. 118. n. 94. t. 23. f. 3. Habl. taur. p. 143. Buxb. cent. 3. p. 27. t. 49.*

S. muricata. *Marſch. caſp. p. 148. app. n. 20. Pall. ind. taur.*

Frequens in ſterilibus ſalſis et ſubſalſis tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret Auguſto, Septembri. ☉

129. ANABASIS. Cal. 5-phyllus, fructifer dorſo appendiculatus. Cor. o. Germen compreſſum. Sem. cochleatum, membranâ tectum.

* Legitimae: *ebracteatae, caule articulato.*

476. ANABASIS *aphylla.*

A. caule articulato ramoſo aphyllo, ramis paniculatis ramoſis. *Marſch. in act. moſq. I. p. 146. n. 1 et caſp. p. 152. app. n. 25.*

A. aphylla, caule ramoſo articulato: articulis emarginatis, ramis apice floriferis. *Linn. ed. Willd. I. p. 1318. Pall. it. I. p. 493. n. 109. β. Gaertn. fruct. I. p. 375. t. 77. f. 4. Habl. taur. p. 146. Gmel. ſib. 3. p. 101. n. 78. Buxb. cent. I. p. 11. t. 18.*

Solſola articulata. *Cau. hiſp. 3. p. 43. t. 284.*

Creſcit in deſertis ſalſugineis verſus mare Caſpium; a Cyri oſtiis ad oppidum Baku per tractum littoralem copioſiſſima. Floret Julio, Auguſto. ♄

477. ANABASIS *floridu.*

A. caule articulato ramoſo: articulis elongatis, ramificationibus omnibus foliisque connato-vaginantibus muticis oppoſitis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 147. n. 3.*

Habitat in collibus aridis Armeniae ibericae, verſus Cyrum fluvium. ⊙

* * Adſcititiae: *bibracteatae, caule aequali.*

478. ANABASIS *ſpinoſiſſima.*

A. foliis filiformibus muticis, ramis ſpineſcentibus. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 149. n. 6.*

A. foliis ſubulatis, ſpinis ramoſis floriferis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1319. Suppl. p. 173. Vahl. ſymb. 1. p. 24 et 3. p. 45.*

A. Echinus. *Marſch. caſp. p. 152. app. n. 26.*

Salſola Echinus. *Billard. ſyr. 2. p. 10. t. 5.*

Salſola camphoroſmoides. *Deſſont. atl. 1. p. 218.*

Salſola mucronata. *Forſk. deſcr. 56.*

Kali orientale fruticoſum ſpinoſum Camphoratae foliis. *Tournef. cor. p. 18.*

Creſcit in Caucaſi orientalis et Iberiae collibus ſiccis, circa Tiflin frequens. Floret Julio, Auguſto. ♄

130. POLYCNEMUM. Calyx 2-phyllus. Cor. 2-5-petala, calyciformis. Stam. 1-5. Sem. compreſſum.

* Legitima: *ſemine lenticulari, ſolido.*

479. POLYCNEMUM *arvenſe.*

P. triandrum pentapetalum, foliis ſubulatis mucronatis ſtrictis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 150. n. 1.*

P. triandrum, foliis fubulatis triquetris, caule diffuſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 192. Schkuhr bot. n. 61. t. 5. a. Lamark illuſtr. n. 439. t. 29. Leers. herb. n. 31. Hall. hiſt. n. 1570. Pall. ind taur.*

Commune locis incultis ficcis. Floret Julio, Anguſto. ⊙

* * Adſcititia: *ſemine ſpirali, membranâ tecto.*

480. POLYCNEMUM *oppoſitifolium.*

P. pentandrum dipetalum pubeſcens, foliis ſemiteretibus obtuſis: imis oppoſitis. *Marſch in act. moſq. 1. p. 151. n. 2.*

P. pentandrum, foliis oppoſitis carnoſis ſemicylindricis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 1. p. 193. Lamark illuſtr. n. 441. Pall. it. 1. p. 484. n. 96. t. E. f. 2. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 1.*

P. alterniſolium. *Pall. ind. taur.*

Anabaſis oppoſitifolia. *Marſch. caſp. p. 154. app. n. 28.*

Copioſum ubique ad lacus ſalſos et in depreſſis aquâ marinâ aliquando inundatis. Floret Julio, Auguſto.

481. POLYCNEMUM *ſclero ſpermum.*

P. pentandrum pentapetalum glabrum, foliis ſemiteretibus mucronatis: fructibus induratis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 152. n. 3.*

P. diandrum, foliis teretibus carnoſis, caule erecto ramoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 192. Pall. it. 3. p. 727. app. n. 84. t. M. f. 3. Buxb. cent. 5. p. 30. t. 58.*

Habitat in deſertis ſalſuginoſis Wolgicis atque Cumano, congeneribus rarius. ⊙

482. POLYCNEMUM *malacophyllum.*

P. pentandrum pentapetalum piloſum, foliis ſemiteretibus obtuſis, florum capitellis clauatis axillaribus pedunculatis.

Marſch. in act. moſq. 1. p. 152. n. 4. Buxb. cent. 1. p. 11. t. 17. f. 2.

Habitat in planitiebus ad Cyrum fluuium. ⊙

483. POLYCNEMUM *brachiatum.*

P. triandrum pentápetalum pubeſcens, ramificationibus foliique ſemiteretibus omnibus oppoſitis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 153. n. 5.*

P. brachiatum. *Pallas.*

Abundat in ſterilibus ſalſis et ſubſalſis Tauriae et ad Caucaſum. Floret autumno. ⊙

184. POLYCNEMUM *ſalſum.*

P. triandrum tripetalum villoſum, foliis filiformibus, ramis virgatis. *Marſch. in act. moſq. 1. p. 153. n. 6.*

P. triandrum, foliis filiformibus carnoſis vaginantibus, caule diffuſo. *Linn. ed. Wtlld. 1. p. 192. Gmel. ſib. 3. p. 118. t. 23. f. 1.*

P. triandrum. *Pall. it. 1. p. 483. app. n. 95. t. D. f. 2. t. E. f. 1 et ind taur. Lamark illuſtr. n. 439. β. (perperam ſub. P. aruenſi.)*

Anabaſis triandra. *Marſch. caſp. p. 154. app. n. 27.*

Perfrequens in imperii Rutheni campis meridionalibus ſalſis et ſubſalſis. Floret Julio, Auguſto. ⊙

131. BETA. Calyx 5-partitus. Cor. o. Sem. reniformia, intra ſubſtantiam baſeos calycis.

485. BETA *maritima.*

B. racemis virgatis foliatis, floribus axillaribus glomeratis, foliis rhomboideo-ouatis obtuſis, radice filiformi.

B. floribus geminis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1309.*

Legi in arundinetis ad Cyrum fluuium, inter Salicornias et Tamaricem, Novembri adhucdum florentem. ⊙

Radix exilis. *Folia* fubcarnofa. *Flores* 1-4 ex eâdem axillâ. *Sapor* totius plantae falfus.

486. BETA *trigyna.*

B. racemis erectis paniculatis fubaphyllis, floribus trigynis geminis folitariisque, foliis cordatis acutis bafi inaequalibus.

B. floribus ternis trigynis, calycibus corollinis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. p. 34. t. 35.*

B. an Cycla? *Pall. ind. taur.*

B. orientalis floribus fpicatis, calyce albo. *Tournef. cor. p. 38.*

In Tauriae cultis et in Iberiâ paſſim obuia. Floret Julio, Auguſto. ♃

Radix valida cylindrica longiſſima multicaulis. *Racemi* verſus caulis apicem in paniculâ elongatâ conicâ numeroſi. *Calyces* interdum terni aut folitarii, plerumque gemini: foliolis albidis. *Styli* minimi paleacei plerumque 3, interdum 4, rarius 2.

132. ULMUS. Cal. 5-fidus. Cor. o. Samara compreſſo-membranacea.

487. ULMUS *campeſtris.*

U. foliis duplicato-ferratis bafi inaequalibus, floribus fubſeſſilibus conglomeratis pentandris, fructibus glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1324. Willd. arb. berol. p. 391. n. 1. Flor. dan. t. 632. Schkuhr bot. n. 571. t. 57. a. Pall. roſſ. 1. p. 75. ind. taur. Habl. taur. p. 82.*

U. nuda. *Ehrh. catal. 6. p. 86.*

In ſyluis minime rara; mox arbor procera, mox frutex altus. Floret vere. ♄

488. ULMUS *ſuberoſa.*

U. foliis duplicato-ſerratis baſi ſubaequalibus, floribus ſubſeſſilibus conglomeratis tetrandris, fructibus glabris, cortice ramulorum ſuberoſo-alato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1324. Willd. arb. ber. p. 39. Ehrh. catal. 6. p. 87.*

U. tetrandra. *Schkuhr bot. p. 178. t. 57. b.*

U. hollandica. *Pall. roſſ. 1. p. 77.*

β. pumila, vix tripedalis.

U. ſuberoſa. *γ. Willd. loc. cit.*

Abundat in ſyluis et nemoribus. Var. pumila ſporadica in collibus apricis Tauriae, ad Boſphorum. Floret cum antecedente. ♄

489. ULMUS *effuſa.*

U. foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus octandris pedunculatis effuſis, fructibus margine ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1325. Willd. arb. ber. p. 393.*

U. ciliata. *Ehrh. catal. 6. p. 88.*

U. octandra. *Schkuhr bot. p. 178. t. 57. b.*

U. laeuis. *Pall. roſſ. 1. p. 75.*

In ſyluis hinc inde reperitur, praecedentibus multo rarior. Tempus florendi vernale. ♄

133. VELEZIA. Cor. 5-petala. Cal. filiformis, 5-dentatus. Capſ. 1-locularis. Sem. multa, ſerie ſimplici.

490. VELEZIA *rigida.*

Velezia. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1329. Gaertn. fruct. 2. p. 226. t. 129. f. 12. Pall. ind. taur. Bocc. muſ. p. 50. t. 43. Barrel. ic. 1018. Buxb. cent. 2. p. 41. t. 47.*

Lychnis minima rigida Cherleri. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 352.*

Occurrit in collibus aridis Tauriae meridionalis et Caucaſi orientalis. Floret Majo, Junio. ⊙

Plantula facie Arenariae, praeter *flores.*

134. SWERTIA. Cor. rotata. Nectariferi pori ad baſin laciniarum corollae. Capſ. unilocularis, biualuis.

491. SWERTIA *perennis.*

Sw. corollis quinqueſidis, pedunculis tetragonis ſubalatis, caule indiuiſo, foliis radicalibus oualibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1329. Jacq. auſtr. 3. t. 243. Hall. hiſt. n. 636. Gmel. ſib. 4. p. 111. n. 77. Pall. roſſ. 2. p. 98.*

Gentiana XII punctato flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 316.*

In Caucaſo alpino frequens. Floret Julio, Auguſto. 2

135. GENTIANA. Cor. 1-petala. Capſ. 2-ualuis, 1-locularis: receptaculis 2, longitudinalibus.

* *Corollis 5-9-fidis, ſubcampanulatis.*

492. GENTIANA *ſeptemfida.*

G. corollis campanulatis ſeptemfidis quinqueſidisque: laciniis intermediis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1333. Froelich monogr. n. 16. Pall. roſſ. 2. p. 101. t. 92. f. 1.*

In Caucaſo ſubalpino et alpino magnâ copiâ prouenit. Floret Auguſto. 2

Corollam in milleniis indiuiduis vix unquam vidi ſeptemfidam: hinc nomen triuiale videtur abolendum.

493. GENTIANA *asclepiadea.*

G. corollis quinquefidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus, foliis amplexicaulibus ouato-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1334. Froelich monogr. n. 17. Jacq. austr. 4. p. 328. Hall. hist. n. 640. Pall. ross. 2. p. 102.*

Dasystephana. *Renealm. spec. 67. t. 68. f. 1.*

Occurrit in alpibus Caucasicis. Floret autumno. ♃

494. GENTIANA *cruciata.*

G. corollis quadrifidis hypocrateriformibus nudis verticillatis sessilibus, caulibus ancipitibus basi attenuatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1334. Froelich monogr. n. 6. Jacq. austr. 4. p. 37. t. 372. Hall. hist. n. 643. Gmel. sib. 4. p. 104. n. 71. Pall. ross. 2. p. 108. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

Tretorhiza. *Renealm. spec. 74. t. 73.*

Copiosa in pratis syluaticis. Floret Julio. ♃

495. GENTIANA *gelida.*

G. corollis campanulatis quinquefidis terminalibus axillaribusque aggregatis: lacinulis intermediis laceris, foliis lanceolatis trineruiis.

Habitat in alpibus caucasicis. Floret autumno. *C. Mussin-Puschkin.* ♃

Facies G. frigidae.. *Caules* adscendentes. *Folia* lanceolata trineruia comato-vaginantia: superiora longiora. *Flores* terminales et ad summa folia axillares aggregati 1–10, magnitudine G. frigidae. *Bracteae* duae lineares ad basin calycis. *Corolla* ochroleuca: laciniis obtusiusculis, interjectis lacinulis breuissimis dentato-laceris.

496. GENTIANA *Pneumonanthe.*

G. corollis quinquefidis campanulatis acuminatis axillari-

bus pedunculatis, foliis fublinearibus obtufis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1336. Froelich monogr. n. 15. Flor. dan. t. 269. Hall. hift. n. 641. Pall. roff. 2. p. 105.*

Cyanà. *Renealm. fpec. 69. t. 68. f. 4.*

Reperitur in promontorio Caucafico. Floret autumno. ♃

** *Corollis infundibuliformibus nudis, 5-feu 10-fidis.*

497. GENTIANA *pyrenaica.*

G. corollâ decemfidâ infundibuliformi, caule inferne ramofo, foliis lanceolato-linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1341. Froelich monogr. n. 24. Gouan illuftr. 7. t. 2. f. 2. non optima. Lamark dict. 2. p. 639. n. 16.*

Occurrit in alpibus caucaficis. ♃

Magnitudo et *habitus* G. vernae. *Caules* cefpitatim procumbentes: ramulis floriferis erectis. *Folia* lanceolato-linearia acuta quafi mucronata. *Flores* ramulo cui infident longiores fubcampanulati: *corollis* caeruleis decemfidis, laciniis alternis aliquanto breuioribus. *Calycis* tubus dentibus fubulatis plus quam duplo longior.

498. GENTIANA *anguloſa.*

G. corollâ quinquefidâ infundibuliformi caule longiore, foliis ouatis obtufis trineruiis: radicalibus aggregatis, calycibus carinato-alatis.

Occurrit in alpibus Caucaficis. ♃

Habitus et *ſtatura* G. vernae, *flos* vero major et *calyx* G. utriculofae. *Squamae* laciniis corollinis interjectae obtufe bifidae. Eadem ex Sibiriâ etiam allata eſt.

* * * *Corollis fauce ſquamis capillaceo-multifidis, 5-ſeu 4-fidis.*

499. GENTIANA *Amarella.*

G. corollis quinquefidis hypocrateriformibus barbatis: laciniis limbi lanceolatis acutis, foliis lanceolatis, ramis internodiis breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1347.*

Hippion (*axillare*) floribus axillaribus pedunculatis, corollis hypocrateriformibus quadri-quinquefidisue barbatis, caule tetragono, foliis lanceolatis. *Schmidt boem. n. 129. Roem. arch. 1. p. 23. t. 5. f. 13.*

Gentianella alpina unicaulis Bellidis folio. *Bocc. muſ. p. 144. t. 101.*

β. major, ramis longioribus, floribus majoribus, corollis conſtanter quinquefidis: laciniis latioribus.

Creſcit in Caucaſi monte Beſchtau, β circa acidulam Narzana. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

Radix flaua. *Caulis* purpureus. *Rami* floriferi in α internodiis breuiores, in β interdum longiores. Sic var. β hanc cum G. germanicâ autorum conjungere videtur. An utraque vere diuerſa?

500. GENTIANA *caucaſica.*

G. corollis quinquefidis hypocrateriformibus barbatis: laciniis ouatis, calycis truncati dentibus ſubaequalibus ſubulatis, foliis ouato-lanceolatis, ramis aequantibus.

G. Amarella. *Pall. roſſ. 2. p. 104.*

Habitat in alpibus Caucaſicis, autumno florens. ⊙

Facies G germanicae. *Radix* ſordide flauicans. *Caulis* exquiſite angulatus, *ramis* e baſi patulis ſaepe aequantibus. *Calyx* tubo corollae breuior, laciniis peranguſtis diuaricatis. *Corolla* conſtanter quinquefida.

501. GENTIANA *rotata.*

G. corollis quinquefidis rotatis fauce fquamofis: laciniis ouatis, calycinis laciniis oblongo ouatis, foliis ouato-lanceolatis acutiufculis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1351. Froelich monogr. n. 42.*

Swertia rotata. *Pall. roff. 2. t. 89. f. 3. (excluſâ deſcriptione et ic. f. 1. 2.)*

Occurrit in Caucaſi alpeſtribus. ⊙

Swertia rotata *Linn.* et *Gmel. ſib. 4. p. 112. n. 78. t. 53. f. 1* referantur ad G. fulcatam.

* * * * *Corollis 4-fidis hypocrateriformibus, fauce nudis.*

502. GENTIANA *ciliata.*

G. corollis quadrifidis: laciniis ferratis medio inciſo-ciliatis, foliis lanceolatis linearibusque, caule flexuoſo angulato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1351. Jacq. auſtr. 2. t. 113. Hall. hiſt. n. 653.*

Gentianella caerulea fimbriata anguſtifolia autumnalis. *Column. ecphr. p. 222. ic. p. 221!*

Occurrit in alpium Caucaficarum conuallibus. Floret Septembri. ♃

Radix repens. *Caulis* plerumque fimpliciſſimus uniflorus, ſub flore nudus. *Folia* lanceolata et lineari-lanceolata. *Calycis* dentes tubo duplo breuiores patuli. *Corollae* laciniae oblongae ferrulatae et in medio ciliatae. Hanc exacte refert icon Columnae citata. Quae in Germaniâ vulgo occurrit *flore* eſt aliquanto majore, *cauleque* uſque ad calycem foliis veſtito.

UMBELLATAE.

136. ERYNGIUM. Flores capitati. Receptaculum paleaceum.

503. ERYNGIUM *planum.*

E. foliis inferioribus cordato-ouatibus: superioribus palmatis, inuolucris capitulo longioribus subpinnatifidis spinosis, paleis exterioribus tricuspidatis.

E. foliis radicalibus ouatibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1357. Jacq. austr. 4. p. 48. t. 391. Gmel. sib. 1. p. 185. n. 1. S. G. Gmel. it. 1. p. 126. Morisf. hist. 3. sect. 7. t. 35. f. 9.*

In campis apricis promontorii caucasici reperitur. Floret Julio, Augusto. ♃

Inuolucrum subpentaphyllum, capitulo paullo nec duplo longius. *Paleae* exteriores 2-3-cuspidatae, interiores plerumque subulatae integrae.

504. ERYNGIUM *caeruleum.*

E. foliis radicalibus cordato-ouatibus sublobatis: caulinis palmatis, inuolucris indiuisis capitulo quadruplo longioribus, paleis subulatis.

E. foliis radicalibus cordato-ouatis: caulinis palmatis; inuolucri foliolis quinis subulatis basi utrinque spinulâ minimâ armatis, paleis mucronatis. *Marsch. casp. p. 155. app. n. 29. Persoon. enchirid. 1. p. 299.*

E. syriacum. *Lamark dict. 4. p. 759.*

E. foliis radicalibus ouatis crenatis petiolatis, capitulis pedunculatis. *Gronou. orient. n. 76.*

E. syriacum ramosum, capitulis minoribus caeruleis. *Morisf. hist. 3. p. 166. sect. 7. t. 37. f. 13.*

E. caeruleum stellatum montis Libani. *Munting phytogr. cap. 127. p. 455. n. 5. cum. ic.*

E. orientale tenuiter incisum amethystinum, capite caeruleo. *Tournef. cor. p. 23.*

Habitat in Iberiâ circa Tiflin et in Caucasi orientalis campis elatioribus. Floret aestate et passim autumno. ♃

505. ERYNGIUM *maritimum*.

E. foliis radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitulis pedunculatis, paleis tricuspidatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1358. Flor. dan. t. 675. Besl. eyst. aest. ord. 12. fol. 1. n. 1. Morис. hist. 3. sect. 7. t. 36. f. 6. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.*

In sabulis ad littora marina obuium. Floret aestate. ♃

506. ERYNGIUM *campestre*.

E. foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-laciniatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1358. Flor. dan. t. 554. Jacq. austr. 2. p. 35. t. 155. Hall. hist. n. 735. Morис. hist. 3. sect. 7. t. 36. f. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Maxime commune in campis collibusque sterilioribus. Floret Julio. ♃

507. ERYNGIUM *giganteum*.

E. foliis cordatis inciso-serratis sublobatis: involucri ouatis incisis capitulo longioribus, paleis tricuspidatis.

Habitat in Armeniae ibericae alpestribus. ♃

Planta orgyalis, habitu ad E. alpinum accedens, tota amoene caerulea. *Folia* lata subincisa grosse serrata: serraturis subspinosis. *Involucri* foliola etiam lata, caulinis summis subsimilia. *Capitula* oualia. *Paleae* omnes tricuspidatae.

137. SANICULA. Umbellae confertae, subcapitatae. Fructus aculeatus. Flores disci abortientes.

508. SANICULA *europaea*.

S. foliis radicalibus simplicibus, floribus omnibus sessilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1366. Flor. dan. t. 283. Hall. hist.*

n. 737. Riu. pentap. t. 30. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 137.

In ſyluis umbroſiſſimis Tauriae Caucaſique hinc inde obuia. Floret Junio, Julio. ♃

138. ASTRANTIA. Inuolucrum partiale polyphyllum, rotatum, coloratum. Flores plurimi abortientes. Semina ſquamato-ſuberoſa.

509. ASTRANTIA *major.*

A. foliis radicalibus palmato-quinquelobis: lobis ſubtrilobis ciliato-ſerratis, involucris lineari-lanceolatis integerrimis.

A. foliis radicalibus quinquelobis: lobis trifidis acutis dentatis, inuolucris lineari-lanceolatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1368. Hall. hiſt. n. 790. Riuin. pent. t. 67. Moriſ. hiſt. 3. p. 279. ſect. 9. t. 4. f. 1. 2.*

In graminoſis ſubalpinis Caucaſi, circa acidulam Narzana frequens. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caucaſica planta videtur ad *varietatem* minorem pertinere, de quâ Lamark *in dict. enc. 1. p. 323* et Hallerus *loc. cit.* quamque exprimit icon ſecunda Moriſonii, a communi A. majore ſpecie non diuerſam.

510. ASTRANTIA *heterophylla.*

A. foliis tripartitis: lobis ouato-lanceolatis acutis ciliato-ſerratis, caulino medio indiuiſo; inuolucris apice ſpinuloſo-ſerratis.

A. foliis caulinis integris ouatis ariſtato-ſerratis ſeſſilibus, inuolucris apice ciliato-ſerratis. *Willd. in nou. act. berol. 2.*

A. orientalis latifolia, floribus et comâ purpureis. *Tournef. cor. p. 22.*

Habitat in Caucaſi iberici alpe Kaiſchaur. Legi Septembri florentem. ♃

Folia radicalia petiolata, caulina ſeſſilia: duo inferiora ſummumque diſſecta, intermedium ſimplex. *Umbellula* ſaepe in caule ſimpliciſſimo terminalis ſolitaria, interdum nonnullae ex ſummi folii axillâ. *Inuolucrum* umbellulam excedens roſeum: foliolis ouato-lanceolatis ſupra medium ſpinulis marginalibus.

139. BUPLEURUM. Inuolucra umbellulae majuſcula, rotata, 5-phylla. Petala inuoluta. Fructus ouato-oblongus, obtuſus, ſubcompreſſus, ſulcatus. (*Folia indiuiſa. Petala lutea.*)

* *Herbaçea.*

511. BUPLEURUM *rotundifolium.*

B. inuolucris uniuerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1369. Hall. hiſt. n. 767. Gmel. ſib. 1. p. 208. n. 22. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 157.*

Perfoliata. *Riu. pent. t. 45. Moriſ. hiſt. 3. p. 299. ſect. 9. t. 12. f. 1.*

Perfrequens in agris et campis. Floret Junio. ⊙

512. BUPLEURUM *falcatum.*

B. inuolucellis pentaphyllis acutis: uniuerſali ſubpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoſo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1372. Jacq. auſtr. 2. p. 38. t. 158. Hall. hiſt. n. 776.*

Bupleurum. *Riu. pent. t. 44.*

Occurrit rarius in Tauriâ, ad Caucaſum in montoſis elatioribus copioſius. Floret aeſtate. ♃

513. BUPLEURUM *baldenſe.*

B. caule erecto ramoſo, foliis linearibus, inuolucris ſubtetraphyllis inaequalibus umbellulâ breuioribus.

B. baldenſe. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1375. Hoſt. ſyn. opſ. 141.*

B. (*exaltatum*) inuolucro uniuersali partialique ſubpentaphyllo minimo, foliis omnibus linearibus: inferioribus elongatis, caule erecto paniculato. *Marſch. caſp. p. 166. app. n. 30.*

B. junceum. *Pall. ind. taur.*

In pratis maritimis et ad latera collium, tam in Tauriâ, quam in promontorio Caucaſico minime rarum. Floret Junio, Julio. ♃

Caulis ad tres pedes altus: *ramis* virgatis patulis. *Folia* omnia graminea. *Umbella* radiis 5–10: longioribus circiter uncialibus. *Inuolucrum* et *inuolucella* ſubulata minima in hoc genere.

514. BUPLEURUM *Gerardi.*

B. caule erecto ramoſiſſimo, foliis linearibus acuminatis, inuolucro pentaphyllo, inuolucellis pentaphyllis lineari-ſubulatis umbellulâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1375. Jacq. auſtr. 3. p. 31. t. 256. Gmel. ſib. 1. p. 209. n. 24.*

B. inuolucris et inuolucellis pentaphyllis, foliolis lineari-ſubulatis. *Gerard. gallopr. p. 233. t. 9.*

In graminoſis montanis ſiccioribus reperitur. Floret a Julio ad Septembrim. ⊙

Umbella radiis ſubquinis inaequalibus. *Rami* patentiſſimi diuaricati.

515. BUPLEURUM *junceum?*

B. caule erecto paniculato, foliis linearibus, umbellâ depauperatâ, inuolucris triphyllis, inuolucellis ſubpentaphyllis umbellulâ longioribus subulatis.

B. caule erecto paniculato, foliis linearibus, inuolucris triphyllis longitudine umbellae, inuolucellis pentaphyllis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1376? Hall. hiſt. n. 775?*

B. ſemicompoſitum. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae meridionalis lapidoſis. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Praecedente altius, *ramis* filiformibus erecto-patulis. *Folia* fere praecedentis: ramea minima. *Umbellae* in ramis ſubternae axillares pedunculatae: radiis plerumque 2 aut 3 rarius 4, inaequalibus filiformibus. *Involucrum* triphyllum: foliolis ſubulatis umbellâ multoties breuioribus. *Involucella* 4-5-phylla ſubulata umbellulâ duplo longiora. *Habitus* B. juncei; an ob involucrorum breuitatem ſpecie diuerſum?

140. TORDYLIUM. Cor. radiatae. Involucra longa, indiuiſa. Fructus planus, ſuborbiculatus, margine calloſus, crenatus.

516. TORDYLIUM *maximum.*

T. umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciſo-ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1382. Jacq. auſtr. 2. p. 26. t. 142. Hall. hiſt. n. 811. Pall. ind. taur. Riu. pent. t. 1.*

In Tauriâ et in promontorio Caucaſico ad vias, ſepes, hortos et in dumetis paſſim obuium. Floret Majo, Junio. ⊙.

141. CAUCALIS. Cor. ſubradiatae. Fructus ouato-oblongus: utrinque aculeorum diuaricatorum quadruplici ſerie.

517. CAUCALIS *grandiflora.*

C. involucro ſubpentaphyllo pedunculos ſubaequante, involucellis dimidiatis, umbellae radio umbellulis longiore.

C. involucris ſingulis pentaphyllis, foliolo unico duplo majore. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1383. Jacq. auſtr. 1. p. 33. t. 54. Gerard. gallopr. p. 237. n. 6. Hall. hiſt. n. 740. Pall. ind. taur. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. t. 14. f. 3.*

Echinophora pycnocarpos, an Dioscoridis Gingidium? *Column. ecphr. p. 91. ic. p. 94.*

C. prima. *Tabern. Kraeut. p. 290.*

In aruis hinc inde obuia. Floret Junio. ⊙

Planta plerumque glabra aut perpaucis pilis subhirsuta. *Umbella* radiis 3-10. *Inuolucella* foliolis 3: exterioribus umbellulae longitudine, interioribus obsoletis.

518. CAUCALIS *platycarpos.*

C. inuolucro triphyllo subfoliaceo pedunculos aequante, inuolucellis dimidiatis triphyllis, umbellae radio umbellulis breuiore.

C. inuolucro uniuersali subtriphyllo, umbellâ trifidâ, inuolucellis triphyllis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1387. Gerard gallopr. p. 238. n. 17. Morisf. hist. 3. p. 308. sect. 9. t. 14. f. 2.*

Echinophora altera asperior platycarpos. *Column. ecphr. p. 95. ic. p. 94.*

Occurrit in Tauriâ meridionali. Floret Majo. ⊙

Planta pilis erectis tota hirsuta. *Umbellae* radiis 2-3. *Inuolucri* foliola saepe apice folio composito summis caulinis simili aucta. Caeterum *facies* praecedentis.

519. CAUCALIS *daucoides.*

C. umbellis trifidis aphyllis, umbellulis trispermis triphyllis, caulis foliorumque pilis patulis.

C. daucoides. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1384. Jacq. austr. 2. p. 37. t. 157. Gerard. gallopr. p. 236. n. 3. Hall. hist. n. 739. Pall. ind. taur. Morisf. hist. 3. sect. 9. t. 14. f. 6.*

C. leptophylla. *Lamark. dict. 1. p. 657. n. 6.*

Echinophora. *Riu. pent. t. 24.*

Echinophora tertia leptophylla purpurea. *Column. ecphr. p. 96. ic. p. 97.*

In Tauriae agris reſtibilibus rarius obuia. Floret Majo, Junio. ☉

520. CAUCALIS *leptophylla.*

C. umbellis bifidis aphyllis, umbellulis pentaſpermis pentaphyllis, caulis foliorumque pilis proſtratis.

C. inuolucro uniuerſali ſubmonophyllo, umbellâ bifidâ, inuolucellis pentaphyllis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1386. Gerard. gallopr. p. 236. Moriſ. hiſt. 3. p. 305. ſect. 9. t. 14. f. 7.*

C. paruiflora. *Lamark dict. 1. p. 656. n. 4.*

Occurrit in Iberiâ. ☉

521. CAUCALIS *nodoſa.*

C. umbellulis oppoſitifoliis ſolitariis glomeratis pedunculo longioribus.

C. umbellis ſimplicibus ſubſeſſilibus, foliis ſupradecompoſitis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1388.*

Tordylium *(nodoſum)* umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis. *Linn. ſpec. pl. p. 346. Jacq. auſtr. 5. app. p. 40. t. 24. Gerard. gallopr. p. 235. n. 1. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. t. 14. f. 10.*

Torilis nodoſa. *Gaertn. fruct. 1. p. 82. t. 20. f. 6.*

C. ad alas florens. *Riu. pent. t. 35.*

In Tauriae ſiccis lapidoſis reperitur. Floret Majo. ☉

522. CAUCALIS *latifolia.*

C. umbellâ uniuerſali trifidâ: partialibus pentaſpermis, foliis pinnatis ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1384. Jacq. hort. vind. t. 128. Mill. ic. ed. germ. t. 85. Gerard. gallopr. p 237. n. 5. Gmel. it. 3. p. 304. Hall. hiſt. n. 738. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. t. 14. fig. inter 1 et 2 media. Pall. ind. taur.*

Echinophora quarta major platyphyllos purpurea. *Column. ecphr. p. 98. ic. p. 97.*

C. fecunda. *Tabern. Kraeut. p. 290.*

Frequens inter fegetes. Floret Majo, Junio. ⊙.

523. CAUCALIS *orientalis.*

C. umbellâ uniuerfali multifidâ: partialibus polyfpermis, foliis fupradecompofitis: lacinulis minutiffimis, feminum aculeis difco longioribns.

C. umbellis patentibus, foliolis partialibus fupradecompofitis laciniatis: lacinulis linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1386. Lamark dict. 1. p. 658. n. 10. Roy. lugdb. p. 95. n. 5. Pall. ind. taur. Buxb. cent. 3. p. 16. t. 28.*

C. procerior chalepenfis ferulaceis foliis. *Morif. hift. 3. p. 308. fect. 9. t. 14. f. 5.*

C. orientalis altiffima folio Ferulae. *Tournef. cor. p. 23.*

β. Inmilior, glaberrima.

Crefcit in glareofis fteriliffimis promontorii caucafici. *β* in arenâ littorali Tauriae. Floret aeftate. ♂

Inuolucrum foliolo uno alterove caduco. *Inuolucella* 6-8-phylla umbellulâ breuiora. *Flofculi* exteriores radiantes. *Germina* tomentofa. *Semina* aculeis elongatis glochidibus, ut in C. grandiflorâ, et inter aculeos fetis fafciculo pilorum terminatis.

524. CAUCALIS *littoralis.*

C. umbellà uniuerfali fubdecemfidâ: partialibus pentafpermis, foliis fupradecompofitis: lacinulis lineari-fetaceis, feminum aculeis difci longitudine.

Habitat ad littus maris nigri, circa portum Odeffanum frequens. ♂

Statura et *habitus* praecedentis varietatis humilioris, tota quoque glabra. *Dignofcitur* a praecedente: *pinnularum* laciniis paucioribus longioribus, *radiis* umbellae umbellularumque

minus numerosis et praecipue *feminum* aculeis multo breuioribus. Huic *folia* Mei, praecedenti Ferulae orientalis vel Cachryos odontalgicae.

525. CAUCALIS *aruensis.*

C. inuolucro uniuersali subnullo, feminum aculeis creberrimis debilibus, foliis decompositis: pinnulis confluentibus, foliolo extimo lineari-lanceolato.

C. aruensis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1387. Hall. hist. n. 742.*

C. heluetica. *Jacq. hort. vind. 3. t. 16.*

Tordylium Anthriscus. *Pall. ind. taur.*

Communis ad sepes, muros, in dumetis. Floret a Junio ad Augustum. ☉

142. DAUCUS. Cor. subradiatae. Innolucrum polyphyllum, pinnatifidum. Fructus ouatus, hispidus: setarum basi membranâ connexarum utrinque quadruplici serie.

526. DAUCUS *Carota.*

D. feminum costis setoso-hispidis, caule foliisque hispidis: lacinulis incisis. superioribus linearibus.

D. feminibus hispidis, petiolis subtus neruosis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1389. Flor. dan. t. 723. Hall. hist. n. 746. Gmel. sib. 1. p. 186. n. 2. Habl. taur. p. 135.*

D. mauritanicus. *Pall. ind. taur.*

Staphylinus. *Rin. pent. t. 28.*

Copiosissima planta in incultis omnibus, etiam in pratis. Floret Julio. ♂

143. AMMI. Cor. radiatae. Inuolucrum polyphyllum, pinnatifidum. Fructus ouatus. Semina folida, 5-coftata.

527. AMMI *Vifnaga.*

A. foliis fupradecompofitis: lacinulis lineari-filiformibus, umbellae radiis numerofiffimis: fructiferis comiuentibus.

A. foliis decompofitis fubfiliformibus, feminibus inter ftrias villofis, umbellâ uniuerfali bafi coalitâ. *Perfoon enchirid. 1. p. 307.*

Daucus *(Vifnaga)* feminibus laeuibus, umbellâ uniuerfali bafi coalitâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1391. Jacq. hort. vind. 3. t. 26. Riu. pentap. t. 84.*

Vifnaga daucoides. *Gaertn. fruct. 1. p. 92. t. 21. f. 12.*

Gingidium tertium. *Tabern. Kraeut. p. 287.*

In promontorio caucafico orientali et in Iberiae campis prouenit. Floret Julio. ⊙

Ufus umbellularum, poft femina delapfa, ad purgandos dentes, etiam per Caucafum innaluit.

144. BUNIUM. Corollae uniformes. Inuolucra polyphylla f. o. Fructus oblongus, obtufus. Semina folida: coftis 5, obtufis.

* *Corollis albis.*

528. BUNIUM *majus.*

B. pinnulis linearibus, inuolucro fubnullo, inuolucellis breuiffimis.

B. majus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1394. Gouan illuftr. p. 10.*

B. flexuofum. *Smith. brit. 1. p. 301.*

B. Bulbocaftanum. *Curt. lond. Pall. ind. taur.*

Bulbocaftanum alterum, caule firmiore. *Barrel. ic. 244.*

In Tauriae meridionalis agris, inter segetes nascitur. Floret Majo. ♃

Radix tuber simplex globosum. *Folia* Seseli glauco similia. *Inuolucella* unilateralia breuissima. *Semina* formâ subsequentis.

529. BUNIUM *Carui.*

B. pinnis decussatis, pinnulis lineari-lanceolatis confluentibus, inuolucro inuolucellisque subnullis.

Carum *(Carui)* caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis, inuolucro partiali nullo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1470. Flor. dan. t. 1091. Jacq. austr. 4. t. 393. Gmel. sib. 1. p. 220. n. 33. Hall. hist. n. 789. Riu. pent. t. 55.*

Planta in regionibus, de quibus agimus rara. Obseruaui solummodo in jugis subalpinis Caucasi orientalis, nec alibi. Floret Junio. ♂

530. BUNIUM *Falcaria.*

B. pinnulis dilatatis linearibus serrulatis decurrentibus connatis, inuolucro utroque.

Sium Falcaria. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1434. Jacq. austr. 3. p. 32. t. 257. Hall. hist. n. 782. Gmel. sib. 1. p. 201. n. 15. Pall. ind. taur. Riu. pent. t. 47.*

Admodum commune in agris et campis. Floret Junio, Julio. ♃

** *Corollis luteis.*

531. BUNIUM *peucedanoides.*

B. pinnis decussatis, pinnulis linearibus confluentibus, inuolucro utroque.

* ♃

Habitat in herbidis Caucaſi ſubalpini, circa acidulam Narzana, etiam ad latera montis Beſchtau. Floret Julio. ♃

Facies Anethi ſegetum. *Caulis* ſeſquipedalis gracilis ſuperne ramoſus. *Folia* circumſcriptione lanceolata decompoſita: pinnis diuaricatis, laciniis anguſtis lineas 3-4 longis. *Petioli* inferiores elongati, vaginis oblongis. *Umbella* radiis 8-10 longis. *Inuolucrum* uniuerſale partialeque breue: foliolis ſubulatis. *Petala* pallide lutea. *Fructus* Carui.

532. BUNIUM *acaule.*

B. umbellâ radicali, inuolucellis laciniatis umbellulas confertas ſubaequantibus.

Carui orientale acaulon, foliis Chamaemeli. *Tournef. cor. p. 21. (ex autopſiâ herbar. Tournefortii.)*

In ſterilibus, ad latera montis Beſchtau rarius obuium. ♃

Refert praecedentis *varietatem* monſtroſam. *Folia* radicalia praecedentis. *Umbella* radicalis, praeter inuolucella praecedenti ſimilis. *Inuolucella* polyphylla: foliolis apice auctis lacinulis pinnulis conſimilibus abbreuiatis.

145. CONIUM. Inuolucella dimidiata, ſubtriphylla. Fructus ſubgloboſus, 5-ſtriatus, crenatus.

533. CONIUM *maculatum.*

C. ſeminibus ſtriatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1395. Jacq. auſtr. 2. p. 35. t. 156. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 766. Pall. ind. taur.*

Cicuta major. *Lamark dict. 2. p. 3. n. 1.*

Cicuta. *Riu. pent. t. 74.*

In ruderatis et cultis, cum Chenopodiis copioſiſſimum. Floret Majo, Junio. ♂

146. SELINUM. Corollae uniformes. Innolucra polyphylla, fubulata, longa. Fructus compreffus, margine tenuiore acuto cinctus: difci coftis tribus, obtufis. (*Petala alba ſ. ochroleuca.*)

534. SELINUM *caucaſicum.*

S. caule fulcato, inuolucro fubnullo, inuolucellis unilateralibus pendulis, foliolis cuneiformi-ouatis incifis.

Habitat in umbrofis fylvaticis Caucafi iberici. ♃

Facies Liguſtici, ſed *fructus* complanatus obſolete coſtatus Selini. *Caulis* ſeſquipedalis ramoſus ſicut tota planta glaber. *Folia* biternata: *foliolis* teneris latis incifo-lobatis, intermedio ſubtrilobo longius pedicellato. *Umbella* 10-radiata. *Inuolucella* triphylla longa ſubulata, Aethuſae inſtar pendula. *Petala* luteo-alba.

535. SELINUM *Oreoſelinum.*

S. caule ſtriato, inuolucris polyphyllis reflexis, pinnis re-fracto-diuaricatis: pinnulis cuneiformibus ſubtrilobis acutis.

S. foliolis coſtâ refractâ diuaricatis, caule aequali ſubnudo. *Cranz faſc. auſtr. p. 169. Scop. carn. ed. 2. n. 330. Hall. hiſt. n. 803. Riu. pent. t. 8.*

Athamanta Oreoſelinum. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1403. Jacq. auſtr. 1. p. 43. t. 68.*

In Caucaſi ſubalpinis, ad latera herbida collium rarius inuenitur. ♃

Fructus compreſſo-planus in medio ſtriatus omnino hujus generis, nequaquam Athamantae.

536. SELINUM *latifolium.*

S. caule ſtriato, inuolucris polyphyllis, foliolis ouatis cartilagineo-ſerratis baſi inaequalibus, vaginis lanceolatis.

Habitat in promontorii Caucafici herbidis et ad Wolgam, circa coloniam Sareptanam. ♃

Statura et *habitus* Laferpitii latifolii. *Foliola* lata rigida reticulato-venofa ficut tota planta glaberrima: ferraturis minutis argutis, mucrone cartilagineo obliquo terminatis; inferiora ternata, fuperiora folitaria. *Foliolum terminale* bafi decurrente cum pari lateralium proximo faepe confluens. *Vaginae* amplae patentes: fuperiores foliolis obfoletis. *Umbellae umbellulaeque* radiis circiter 20. *Inuolucra* et *inuolucella* polyphylla: foliolis fubulatis. *Petala* alba. *Semina* majora quam in congeneribus, pene ut in Ferulà. *Conuenit* cum Laferpitiis latifoliis *habitu*, ficut Laferpitium aquilegifolium cum Selinis *fructu*.

147. ATHAMANTA. Corollae uniformes. Inuolucra polyphylla, fubulata. Fructus ouato-oblongus. Semina folida: coftis quinque, cartilagineis, laeuibus. (*Petala alba.*)

537. ATHAMANTA *Libanotis.*

A. foliis bipinnatis planis, umbellà hemifphaericâ, feminibus hirfutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1400. Jacq. auftr. 4. p. 48. t. 392. Hall. hift. n. 744. Riu. pent. t. 37.*

Abundat in campis herbidis apricis ad Caucafum. Floret Julio. ♃

538. ATHAMANTA *alata.*

A. foliis fupradecompofitis, pinnulis oblongis incifo-ferratis, inuolucellis fetaceis umbellulas aequantibus, caule membranaceo-alato.

Habitat in Caucafo fubalpino, circa acidulam Narzana frequens. Floret aeftate. ♃

Planta *facie* Chaerophylli glaberrima. *Pinnularum* ferraturae argutae, quafi mucronatae. *Caulis* imprimis fub umbellà angulis membranaceis. *Umbellae umbellulaeque* radiis ad 40.

Inuolucrum foliolo uno alteroue fubulato. *Inúolucella* polyphylla. *Petala* ante explicationem rofea, dein alba. *Antherae* atropurpureae. *Semina* exacte praecedentis, glabra.

148. PEUCEDANUM. Corollae uniformes. Inuolucra breuia: uniuerfale obfoletum. Fructus compreffo-planus, margine tenuiore cinctus: difci coftis tribus, obtufis f. obliteratis. *(Petala lutea.)*

539. PEUCEDANUM *ruthenicum.*

P. foliis triternatis, pinnulis linearibus acutis longiffimis, pedicellis longitudine fructus.

P. officinale. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Roffiae meridionalis campis apricis ficcioribus fere omnibus. Floret Julio, Auguſto. ♃

Statura habitusque omnis P. officinalis. *Differt foliis* minus compoſitis et praecipue *umbellularum* radiis breuibus. *Inuolucrum inuolucellaque* breuiffima.

P. officinale, ut rite ab hoc dignoſcatur, erit *definiendum:* P. foliis quinquies tripartitis, pinnulis linearibus acutis longiffimis, pedicellis fructu longioribus.

540. PEUCEDANUM *tauricum.*

P. foliis quinquies tripartitis, pinnulis linearibus acutis breuibus, pedicellis longitudine fructus.

Habitat in Tauriae pratis montanis rarius. Floret cum praecedente. ♃

Planta antecedente paullo minor et gracilior. *Folia* multo minora, quamuis magis compoſita: *pinnulis* quadruplo breuioribus. An *varietas?*

541. PEUCEDANUM *Silaus.*

P. foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis, inuolucro uniuerſali diphyllo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1406. Jacq. auſtr. 1.*

p. 12. t. 15. Hall. hiſt. n. 797. Gmel. ſib. 1. p. 189. n. 5. Pall. ind. taur.

Seſeli pratenſe. *Riu. pent. t. 59.*

β. foliolorum laciniis breuioribus obtuſiuſculis cum mucrone minimo, inuolucellis longioribus.

Frequens in campis apricis argillosis ad Caucaſum et in Taurià ad Boſphorum. Var. *β* in Albaniae ibericae campis, ad fluuium Alazonium reperitur. Floret Junio, Julio. ♃

Planta taurico-caucaſica vulgari altior et rigidior, *inuolucellisque* breuioribus: iberica, quoad *inuolucella* vulgari ſimilis, diſcedit *pinnulis* conſertioribus et obtuſioribus. Utraque tamen inter ſe et a vulgari *ſpecie* vix diffiert.

542. PEUCEDANUM *alſaticum.*

P. foliis ſupradecompoſitis planis. pinnulis ouatis inciſis neruoſis: laciniis lanceolatis dinergentibus.

P. foliolis pinnatifidis: lacinulis trifidis obtuſiuſculis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1407. Jacq. auſtr. 1. p. 45. t. 70. Hall. hiſt. n. 798.*

Abundat in pratis, imprimis ſyluaticis. Floret Julio, Auguſto. ♃

149. CRITHMUM. Corollae uniformes. Inuolucrum polyphyllum, breue: foliolis latiuſculis. Fructus ouato-oblongus, obtuſus, ſulcatus, compreſſiuſculus.

543. CRITHMUM *maritimum.*

Cr. foliis triternatis, foliolis lineari-lanceolatis carnoſis.

Cr. foliolis lanceolatis carnoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1408. Jacq. hort. vind. 2. t. 187. Pall. ind. taur.*

Crithmus tertius. *Tabern. Kraeut. p. 299.*

Creſcit ad Pontum Euxinum, circa ruinas antiquae Tauriae urbis Cherſoneſi. ♄

150. CACHRYS. Corollae uniformes. Fructus ouatus, fuberofo-corticatus: fuperficie variâ, nucleo diftincto.

544. CACHRYS *alata.*

C. fructibus ouatis decemalatis, foliolis fubulatis hifpidis.

Laferpitium (*ferulaceum*) foliolis linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1420. Lamark dict. 3. p. 426. n. 11.*

C. orientalis Ferulae folio, fructu alato plano. *Tournef. cor. p. 23. it. 2. p. 286. cum icone.*

Crefcit in Caucafi orientalis collibus graminofis. Floret Majo, Junio. ♃

Folia fupradecompofita hirta. *Pinnulae* plerumque ternatae et *inuolucella* breuia. *Fructus* hujus generis maximi, maturi fufcefcentes nitidi. *Semina* fingula alis 5 latiufculis undulatis, nucleo oblongo utrinque acuto.

545. CACHRYS *odontalgica.*

C. fructibus fubcylindricis obtufiffimis laeuigatis, foliolis linearibus hirfutis.

C. foliis bipinnatis: foliolis lanceolato-linearibus pubefcentibus, feminibus laeuiffimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1409. Pall. it. 3. p. 720. app. n. 75. t. G. f. 1-3. Gaertn. fruct. p. 274. t. 140. f. 3.*

Perfrequens in defertis vaftis caucafico-cafpicis, praefertim in arenâ mobili. Floret Majo. ♃

546. CACHRYS *alpina.*

C. fructibus oualibus: fulcis obliteratis, foliolis linearibus elongatis glabris.

C. an Libanotis? *Pall. ind. taur.*

Vetulam jamque fructiferam legi, in fummis Tauriae montibus, Julio. ♃

Pinnulae facpe ternatae plus quam unciales glabrae et glaucefcentes. *Umbella* radiis circiter 10. *Inuolucrum* et *inuolucella* breuiffima. *Fructus* praecedente breuiores, fed latiores, fulcis nonnullis obliteratis, caeterum laeues. A C. Libanotide Linn. aeque ac a C. Morifonii Vahlii *differt pinnularum* longitudine et *fructu* nec profunde fulcato ut in priore, nec plane laeui ut in pofteriore.

547. CACHRYS *microcarpa.*

C. fructibus fubglobofis glabris ftriatis: ftriis crenatis, foliolis fetaceis.

C. foliis tripartito-decompofitis: foliolis fetaceis, feminibus glabris: ftriis crenatis. *Marfch. caſp. p. 157. app. n. 31. Perſoon enchirid. 1. p. 311.*

C. foliis Peucedani, femine fulcato aſpero minore. *Tournef. cor. p. 23. Morif. hiſt. 3. p. 267. ſect. 9. t. 1. f. 1.*

In Caucafo fubalpino et demiffiore, locis apricis minime rara. Floret Julio. ♃

Dignofcitur ab affini C. ficulâ *inuolucris inuolucellisque* brenibus et *femine* duplo minore crenulato nec muricato.

548. CACHRYS *taurica.*

C. fructibus ouatis ftriatis: ftriis tuberculatis, foliolis linearibus elongatis, floribus dioicis.

C. foliis bipinnatis: foliolis linearibus acutis, feminibus fulcatis tuberculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1410.*

Sanicula *(crithmifolia)* foliis decompofitis linearibus, umbellis trifidis. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 3. (Planta femina.)*

Artedia fquamata. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae collibus graminofis, circa oppidum Karaſſubaſar. Floret Majo. ♃

Facies Pimpinellae dioicae, imprimis plantae maſculae; ut, quum vulgo promiſcue creſcant et floreant, e longinquo aegre utramque dignoſcas. *Umbellae maſculae* numeroſae: radiis circiter 8; *femineae* pauciores: radiis elongatis communiter 2-3-4. *Inuolucra* et *inuolucella* breuia. *Petala* inflexo-emarginata alba. *Styli* reflexi. *Stigmata* obtuſa. *Fructus* ouato-oblongi obtuſi. *Semina* corticata, coſtis 4-6: tuberculis ſquamatis albis ita crebris, ut totam ſuperficiem occupent. Nihil mihi cum *Saniculâ* commune habere videtur, ad quam nuper a Clariſſ. Willdenouio relata eſt.

549. CACHRYS *latifolia.*

C. fructibus ouatis ſulcatis laeuibus, pinnulis ternatis lanceolatis ſublobatis ferratis: lateralibus decurrentibus, intermediâ petiolatâ.

Habitat in Caucaſo ſubalpino, circa acidulam Narzana. ♃

Planta mihi haud ſatis nota, quam jam emarcidam cum maturis feminibus legi. *Caulis* 3-4-pedalis ſulcato-angulatus. *Folia* per trichotomiam decompoſita, vaginâ auriculatâ: pinnulis ternatis latis ſublobatis ferratis hirtis. *Semina* majuſcula, coſtis diſci tribus obtuſis, praeterea laenia et glabra. Videtur *accedere* ad C. creticam et panacisfoliam *Lamarkii;* ſed ab utrâque *ſeminibus* nec aſperis, nec hirſutis *diſtincta.*

151. FERULA. Umbellae proliferae. Corollae uniformes. Inuolucra breuia. Fructus ouatus, compreſſo-planus: ſtriis utrinque tribus, margine craſſiuſculo. (*Semina magna.*)

550. FERULA *orientalis.*

F. foliorum ramificationibus baſi nudis: pinnulis linearifetaceis breuiſſimis pubeſcentibus, vaginis caulinis cucullatis patulis ſubaphyllis.

F. foliorum pinnis basi nudis, foliolis setaceis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1412. Lamark. dict. 2. p. 455. n. 5. Pall. ind. taitr.*

F. orientalis folio et facie Cachryos. *Tournef. cor. p. 22. itin. 3. p. 239. t. 239.*

Occurrit rarius in apricis argillosis steriliſſimis, circa Tauriae oppida Kertsch et Jenikale. Floret Junio. ♃

Folia maxime compositа tenuissime laciniata. *Vaginae* maximae. *Planta* praeter folia tota glaberrima.

551. FERULA *caspica.*

F. foliorum ramificationibus basi nudis: pinnulis breuissimis acutis confluentibus glabris, vaginis cucullatis patulis subaphyllis.

Legi in deserto cancasico-caspio, ad viam publicam inter Astrachan et Kisljar, quadraginta a posteriori oppido leucas rossicas. ♃

Obscura mihi *planta facie* praecedentis, quam juuenem et nondum explicatis floribus tantum vidi. *Folia* glabra, ramificationibus magis quam in praecedente elongatis: pinnulis aeque breuibus, sed latioribus et in pinnae furcatae speciem basi confluentibus. Ulterius hanc determinent botanici, Julio Augustoue per loca indicata iter facturi.

552. FERULA *nodiflora.*

F. foliorum ramificationibus basi appendiculatis: pinnulis linearibus glabris, umbellis pedunculatis subuerticillatis.

F. foliolis appendiculatis, umbellis subsessilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1413. Jacq. austr. app. p. 28. t. 5. Scop. carn. ed. 2. n. 337. Lamark dict. 2. p. 456. n. 7.*

F. durior, seu rigidis et breuissimis foliis. *Bocc. mus. p. 14. t. 16.*

Panax asclepium Ferulae facie. *Lob. ic. 783.*

In campis herbidis tam Tauriae quam ad Caucasum minime rara. Floret Junio. ♃

152. LASERPITIUM. Corollae uniformes. Involucra polyphylla. Fructus ouato-oblongus: angulis membranaceo-alatis.

553. LASERPITIUM *aquilegifolium.*

L. foliolis obtusis basi rotundatis lobatis, feminum aliis angustissimis.

L. aquilegifolium. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1415. Jacq. austr. 2. p. 29. t. 137. Gmel. sib. 1. p. 193. n. 9. Morif. hist. 3. sect. 9. t. 3. f. 3. Pall. ind. taur.*

Siler aquilegifolium. *Gaertn. fruct. 1. p. 92. t. 22. f. 1. Riu. pent. t. 64.*

Abundat in Tauriae Caucasique nemoribus et ad sylvarum margines. Floret Junio. ♃

Semina ouata connexula immarginata: costis tribus submembranaceis margineque crassiusculo albicantibus: quibus alternatim interjectae sunt striae quatuor obsoletae. *Planta* vix sub hoc genere relinquenda: an ad *Ligusticum* transferenda, vel sub peculiari *Sileri* genere recensenda?

554. LASERPITIUM *hispidum.*

L. foliolis cuneiformi-ouatis inciso-serratis, nervis subtus caule umbellisque hispidis.

L. prutenicum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae Caucasique glareosis, nec non ad margines sylvarum. Floret Julio, Augusto. ♃

Differt ab affini L. prutenico *caule* breuiore ramosiore, *foliolis* minoribus rotundioribus: laciniis breuioribus, *petalis* ochroleucis, *pilis* per totam plantam longioribus et rigidioribus praecipue umbellarum; denique *odore* forti Apii.

555. LASERPITIUM *caucaſicum.*

L. foliolis cuneiformibus pinnatifidis: laciniis linearibus obtuſiuſculis, inuolucro uniuerſali ſubpinnatifido, caule glabro.

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur. ♃

Affine L. daurico, ſed minus *cauleque* viridi glabro parum ramoſo. *Folia* minus compoſita fere L. ſimplicis: pinnis pinnulifque ſeſſilibus, laciniis longioribus. *Inuolucri uniuerſalis* foliolum unum alterumue lacinulâ laterali auctum. *Inuolucella* polyphylla ſubulata umbellulâ breuiora.

153. HERACLEUM. Corollae difformes, ſubradiatae. Inuolucra breuia: uniuerſale obſoletum. Fructus ellipticus, compreſſo-planus, emarginatus, ſtriatus: coſtâ marginem cingente. (*Petala alba aut albo-viridia.*)

556. HERACLEUM *anguſtifolium.*

H. foliolis lanceolatis decuſſiue pinnatifidis dentatis, umbellis aequalibus.

H. foliis cruciato-pinnatis: foliolis linearibus, corollis floſculoſis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1422. Jacq. auſtr. 2. p. 46. t. 173.*

Sphondylium hirſutum minus, foliis tenuiter laciniatis. *Pluk. phyt. 63. f. 3.*

Panax heracleum alte, acute et tenuius inciſis foliis. *Barrel. ic. 707. bona.*

In ſyluis Caucaſi iberici ſub arboribus Septembri legi.

Minus affinibus plerisque. *Folia* pinnata: pinnis oblongis inciſo-ſerratis, baſi extus lobo diuergente auctis. In *ſummis foliis* foliola lobique linearia.

557. HERACLEUM *longifolium.*

H. foliolis inferioribus ouatis fublobatis ferratis: fuperioribus cruciato-pinnatis linearibus, umbellis radiantibus.

H. longifolium. *Jacq. auſtr. 2. p. 46. t. 174.*

H. protheiforme. δ. palmatum. *Cranz. auſtr. p. 155.*

H. Sphondylium. γ. foliis anguſtioribus. *Lamark dict. 1. p. 402.*

H. anguſtifolium. β. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1422.*

Occurrit ad latera graminoſa montium, circa acidulam Narzana, Julio florens. ♂

Foliola ſaepe bijuga, cum impari. *Inuolucrum* et *inuolucella* obſoleta. *Floſculi* radii umbellae petalis tribus valde diſformibus ad tres lineas longis: intermedio profunde bipartito; omnibus niueis.

Mallem hoc cum *Cranzio* et *Lamarkio* H. Sphondylio aſſociare, quam cum *Willdenouio* ad praecedens referre.

558. HERACLEUM *ſibiricum.*

H. foliolis ouatis angulatis fublobatis confluentibus, umbellis aequalibus.

H. foliis pinnatis; foliolis quinis: intermediis ſeſſilibus, corollulis uniformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1422. Lamark dict. 1. p. 402. n. 3.*

H. auſtriacum. *Pall ind. taur. Habl. taur. p. 162.*

Paſtinaca foliis ſimpliciter pinnatis, foliolis pinnatifidis. *Gmel. ſib. 1. p. 218. n. 30. t. 50.*

In herbidis ſubhumidis ad riuulorum margines, inter Tuſſilagines, Sonchos, Inulas frequens. Floret aeſtate. ♂

Folia compoſita: *foliolis* baſeos petiolatis et tribus ſupremis ternatis confluentibus; intermediis ſimplicibus. *Petala* luteoviridia.

559. HERACLEUM *pyrenaicum.*

H. foliis fimplicibus lobatis denticulatis fubtus tomentofis, umbellis aequalibus, feminibus margine ciliato-fcabris. *Marfch. caſp. p. 158. app. n. 32.*

H. foliis fimplicibus cordato-palmatis: fupra glabris, fubtus tomentofis albis, feminibus orbiculatis. *Lamark dict. 1. p. 403. n. 7.*

H. Panaces? *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

Sphondylium orientale ampliffimo folio, caule breui. *Tournef. cor. p. 22.*

Creſcit in ſterilibus glareoſis ad rivulorum margines et in abruptis ad Caucaſum, etiam in Taurià meridionali. Floret Majo, Junio. ♃

Affine H. alpino, ſed *ſtaturà pube* et *foliorum* margine denticulato ſatis *diſtinctum.* Odor huic fortis non ingratus rutaceus.

560. HERACLEUM *liguſticifolium.*

H. foliis decompoſitis: foliolis quinatis ternatisque ſubrotundis inciſo-ſerratis, umbellis radiantibus.

Rariſſimam plantam legi in Tauriae collibus ſaxoſis ad fontes rivi Salgir. Floret Majo, Junio. ♂

Planta tota villis albis mollibus pubeſcit. *Caulis* pedalis ſuperne ramoſus. *Pinnulae* multo quam in praecedentibus minores: extimis confluentibus. *Umbellae* facie H. Sphondylii. *Involucrum* obſoletum. *Involucella* foliolis minimis ſubulatis. *Petala* alba. *Fructus* generis, villoſus.

561. HERACLEUM *abſinthifolium.*

H. foliis ſupradecompoſitis: pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus breuiſſimis; umbellis aequalibus, fructibus villoſis.

H. abſinthifolium. *Ventenat plant. ſelect. p. 22. t. 22.*

Tordylium *(abſinthifolium)* incanum, foliis decompoſitis: foliolis cuneiformibus trifidis, corollis ſubuniformibus, fructu villoſo. *Perſoon enchirid. 1. p. 314.*

Sphondylium orientale humilius foliis Abſinthii. *Tournef. cor. p. 22.*

Occurrit in regionibus caucaſicis, circa montem Beſchtau et in Iberiâ, circa Tiflin. ♃

Habitus a Heracleo alienus, ob *folia* maxime compoſita et diſſecta, fere Cachryos odontalgicae. *Umbellae* autem et *ſemina* hujus generis.

154. SIUM. Corollae uniformes. Involucra polyphylla, longa. Fructus ouatus. Semina ſolida, gibba: coſtis obtuſiuſculis.

562. SIUM *latifolium.*

S. foliolis lanceolatis aequaliter argute ſerrulatis, caule erecto ſuperne ramoſo, umbellis terminalibus.

S. foliis pinnatis, umbellâ terminali. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1431. Jacq. auſtr. 1. p. 42. t. 66. Flor. dan. t. 246. Hall. hiſt. n. 777. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

Sium. *Riu. pent. t. 78.*

β. foliis anguſtioribus lineari-lanceolatis. *Gmel. ſib. 1. p. 201. n. 114. t. 47.*

Copioſum ad foſſas et riuulos, locisque aliis humentibus. Floret Junio, Julio. ♃

Inuolucrum uniuerſale deſiçere Hallerus aſſerit, equidem ſemper adeſſe obſeruaui.

563. SIUM *anguſtifolium.*

S. foliolis ouato-lanceolatis ſublobatis ſerratis, umbellis oppoſitifoliis pedunculatis, inuolucro pinnatifido.

S. foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1431. Jacq. austr. 1. p. 42. t. 67. Retz. obs. 1. p. 14. Hall. hist. n. 778.*

S. nodiflorum. *Flor. dan. t. 247.*

S. minus. *Riv. pent. t. 79.*

In fossis rivulisque tardius fluentibus ad Caucasum reperitur. Floret Julio, Augusto. ♃

155. SISON. Corollae uniformes. Involucra subtetraphylla. Fructus ovatus, compressiusculus: costâ marginali, discique tribus.

564. SISON *falsum.*

S. foliis decompositis caducis radicalibus: pinnulis confertis verticillato-fasciculatis brevissimis setaceis, caule *nodoso*: vaginis aphyllis.

S. foliis radicalibus compositis: foliolis subverticillato-fasciculatis lanceolatis, caule aphyllo, ramis umbelliferis dichotomis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1438. Suppl. p. 181.*

Peucedanum rediviuum. *Pall. in act. Petrop. a. 1779. p. 252. t. 8.*

Non infrequens in plagis argillosis bituminosis et subsalsis, circa Tauriae oppida Kertsch et Jenikale. Floret Augusto. ♃

Fructus inter Ferulam et Peucedanum quasi medius. *Petala* pallide lutea. *Odor* totius plantae acri-aromaticus.

156. OENANTHE. Flosculi difformes: disci fertiles, steriles. Fructus striatus, obtusus, calyce et pistillo coronatus.

565. OENANTHE *pimpinelloides.*

Oe. foliolis radicalibus cuneatis fissis: caulinis integris linearibus longissimis simplicibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1442.*

Jacq. auſtr. 4. p. 49. t. 394. Scop. carn. ed. 2. n. 364. Sabbat. hort. 5. t. 83. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. t. 7. f. 3.

Oe. globuloſa. *Pall. ind. taur.*

Oe. Karſthia. *Hacquet plant. carn. 10. t. 3.*

Occurrit in Taurià meridionali rarius. Floret Julio. 2

157. PHELLANDRIUM. Floſculi diſci minores. Fructus oblongus, laeuis, coronatus perianthio et piſtillo.

566. PHELLANDRIUM *aquaticum.*

Ph. foliorum ramificationibus diuaricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1444. Hall. hiſt. n. 757. Gmel. ſib. 1. p. 208.*

Cicutaria paluſtris. *Tabern. Kraeut. p. 1170.*

Creſcit in paludibus circa oppidum Moſdok et ad riuum Podkumok, prope caſtellum Georgopolitanum. Floret aeſtate. ♂

158. AETHUSA. Corollae uniformes. Inuolucella dimidiata, pendula. Fructus ſubrotundo-ouatus, profunde ſulcatus: coſtâ marginali, diſcique utrinque tribus compreſſis.

567. AETHUSA *Cynapioides.*

Ae. foliolis omnibus oblongis pinnatifidis acutis, inuolucellis longitudine umbelluiae.

Habitat in glareoſis ad riuum Podkumok, circa fortalitium Georgopolitanum Caucaſi. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Affinis Ae. Cynapio, ſed major atque ramoſior, ſcilicet tripedalis et ultra. *Inuolucella* umbellulam vix aequant, nec ut in Cynapio multo longiora.

159. CORIANDRUM. Corollae radiantes. Inuolucella dimidiata. Fructus didymus. Semina fubgloboſa, obſolete ſtriata.

568. CORIANDRUM *teſticulatum.*

C. fructu bipartito: feminibus ſphaericis laeuiſſimis.

C. fructibus didymis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1448. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

C. ſylueſtre foetidiſſimum. *C. B. Seguier veron. 2. p. 28. Moriſ. hiſt. 3. p. 269. ſect. 9. t. 11. Pluk. almag. t. 169. f. 2.*

Inter Tauriae ſegetes nimis frequens. Floret Majo, Junio. ⊙

Semina exacte ſphaerica laeuiſſima nigro-nitida.

160. SCANDIX. Corollae ſubradiantes. Inuolucella polyphylla, apice laciniata. Fructus longiſſime roſtratus, hiſpidulus.

569. SCANDIX *Pecten.*

Sc. feminum roſtro bifariam pubeſcente, foliolis multipartitis linearibus, caule glabriuſculo, umbellae ſubtrifidae radiis breuiſſimis.

Sc. feminibus roſtro longiſſimo, foliolis multifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1449. Jacq. auſtr. 3. p. 35. t. 236. Curt. lond. Flor. dan. t. 842. Gaertn. fruct. 2. p. 33. t. 85. f. 8. Hall. hiſt. n. 754. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.*

Scandix. *Riu. pent. t. 38.*

In Tauriâ meridionali, locis ſiccioribus prouenit. Floret Aprili, Majo. ⊙

570. SCANDIX *pinnatifida.*

Sc. feminum roſtro undique pubeſcenti-ſcabro, foliolis inuolucellisque multipartitis linearibus, caule incano, umbellae ſubtrifidae radiis breuiſſimis.

Sc. innolucris pinnatifidis, foliis digitatis: laciniis multifidis. *Ventenat hort. celſ. p. 14. t. 14. Perſoon enchirid. 1. p. 319.*

Chaerophyllum pinnatifidum. *Poiret in dict. enc. 5. p. 144. n. 16.*

Occurrit in Tauriâ, circa Sudak. Floret Majo. *D. Steuen.* ⊙

Statura praecedentis, cui proxima. *Folia* latiora quam affinium, ob pinnas primarias laterales intermediâ vix minores; hinc quaſi digitata ſeu ternata. *Lacinulae* etiam longiores quam in affinibus. *Umbellae* aequales *pedunculo* folio longiore ſultae, *radiis* breuiſſimis. *Inuolucella* compoſita pinnis foliorum conſimilia. *Umbellulae* confertae. *Semina* 8-10 in quauis umbellulâ formâ fere praecedentis, ſed roſtro undique pubeſcenti-ſcabro *ſtyloque* perſiſtente breuiſſimo terminata: nec lineae dimidium fere longo, ut in affinibus.

571. SCANDIX *auſtralis.*

Sc. feminum roſtro undique hirto, foliolis multipartitis linearibus, caule hirſuto, umbellulis ſubſolitariis: pedunculis filiformibus.

Sc. feminibus ſubulatis hiſpidis, floribus radiatis, caulibus laeuibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1450.*

Sc. cretica minor, ſiue Sc. ſemine roſtrato italica. *C. B. prodr. p. 78. Moriſ. hiſt. 3. p. 304. ſect. 9. t. 11. f. 3. 4.*

Aniſomarathrum apulum. *Column. ecphr. p. 89. ic. p. 90.*

Occurrit cum praecedente eodemque tempore floret. ⊙

Statura Sc. Pectinis. *Umbellulae* plerumque ſolitariae, rarius geminae: pedunculis longiſſimis filiformibus. *Corollulae* vix radiantes albae.

572. SCANDIX *grandiflora.*

Sc. feminum roſtro undique hirto, foliolis multipartitis linearibus, caule umbellaeque ſubquinquefidae radiis hirſutis, corollis radiantibus: petalo obouato.

Sc. feminibus pedunculo villoſo breuioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1452. Lamark dict. 1. p. 686. n. 16.*

Sc. orientalis flore maximo. *Tournef. cor. p. 23. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

Sc. cretica major. *C. Bauh. proir. p. 78.*

In Tauriae campis, imprimis circa portum Theodoſianum et in Iberiâ reperitur. Floret Majo, Junio, poſt praecedentes. ⊙

Caulium baſis et *umbellae* radii pilis patulis longis valde hirſuti.

573. SCANDIX *falcata.*

Sc. feminum roſtro bifariam hirto, foliolis multipartitis linearibus, caule glabriuſculo, corollis radiantibus: petalo emarginato.

Sc. falcata. *Londes in act. ſoc. nat. cur. moſq. 1. p. 57. t. 5.*

Habitat in Iberiâ. ⊙

Statura, habitus et *affinitas* praecedentis ſumma. *Differt caule* vel toto glabro vel pilis paucis minutis ſubpubeſcente, *umbellae* radiis glabris, *corollarum* ambitus *petalo* exteriore minore anguſtiore emarginato et *ſeminum* roſtro bifariam nec undique piloſo.

161. ANTHRISCUS. Umbellae ſubaequales, 2-3-fidae. Involucella polyphylla, ſubulata, patula. Fructus oblongus, teretiuſculus, hiſpidus, ſtylo perſiſtente mucronatus.

574. ANTHRISCUS *Caucalis.*

A. caule aequali, fructibus longitudine pedicelli.

A. (*vulgaris*) feminibus ouatis hiſpidis, caule laeui, umbellis ſublateralibus, petiolo margine villoſo-ciliato. *Perſoon enchirid. 1. p. 320.*

Scandix (*Anthriſcus*) feminibus ouatis hiſpidis, corollis uniformibus, caule laeui. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1450. Flor. dan. t. 863. Jacq. auſtr. 2. p. 35. t. 154. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 743. Pall. ind. taur.*

Caucalis ſcandicina. *Roth. germ. 2. p. 312.*

Caucalis folio Cerefolii. *Riu. pent. t. 34.*

In incultis Tauriae meridionalis paſſim obuius. Floret Aprili, Majo. ⊙

575. ANTHRISCUS *Scandix.*

A. caule geniculis tumidis, fructibus pedicello longioribus.

A. (*nodoſa*) feminibus ſubcylindricis hiſpidis, caule hiſpido: geniculis tumidis. *Perſoon enchirid. 1. p. 320.*

Scandix nodoſa. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1451. Jacq. hort. vind. 3. t. 25. Moriſ. hiſt. 3. p. 303. ſect. 9. t. 10. f. 4. Pall. ind. taur.*

Torilis macrocarpos. *Gaertn. fruct. 1. p. 83. t. 20.*

A. creticus. *Riu. pent. t. 39.*

In ſaxoſis inumbratis Tauriae hinc inde legi. Floret Majo. ⊙

162. CHÆROPHYLLUM. Umbellae multifidae, radiantes. Inuolucella polyphylla, ſubulata, reflexa. Fructus lineari-ſubulatus, ſolidus, laeuis ſ. obſolete coſtatus.

* *Fructu coſtis ſulcisque nullis.*

576. CHÆROPHYLLUM *ſylueſtre.*

Ch. caule ſtriato glabro: geniculis tumidiuſculis, foliolis

ouato-lanceolatis inciso-ferratis nitidis: neruis subtus pilosis, fructibus laeuissimis.

Ch. caule striato, geniculis tumidiusculis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1452. Jacq. austr. 2. p. 31. t. 149. Curt. lond. Hall. hist. n. 748. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 139.*

Cerefolium sylueftre. *Riu. pent. t. 44.*

Occurrit in herbidis inumbratis. Floret Majo. ♃

577. CHÆROPHYLLUM *nemorosum.*

Ch. caule geniculis tumidiusculis, foliolis ouato-lanceolatis inciso-ferratis nitidis: neruis subtus pilosiusculis, fructibus tuberculato-hispidis.

Ch. feminibus nitidis hispidis. *Gmel. sib. 1. p. 209. n. 25. t. 49. a. b.*

Ch. perenne Cicutae folio, feminibus asperis. *Amm. ruth. n. 120.*

In syluis ad fluuium Terek sub arboribus frequens. Floret Majo. ♃

Simillimum praecedenti, sed *feminibus* hispidis abunde distinctum. An ideo ad *Anthriscum* referendum?

578. CHÆROPHYLLUM *satiuum.*

Ch. caule aequali, foliolis ouatis incisis pilosiusculis, umbellis sessilibus, fructibus laeuissimis.

Ch. feminibus laeuibus, umbellis lateralibus subsessilibus, inuolucro uniuersali foliiformi. *Persoon. enchirid. 1. p. 320.*

Scandix *(Cerefolium)* feminibus nitidis ouato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1450. Jacq. austr. 4. p. 47. t. 390. Hall. hist. n. 747. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Cerefolium. *Riu. pent. t. 43.*

In nemoribus sub arboribus occurrit. Floret Majo. ☉

* * *Fructibus ſtriatis ſulcatisque.*

579. CHÆROPHYLLUM *bulboſum.*

Ch. caule baſi hiſpido maculato: geniculis tumidis, foliorum ſuperiorum laciniis linearibus, fructibus ſtriatis.

Ch. caule laeui geniculis tumido baſi hirto. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1453. Jacq. auſtr. 1. p. 40. t. 63. Hall. hiſt. n. 752. Gmel. ſib. 1. p. 211. n. 27. Pall. ind. taur.*

Myrrhis foetens. *Riu. pent. t. 50.*

Copioſum in herbidis inumbratis. Floret Junio. Radix edulis, ſapida. ♃

580. CHÆROPHYLLUM *temulum.*

Ch. totum hirtum, caule geniculis tumidiuſculis, foliolis obtuſis obtuſeque ſerratis, fructibus ſtriatis.

Ch. caule ſcabro, geniculis tumidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1454. Jacq. auſtr. 1. p. 41. t. 65. Hall. hiſt. n. 750.*

Ch. hirſutum. *Pall. ind. taur.*

Myrrhis. *Riu. pent. t. 49.*

In ſyluis ad fluuium Terek ſub arboribus reperitur. Floret Majo, Junio. ⊙

581. CHÆROPHYLLUM *aureum.*

Ch. caule ſubaequali baſi hiſpido, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis: coſtis neruiſque ſubtus hirſutis, fructibus ſulcis obliteratis.

Ch. caule aequali, foliolis inciſis, ſeminibus coloratis ſulcatis muticis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1457. Jacq. auſtr. 1. p. 40. t. 64. Hall. hiſt. n. 749. Rupp. jen. ed. Hall. p. 282. t. 5. bona. Pall. ind. taur.*

Myrrhis altera parua. *Lob. ic. 734. Moriſ. hiſt. 3. p. 301. ſect. 9. t. 10. f. 2.*

Creſcit in pratis montanis, circa acidulam Narzana. Floret Junio. ♃

Semina majuſcula ſtraminea ſulcis 4 obſoletis leuiter exarata, quorum medium in ſtriam tenuiſſimam extuberat.

582. CHÆROPHYLLUM *roſeum.*

Ch. caule aequali foliisque multipartitis glabris: laciniis linearibus, inuolucris hirſutis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Planta facie Carui, umbellis Chaerophylli, ad quod refero, quamuis *fructus* haud viderim. *Inuolucrum* miſolium pilis elongatis albis valde hirſutum. *Inuolucella* unilateralia polyphylla ſubulata umbellulâ longiora, ſicut inuolucrum hirſuta. *Corollae* eleganter roſeae.

163. SESELI. Corollae uniformes. Inuolucrum obſoletum. Inuolucella polyphylla ſ. multifida. Fructus ouato-oblongus. Semina ſolida: coſtis quinque, cartilagineis, laeuibus.

583. SESELI *glaucum.*

S. pinnulis linearibus baſi ſubconfluentibus, vaginis oblongis arctis, caule ramiſque elongatis, inuolucellis pedicello breuioribus.

S. petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis ſingularibus binatisque canaliculatis laeuibus petiolo longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1460. Jacq. auſtr. 2. p. 27. t. 144. Neuenhahn ap. Ehrh. catal. 7. p. 116. Gerard. gallopr. p. 253. n. 3. Pall. ind. taur.*

Copioſum in Tauriae et Caucaſi collibus lapidoſis. Floret Junio, Julio. ♃

584. SESELI *tortuosum.*

S. pinnulis linearibus basi confluentibus, vaginis oblongis obtusis, caule rigido ramosissimo diuaricato, inuolucellis polyphyllis umbellulas subaequantibus.

S. caule alto rigido, foliolis linearibus fasciculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1461. Poll. pall. n. 302.*

S. annuum. *Pall. ind. taur.*

Oenanthe striata rigida prima et secunda, caule ramosissimo. *Gmel. sib. 1. p. 206. n. 20.*

S. massilioticum secundum. *Tabern. Kraeut. p. 305.*

Foeniculum tortuosum. *J. Bauh. hist. 3. p. 16.*

Frequens in campis apricis Tauriae Caucasique. Floret Augusto, Septembri. ♃

585. SESELI *petraeum.*

S. pinnulis lanceolatis ternis quinisue basi confluentibus, inuolucellis germina aequantibus, caule umbellisque pubescentibus.

S. Hippomarathrum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in saxosis Caucasi subalpini et in Tauriâ rarius. Floret Julio, Augusto. ♃

Planta pygmaea, plerumque vix pollicaris: *umbellis* ad radicem subsessilibus, radiis circiter 20. *Inuolucella* pedicellis longiora: foliolis subulatis. *Umbellulae* densae. *Semina* pube albicantia.

586. SESELI *dichotomum.*

S. foliolis linearibus confertis basi confluentibus, vaginis truncatis, inuolucellis connato-monophyllis, ramis ramulisque suboppositis caule altioribus.

S. dichotomum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae collibus calcareis. Floret Julio, Augusto. ♃

Caulis femipedalis, firmus: ramis breuibus. *Pinnulae* anguſtiſſimae. *Vaginae* latae margine membranaceae apice truncatae: ſummae ſubaphyllae. *Umbellae* radiis 6-8. *Inuolucella* connato-monophylla: orbitâ laciniis pluribus breuibus acutis. *Umbellulae* glomeratae.

587. SESELI *alpinum.*

S. foliolis linearibus baſi ſubconfluentibus, vaginis arctis, caule ſimpliciſſimo, umbellâ terminali ſolitariâ, inuolucellis pedicellis breuioribus.

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur. 2

Caulis gracilis vix pedalis. *Folia* S. annui minora. *Umbella* unica terminalis: radiis circiter ſex. *Inuolucella* breuia ſubulata. *Semina* glabra. S. annuo proximum, ſed *inuolucellis* breuibus abunde *diſtinctum.*

588. SESELI *cuneifolium.*

S. foliolis latis cuneiformibus furcatis: ſuperioribus oblongis integris, inuolucellis connato-monophyllis breuiſſimis, ſeminibus villoſis. *Marſch. caſp. p. 159. app. n. 33.*

Crithmum ficulum Baticulae alterum genus. *Bocc. ſic. p. 53. t. 27. D. E. et t. 28.*

Crithmum ſiue Foeniculum majus odore Apii *C. B. Moriſ. hiſt. 3. p. 290. ſect. 9. t. 7. icon ex Boccone.*

In Caucaſi orientalis ſubalpinis circa Kurt-Bulak Julio florens legi. Alibi nuſquam vidi. 2

164. PASTINACA. Corollae uniformes. Inuolucra obſoleta. Fructus ſuborbiculatus, compreſſo-planus, ſtriatus: coſtâ marginem cingente. (*Petala lutea.*)

589. PASTINACA *ſatiua.*

P. foliis pinnatis glabriuſculis nitidis: foliolis lobatis, inuolucellis nullis.

P. foliis fimpliciter pinnatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1466. Flor. dan. t. 1206. Hall. hift. n. 808. Pall. ind. taur.*

Paſtinaca. *Riu. pent. t. 6.*

Ad fyluarum margines et in incultis paſſim obuia. Floret Julio. ♂

590. PASTINACA *graueolens.*

P. foliis pinnatis pubeſcenti-incanis, foliolis ouatis lobatis, innolucellis dimidiatis.

Abundat in aruis et inter ſegetes imprimis Tauriae. Floret aeſtate. ♃

Planta 2-3-pedalis, odore graui Apii et Meliloti. *Foliola* baſi anticà exciſa. *Umbellae* radiis circiter 20-30. *Inuolucrum* foliolo uno alteroue caduco. *Inuolucella* breuia pauciſolia. *Petala* inflexo-emarginata. *Fructus* praecedentis.

591. PASTINACA *pimpinellifolia.*

P. foliis pinnatis pubeſcentibus, foliolis inciſis: ſuperioribus lineari-lanceolatis, innolucellis dimidiatis.

P. orientalis foliis eleganter inciſis. *Tournef. cor. p. 23. Buxb. cent. 3. p. 17. t. 27.*

Tordylium umbellis remotis, foliis duplicato-pinnatis: pinnis inciſis tomentoſis. *Mill. ic. ed. germ. t. 262.*

β. alpina: omnibus partibus minor, foliolis imis ſubrotundis, umbellae radiis tantum ſex.

P. (*pimpinellifolia*) foliis pinnatis, foliolis inciſo-ſerratis: inferioribus ſubrotundis, ſuperioribus oblongis. *Marſch. caſp. p. 161. app. n. 34.*

Habitat in promontorio Caucaſico ad fluuium Terek et circa caſtellum Georgopolitanum. *β* in Caucaſi orientalis pratis alpinis. Floret Majo, Junio. ♂

Folia 6-7-juga cum impari. *Foliola* praecedentibus minora. *Radii umbellae* in alpinâ plantâ feni, in campestri vigeni et ultra.

165. SMYRNIUM. Corollae uniformes. Involucra polyphylla, breuia s. nulla. Fructus subrotundo-ouatus. Semina gibba, acutiuscula, subrugosa, nitida: costis obliteratis.

592. SMYRNIUM *perfoliatum.*

S. foliis caulinis simplicibus amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1467. Waldst. et Kit. rar. hung. 1. t. 23. Lumnitzer posn. n. 295. cum icone. Pall. ind. taur.*

Hinc inde in Tauriae Caucasique syluis obuium. Floret Majo. ♂

Semina nigerrima tricostata et inter costas rugosa. *Involucra* nulla.

593. SMYRNIUM *nudicaule.*

S. foliis supradecompositis radicalibus: pinnis subtrilobis incisis acutis, caule nudo superne ramoso.

Pimpinella (*Dauca*) involucro utroque, foliis radicalibus decompositis incisis; caulinis minimis, seminibus laeuissimis. *Marsch. casp. p. 163. app. n. 36. (excluso synonymo Allinoii.)*

S. lusitanicum minus Apii foliis. *Tournef. inst. p. 316. (ex autopsiâ herb. Tournef.)*

Ligusticum alterum Belgarum. *Lob. ic. 786.*

Ligusticum alterum herbariorum. *Tabern. Kraeuterb. p. 205.*

In syluis Tauriae Caucasique inter frutices reperitur. Floret aestate. ♃

Semina formâ colore et fere magnitudine praecedentis: coſtis obliteratis et inter coſtas ſubrugoſa. *Inuolucra* polyphylla breuia. An hoc Siſon ſyluaticum *Brotero luſit. n. 18?*

594. SMYRNIUM *cicutarium.*

S. foliis radicalibus ſupradecompoſitis: caulinis compoſitis, ſummis ternatis; foliolis ſubtrilobis inciſis acutis, umbellis axillaribus terminaliqúe.

Habitat ad ſluuium Alazonium Cachetiae. *D. Steuen.* ♃

Affine praecedenti, ſed abunde diſtinctum *foliolis* majoribus minus profunde laciniatis, *caule* foliofo, *umbellis* axillaribus pedunculatis praeter terminalem: nec *caule* nudo, baſi ſimpliciſſimo ſuperne paniculato-ramoſo; *inuolucris inuolucellisque* longioribus: foliolis ſubulatis, *umbellularum radiis* capillaribus et *ſeminibus* duplo majoribus.

166. ANETHUM. Corollae uniformes. Inuolucra nulla. Fructus oblongo-ouatus, ſubcompreſſus. Semina coſtâ marginali, diſeique tribus. Petala inuoluta. (*Lutea.*)

595. ANETHUM *Foeniculum.*

A. fructibus ouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1469. Hall. hiſt. n. 760. Riu. pent. t. 61.*

In planitie prouinciae Schiruan, circa oppidum Schamachi ita copioſum, ut exercitus roſſicus, caſtris a. 1796 menſe Nouembri, ſub hoc oppido poſitis, per octiduum plantae hujus caulibus emarcidis ferme ſolis ligni vice uſus ſit. Floret aeſtate. ♃

167. PIMPINELLA. Corollae uniformes. Involucra nulla. Fructus subrotundo-ovatus, convexus: costis obtusis. Stigmata subglobosa.

596. PIMPINELA *nigra.*

P. pubescens, foliolis imis ovatis sublobatis serratis: superioribus oblongis incisis, caule striato, fructibus glabris.

P. caule striato pubescente, foliis pinnatis pubescentibus: radicalibus foliolis subcordatis incisis obtusis dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1471.*

α. minor foliolis rotundioribus: caulinis linearibus subintegerrimis.

P. saxifraga. *Jacq. austr. 4. p. 50. t. 395. Scop. carn. ed. 2. n. 344. Hall. hist. n. 786. Pall. ind. taur. Gmel. sib. 1. p. 220. n. 32.*

P. minor. *Riv. pent. t. 83.*

β. major hirsutior, foliolis ovato-lanceolatis: caulinis cuneiformibus incisis.

P. magna. *Habl. taur. p. 138.*

Occurrit copiose in pratis, hortis, ad vias et sepes; locis inumbratis magna, in apricis siccis parva et microphylla. Floret Augusto, Septembri. ♃

Omnes polymorphae hujus plantae *varietates* pubescunt et subcanescunt: hinc ad *P. saxifragam* recentiorum referri nequeunt.

597. PIMPINELLA *Tragium.*

P. pubescenti-cana, foliolis imis subrotundis incisо-serratis: caulinis oblongis obsoletis, caule striato, fructibus tomentosis.

P. foliis pinnatis erectis, foliolis cuneatis incisis: summis simplicibus, seminibus hirsutis. *Villars delph. 2. p. 605.*

Lamark dict. 1. p. 450. n. 2. Column. phytob. p. 75. t. 17.

Frequens in Tauriae ficcis rupeſtribus. Floret Auguſto. ♃

598. PIMPINELLA *diſſecta.*

P. foliis omnibus pinnatis: pinnis multipartitis, ſegmentis ſubfalcatis acutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1472. Retz. obſ. 3. p. 30. t. 2. Hall. hiſt. n. 787.*

Tragoſelinum orientale laciniatum, umbellâ purpuraſcente. *Tournef. cor. p. 21.*

In pratis montanis Caucaſi ſubalpini reperitur. ♃

Semina profunde ſulcata, fere ut in Seſeli.

599. PIMPINELLA *peregrina.*

P. hirſuta, foliolis imis cordato-ovatis ſerratis: ſuperioribus oblongis, umbellae radiis fructibuſque hiſpidis. *Marſch. caſp. p. 162. app. n. 35.*

P. foliis radicalibus pinnatis crenatis, ſummis cuneiformibus inciſis, umbellis nubilibus nutantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1473. Jacq. hort. vind. t. 131. Gerard gallopr. p. 256. n. 3.*

Tragoſelinum creticum maximum villoſum, flore albo. *Tournef. cor. p. 21.*

Copioſa in Tauriae meridionalis et Caucaſi orientalis pratis ſyluaticis. Floret Junio. ♃

600. PIMPINELLA *aromatica.*

P. pubeſcenti-cana, foliis pinnatis: foliolis omnibus cuneiformibus apice inciſo-ſerratis lineatis, ſeminibus tomentoſis.

Creſcit ad margines ſyluarum et ad latera torrentium Caucaſi orientalis. Floret Julio. ♂

Affinis P. Aniſo: *differt foliis* omnibus pinnatis glaucis obſcurius lineatis *ſeminibusque* tomentoſis. *Odor* et *ſapor* ſeminum aromaticus omnino ut in P. Aniſo.

601. PIMPINELLA *rotundifolia.*

P. foliis fimplicibus reniformibus lobatis crenatis.

Habitat in Caucafo iberico. ♃

Planta bipedalis erecta pubefcens. *Folia* magnitudine et fere formà Maluae rotundifoliae. *Umbellae* facie P. Saxifragae.

602. PIMPINELLA *dioica.*

P. pumila, umbellis numerofiffimis compofitis fimplicibusque. *Linn. ed. Willd.* 1. *p. 1474. Jacq. auftr. 1. p. 19. t. 28. Hall. hift. n. 788. Pall. ind. taur.*

Sefeli pumilum. *Linn fpec. pl. 2. p. 373.*

Oreofelinum tertium. *Tabern. Kraeut. p. 276.*

In campis apricis frequens. Floret Aprili, Majo. ♂

Planta ob *habitum* et *fructum* profunde fulcatum forte melius cum *Seseli* relinquenda, quam ob *involucrorum* defectum *Pimpinellis* affocianda.

168. APIUM. Corollae uniformes. Involucra obfoleta f. nulla. Fructus fubrotundo-ouatus, fubdidymus. Semina gibba: coftis quinque obtufis, margine rotundato.

603. APIUM *graueolens.*

A. foliis caulinis cuneiformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1475. Flor. dan. t. 790. Hall. hift. n. 784. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Crefcit in pratis humidinfculis promontorii caucafici orientalis et in Taurià circa portum Sebaftopolitanum. Floret aeftate. ♂

169. AEGOPODIUM. Corollae uniformes. Inuolucra o. Fructus ouato-oblongus, coftatus. *(Petala alba.)*

604. AEGOPODIUM *Podagraria.*

Ae. foliis caulinis fummis ternatis. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 1476. *Flor. dan.* t. 670. *Hall. hift. n.* 759. *Gmel. fib.* 1. p. 220. n. 31. *Riu. pent. t.* 46.

In herbidis inumbratis ad Caucafum rarius obuium. Floret Junio. 2

T R I G Y N I A.

170. RHUS. Cal. 5-partitus. Petala 5. Bacca 1-fperma.

* *Foliis pinnatis.*

605. RHUS *Coriaria.*

Rh. foliis pinnatis, foliolis ellipticis obtufe dentatis fubtus villofis. *Linn. ed. Willd.* 1. p. 1477. *Willd. arb. berol.* p. 287. n. 1. *Ehrh. catal.* 6. p. 88. *Pall. roff.* 2. p. 38. *ind. taur. Habl. taur.* p. 105.

Rhus obfoniorum et coriariorum. *Cluf. hift.* 1. p. 17.

Locis abruptis, mari nigro per Tauriam meridionalem imminentibus, nec non in Iberiâ prouenit. Floret Junio. ♄

606. RHUS *obfcurum.*

Rh. foliis pinnatis lanceolatis argute ferrulatis ramifque glabris, venarum axillis fubtus villofis.

Habitat in Albaniâ ibericâ, ad Alazonium. ♄

Arbor ex minoribus. *Folia* fere Rhois glabri, fed majora et argutius ferrulata, obfcure viridia, fubtus dilutiora quidem, neque vero glauca: coftâ mediâ atropurpureâ, lanâ vagà rufefcente fubtus ad venarum dichotomiam, praefertim circa neruum dorfalem. *Florentem* haud vidi nec *fructiferam*. *Habitus* tamen et *folia* de genere nullum mihi dubium relinquunt.

* * *Foliis fimplicibus.*

607. RHUS *Cotinus*.

Rh. foliis fimplicibus obouatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1435. Willd. arb. berol. p. 293. n. 8. Jacq. auftr. 3. p. 6. t. 210. Pall. it. 3. p. 720. app. n. 75. t. H. roff. 2. p. 38. et ind. taur. Habl. taur. p. 102. Hall. hift. n. 827.*

Communis in fylvis atque dumetis: foliis tam ad paranda coria turcica, quam ad imbuenda fila goffypina dein Rubiâ tingenda ufitatiffimis. Frequens per Tauriam et Caucafum commercii materies. Floret Majo. ♄

171. VIBURNUM. Cal. 5-partitus, fuperus. Cor. 5-fida. Bacca 1-fperma.

608. VIBURNUM *Lantana*.

V. foliis cordatis ferratis venofis fubtus tomentofis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1489. Jacq. auftr. 4. p. 21. t. 341. Willd. arb. berol. p. 404. n. 5. Hall. hift. n. 669. Pall. roff. 2. p. 30 et ind. taur. Habl. taur. p. 106.*

Crefcit in Tauriae et Caucafi virgultis. Floret Majo. ♄

609. VIBURNUM *orientale*.

V. foliis trilobis acuminatis groffe obtufiufcule dentatis, petiolis eglandulofis glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1490. Pall. roff. 2. p. 31. t. 58. f. H.*

Opulus orientalis folio ampliffimo tridentato. *Tournef. cor. p. 42.*

Habitat in Iberiae occidentalis, Colchidi finitimae ſyluis elatis. ♄

Frutex Opulo major, minus ramoſus. *Petioli* et nerui *foliorum* ſubuilloſi. *Flores* aequales formâ praecedentis.

610. VIBURNUM *Opulus.*

V. foliis trilobis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1490. Willd. arb. berol. p. 404. n. 6. Flor. dan. t. 661. Hall. hiſt. n. 668. Gmel. ſib. 3. p. 145. n. 16. Pall. roſſ. 2. p. 31 et ind. taur. Habl. taur. p. 106.*

Frutex per Tauriam et Caucaſum maxime communis. Floret Junio. ♄

172. SAMBUCUS. Cal. 5-partitus. Cor. 5-fida. Bacca 3-ſperma.

611. SAMBUCUS *Ebulus.*

S. cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1494. Willd. arb. berol. p. 354. n. 1. Flor. dan. t. 1156. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 671. Pall. roſſ. 2. p. 28. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

In umbroſis ſyluaticis ſubhumidis frequens. Floret Julio. ♃

612. SAMBUCUS *nigra.*

S. cymis quinquepartitis, ſtipulis ſetaceis, foliis pinnatis: foliolis ouatis ſerratis, caule arboreo. *Perſoon enchirid. 1. p. 328. Linn. ed. Willd. 1. p. 1495. Wild. arb. berol. p. 356. n. 3. Flor. dan. t. 545. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 245. t. 55. Hall. hiſt. n. 670. Gmel. ſib. 3. p. 147. n. 17. Pail. roſſ. 2. p. 28. ind. taur. Habl. taur. p. 106.*

In nemoribus et ad ſepes maxime communis. Floret Majo, Junio. ♄

173. STAPHYLEA. Cal. 5-partitus. Pet. 5. Capſ. inflatae, connatae. Nuces 2, globoſae cum cicatrice.

613. STAPHYLEA *pinnata.*

S. foliis pinnatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1497. Willd. arb. berol. p. 376. Hall. hiſt. n. 831.*

Staphylodendron. *Tabern. Kraeut. p. 1430.*

Occurrit in Albaniae ibericae ſyluis ad fluuium Alazonium. ♄

174. TAMARIX. Cal. 5-partitus. Pet. 5. Capſ. 1-iocularis, 3-ualuis. Sem. comâ inſtructa. (Stam. 4, 5, 10.)

614. TAMARIX *gallica.*

T. pentandra, ſpicis paniculatis.

T. floribus pentandris, ſpicis lateralibus, foliis lanceolatis amplexicaulibus imbricatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1498. Willd. arb. berol. p. 380. n. 1. Mill. ic. ed. germ. t. 258. f. 1. mala.*

T. pentandra. *Pall. roſſ. 2. p. 72. t. 77.*

T. major ſiue arborea narbonenſis. *Joh. Bauh. hiſt. 1. p. 350.*

Frequens in promontorio caucaſico in campeſtribus, nec non in ipſo deſerto caucaſico-caſpio. Floret Majo, Junio et paſſim in autumnum uſque. ♄

Ramuli ſpiciferi verſus caulis ramorumque apices in paniculam ſpecioſam decompoſitam digeſti. *Flores* magnitudine grani miliacei ſubgloboſi roſei. *Stamina* 5 corollâ duplo longiora. *Stigma* trifidum obtuſum.

615. TAMARIX *tetrandra.*

T. tetrandra, ſpicis lateralibus racemoſis.

T. tetrandra. *Pall. ind. taur.*

T. gallica. *Habl. taur. p. 105.*

In deſerto inter Aſtrachan et Kiſljar frequens, nec non in Tauriae meridionalis conuallibus, maris nigri littora reſpicientibus. Floret Aprili, Majo. ♄

Habitus et *ſtatura* praecedentis: *Spicae* longiores, in *racemos* longos laterales, nec in paniculam compoſitam digeſtae. *Flores* duplo majores albidi quadrifidi. *Stamina* longitudine corollae. *Stylus* tripartitus ſtamina aequans.

616. TAMARIX *germanica.*

T. decandra, ſpicis terminalibus ſolitariis.

T. floribus decandris, ſpicis terminalibus, foliis ſeſſilibus lineari-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1499. Pall. itin. 3. p. 719. app. n. 73. t. F. f. 2. Willd. arb. berol. p. 381. n. 2. Flor. dan. t. 234. Hall. hiſt. n. 948. Gmel. ſib. 4. p. 116. n. 84.*

T. decandra. *Pall. roſſ. 2. p. 73. t. 80. ind. taur.*

Minime rara ad latera torrentium tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret Majo. ♄

Rami ſpiciferi alterni, breues craſſiuſculi. *Bracteae* magnae ſcarioſae. *Flores* praecedente etiam majores pallidi. *Calyx* corollâ paullo breuior. *Stamina* 10, alterna majora calycis longitudine. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.

175. PHARNACEUM. Cal. 5-phyllus. Cor. 0. Capſ. 3-locularis, polyſperma.

617. PHARNACEUM *Ceruiana.*

Ph. caulibus faſciculatis dichotomis, foliis linearibus verticillatis, pedicellis flore longioribus.

Ph. pedunculis fubumbellatis lateralibus folia linearia aequantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1507. Gaertn. fruct. 2. p. 234. t. 130. f. 10. Gmel. fib. 3. p. 102. n. 79. t. 20. f. 2. Amm. ruth. n. 84. Buxb. cent. 3. p. 33. t. 62. f. 2.*

In defertorum Caucafo finitimorum fabulis rarius: ad Wolgam circa coloniam Sareptanam magis commune. ⊙

Flores minime umbellati, fed ad *caulium* dichotomiam axillares terminalesque.

176. ALSINE. Cal. 5-phyllus. Petala 5, aequalia. Capf. 1-locularis, 3-ualuis.

618. ALSINE *media.*

A. petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1511. Curt. lond. Flor. dan. t. 525. Hall. hift. n. 880. Gmel. fib. 4. p. 148. n. 48. Pall. ind. taur.*

Occurrit in cultis et ruderatis. Floret Aprili, Majo. ⊙

Petala interdum deficiunt et *ftaminum* numerus quinarium quandoque fuperat.

TETRAGYNIA.

177. PARNASSIA. Cal. 5-partitus. Pet. 5. Nectaria 5, cordata, ciliata: apicibus globofis. Capf. 4-ualuis.

619. PARNASSIA *paluftris.*

P. foliis radicalibus cordatis, nectariis multifetis. *Perfoon enchirid. 1. p. 331. Linn. ed. Willd. 1. p. 1516. Flor. dan. t. 584. Hall. hift. n. 831. Gmel. fib. 4. p. 91. n. 44.*

In graminofis fubalpinis Caucafi hinc inde reperitur. Floret Auguſto. ♃

PENTAGYNIA.

178. STATICE. Cal. 1-phyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. Petala 5. Sem. 1, ſuperum.

620. STATICE *coriaria.*

St. ſcapo paniculato ramoſiſſimo foliisque oblongis obtuſis ſubtus mucronatis pubeſcentibus: pilis faſciculato-ſtellatis.

St. corîaria. *Pall. ind. taur.*

St. (*latifolia*) ſcapo paniculato ramoſiſſimo ſcabro, foliis pubeſcentibus, pilis faſciculato-ſtellatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1524. Smith in act. ſoc. linn. 1. p. 250.*

St. caule nudo ramoſo una cum foliis ſcabro. *Gmel. ſib. 2. p. 219. n. 13.*

Limonium orientale latifolium, flore minimo. *Tournef. cor. p. 25.*

Abundat tam in Tauriae quam in Caucaſi demiſſioris campis apricis, omni quoque meridionali Roſſiae familiaris. Incolis cum affinibus peregrinâ voce Kormek dicta, radice ad coria paranda vulgo adhibitâ. Pro ſcopis caules hujus aeque ac ſubſequentium inſeruiunt. Floret Julio, Auguſto, Septembri. ♃

Folia magna interdum ſemipedalia. *Flores* ad ramulorum extremitates recurvas paniculati ſecundi, communiter gemini iisdem bracteis baſi obvoluti *Calycis* limbus parum ampliatus: lacinulis triangularibus acutiuſculis. *Corollae* azureae.

621. STATICE *ſcoparia.*

St. ſcapo paniculato ramoſiſſimo foliisque ovato-oblongis obtuſis ſubundulatis ſubtus mucronatis glabris.

St. ſcapo paniculato tereti, foliis oblongo-ovatis coriaceis mucronatis ſubtus punctatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1424.*

Habitat in campis argillofis falfis caucafico-caſpicis. Floret autumno. ♃

Similis praecedenti, a quâ *differt* plenario *pilorum* in caule et foliis defectu, *foliis* aliquanto latioribus, *calycum* limbo nonnihil latiore: laciniúlis breuiſſimis et obtuſiſſimis ſubtiliſſime crenulatis. Non cedit praecedenti *foliorum* magnitudine; nec puncta minima, quae *folia* ad lentem exhibent, quidquam ad ſpeciem definiendam faciunt: quippe quae non in hac ſolum ſed in plerisque Staticibus obſeruantur.

622. STATICE *Gmelini.*

St. ſcapo paniculato pubeſcente, foliis ellipticis ſubtus mucronatis glabriuſculis.

St. ſcapo paniculáto angulato, foliis oblongo-obouatis emarginatis planis cartilagineo-marginatis ſubtus mucronatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1524.*

St. Limonium. *Pall. ind. taur.*

St. caule nudo ramoſo, floribus paniculatis, corollis minimis. *Gmel. ſib. 2. p. 220. n. 14. t. 90.*

Limonium elatius floribus paruis denſe congeſtis azureis. *Amm. ruth. n. 128.*

Occurrit in Tauriâ et ad Caucaſum cum praecedentibus. ♃

Scapus in hac non magis eſt anguloſus quam in antecedentibus et margo *foliorum* cartilagineus in omnibus proſtat; quae igitur notae pro diagnoſticis haberi nequeunt. *Panicula* minus ramoſa quam in binis praecedentibus; *flores* vero copioſiores denſius congeſti. Haec videtur St. *Limonio* Europae occidentalis proxima. An vere *diſtincta?*

623. STATICE *reticulata.*

St. ſcapo paniculato ramoſiſſimo ſcabro, foliis ſpathulatis ſubemarginatis muticis glabris.

St. ſcapo paniculato proſtrato, ramis ſterilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus nudis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1526. Bocc. ſic. 82. t. 44 et muſ p. 143. t. 103.*

St dichotoma. *Cau. hiſp. 1. p. 37. t. 50.*

St. caule nudo dichotomo, floribus ſummitates verſus racemoſis, foliis radicalibus verticaliter ouatis. *Gmel. ſib. 2. p. 219. n. 12. t. 89. f. 2.*

Communis in plagis lutoſis ſubhumidis ad lacus ſalſos et ad littora marina. Floret a Junio ad Auguſtum. ♃

624. STATICE *tatarica.*

St. ſcapo ramoſo diuaricato: ramis triquetris, floribus diſtantibus, foliis lanceolato-obouatis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1527. Gmel. ſib. 2. p. 220. n. 16. t. 92. Amm. ruth. n. 130. Habl. taur. p. 150.*

St. trigona. *Pall. ind. taur.*

Copioſa in herbidis apricis. Floret Junio, Julio. ♃

Corolla roſea. *Antherae* caeruleae.

625. STATICE *incana.*

St. ſcapo ramoſo diuaricato: ramis triquetris, floribus diſtantibus, foliis lanceolatis acutis apice mucronatis undulatis.

St. ſcapo paniculato, foliis lanceolatis trineruiis ſubundulatis apice mucronatis, paniculae ramis triquetris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1525., Vahl ſymb. 1. p. 25.*

St. rubella. *S. G. Gmel. it. 2. p. 199. t. 34. bona.*

Creſcit in ſalſuginoſis deſerti Cumani, praecedente multo rarior. ♃

Facies praecedentis. *Differt foliis* anguſtis acutis undulatis et *colore* glauco.

626. STATICE *Echinus.*

St. caule ſuffruticoſo folioſo ramoſiſſimo, foliis confertis ſubulatis pungentibus: antiquioribus retrorſum imbricatis, ſcapis

breuiſſimis ſimplicibus. *Marſch. caſp. p. 164. app. n. 37. Habl. taur. p. 163.*

St. Echinus. *β. Linn. ed. Willd. 1. p. 1528.*

Limonium graecum Iuniperi folio. *Tournef. cor. p. 25.*

Tragacantha tota ſpinoſa et Echinum referens, unde Echinus herbaceus dicta. *Morif. hiſt. 2. ſect. 2. app. t. 23. f. 7.*

Creſcit in ſubalpinis Caucaſi orientalis, locis abruptis ſteriliſſimis. In Tauriâ a nemine niſi ab Ill. Hablizio reperta. Floret aeſtate. ♄

627. STATICE *aceroſa.*

St. caule ſuffruticoſo ramoſo folioſo, foliis confertis ſubulatis pungentibus, ſcapis elongatis ſubramoſis.

St. foliis lineari-ſubulatis rigidis pungentibus, ſcapo ſimplici ſpicato. *Willd. in act. nat. cur. berol. 2.*

St. (*Echinus*) ſcapo paniculato, foliis ſubulatis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1528.*

St. Echino affinis. *Marſch. caſp. p. 165. ſub notâ.*

Limonium orientale humilius Caryophylli folio anguſtiori non aculeato, flore ſpicato ſuauerubente. *Tournef. cor. p. 25.*

Limonium ceſpitoſum foliis aculeatis. *Buxb. cent. 2. p. 18. t. 10.*

In collibus ſterilibus ſaxoſis Iberiae reperitur. Inter Tiflin et Harmozicam (*Mzcheta*) frequens. ♄

Differt ab antecedente *ceſpitibus* minoribus, *ramis* breuioribus, *foliis* duplo majoribus, *ſcapis* elongatis dodrantalibus: ſuperne in *ramos* nonnullos patulos haud raro ſubdiuiſis. Ab utrâque diſcrepat *Limonium orientale fruteſcens Caryophylli folio, in aculeum rigidiſſimum abeunte Tournef. cor. p. 25:* cui *folia* multo longiora et exquiſite aculeata; cujus etiam reſpectu alterius *folium* ab autore praedicatur non aculeatum.

628. STATICE *ſuffruticoſa.*

St. caule fruticoſo ramoſo, foliis ſpathulato-lanceolatis: petiolis vaginantibus, capitulis alternis ſeſſilibus paniculatis.

St. caule fruticoſo ſuperne nudo ramoſo, capitulis ſeſſilibus, foliis lanceolatis vaginantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1529. Gmel. ſib. 2. p. 216. n. 9. t. 88. f. 2. 3. Amm. ruth. n. 127.*

Hinc inde in ſubſalſis ſteriliſſimis occurrit. Floret Julio, Auguſto, Septembri. ♄

629. STATICE *ſpicata.*

St. caule tereti aphyllo, ſpicis alternis cylindricis, foliis ſinuatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1532. Gmel. ſib. 2. p. 224. t. 91. f. 2.*

St. *(lyrata)* caule herbaceo, foliis radicalibus lyratis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo, ſpicis elongatis glomeratis. *Marſch. caſp. p. 166. n. 38.*

In argilloſis ſubſalſis deſerti caucaſico-caſpii paſſim obuia. Floret Junio. ⊙

179. LINUM. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Capſ. 5-valuis, 10-locularis. Sem. ſolitaria.

* *Foliis alternis.*

630. LINUM *hirſutum.*

L. calycibus hirſutis acuminatis ſubſeſſilibus, foliis oblongis neruoſis undique hirſutis ſtrictis: inferioribus obtuſis.

L. calycibus hirſutis acuminatis ſeſſilibus alternis, foliis alternis: rameis oppoſitis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1534. Jacq. auſtr. 1. p. 21. t. 31. Scop. carn. ed. 2. n. 382. t. 11. Pall. ind. taur.*

L. viſcoſum. *Habl. taur. p. 150.*

β. minus hirſutum, foliis latioribus et acutioribus.

L. orientale ſylueſtre latifolium hirſutum, flore ſuaverubente vel roſeo. *Tournef. cor. p. 24.*

Frequens in Tauriae collibus calcareis: β in Caucaſo ſubalpino et alpino. ♃

Calyx baſi quinquenervius. *Filamenta* baſi connata in annulum: filamenti caſtrati rudimento ſtaminibus interjecto.

631. LINUM *neruoſum.*

L. calycinis foliolis foliisque lanceolatis ſubulato-cuſpidatis 3-5-nerviis glabris, caulibus apice ramiferis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 105.*

L. narbonenſe. *Pall. ind. taur.*

L. ſylueſtre lato acuto folio, flore amplo. *Barrel. ic. 1009.*

In Tauriae Caucaſique herbidis ſyluaticis reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

632. LINUM *narbonenſe.*

L. calycibus acutis, foliis lineari-lanceolatis acutis ſcabris ſparſis, caule tereti baſi ramoſo.

L. narbonenſe. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1555. Hall. hiſt. n. 837.*

L. ſylueſtre tertium. *Tabern. Kraeut. p. 1207.*

Occurrit in promontorii caucaſici campis herbidis. ♃ ♂

Affine inſequenti, ſed *folia* latiora minus conferta, *calyces* acuti longitudine *capſularum.*

633. LINUM *auſtriacum.*

L. calycibus obtuſis, foliis linearibus acutis rectis confertis, caulibus erectiuſculis.

L. auſtriacum. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1538. Jacq. auſtr. 5. t. 418.*

L. ſylueſtre quartum, anguſtifolium primum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 318.*

L. fylueſtre ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 1207.*

β. caulibus declinatis foliis anguſtiſſimis maxime confertis.

L. alpinum. *Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae Caucaſique campeſtribus: β in lapidoſis. Floret a Majo per totam aeſtatem. ♃ ♂

Calyces breues: foliolis 2 interioribus apice rotundatis obtuſiſſimis.

634. LINUM *tenuifolium.*

L. calycibus acuminatis glanduloſo-ciliatis, foliis ſparſis lineari-ſubulatis retrorſum ſcabris.

L. tenuifolium. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1536. Jacq. auſtr. 3. p. 9. t. 215. Hall. hiſt. n. 838. Pall. ind. taur.*

L. fylueſtre quartum. *Tabern. Kraeut. p. 1207.*

In collibus apricis commune. Floret Majo, Junio. ♃

Corollis incarnatis ab affinibus dignoſcitur.

635. LINUM *campanulatum.*

L. calycibus acuminatis ferrulato-ſcabris, foliis baſi bi-glanduloſis margine glabris: paniculae ramis dichotomis, caule baſi ſubligneſcente ramoſo.

L foliorum baſi utrinque punctato-glanduloſa. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1540.*

L. arboreum? *Pall. ind. taur.*

L. flauum. *Habl. taur. p. 150.*

L. montanum luteum italicum. *Barrel. ic. 820.*

In campis apricis et ad latera collium tam in Tauriâ quam ad Caucaſum occurrit. Floret Majo, Junio. ♃ ♄

L. flauum *Linn.* et *Jacquini differt caulibus* altioribus, *ſtipite* baſeos ligneſcente nullo, *petalis* baſi connatis unguibus diſtinctis: unde *corolla* monopetala. Talis eſt planta *auſtriaca* a *Jacquino* depicta, cujus ſpecimina vina in loco natali obſeruaui;

nec diferepat *ruthenica*, quae eft L. monopetalum *Steph.* et *Willdenouii.* Quare *L. flauum* fic erit *definiendum:* L. calycibus acuminatis ferrulato-fcabris, foliis bafi biglandulofis margine glabris, paniculae ramis dichotomis, corollis monopetalis, caule herbaceo.

636. LINUM *luteolum.*

L. calycibus acuminatis foliisque bafi biglandulofis ferrulato-fcabris, paniculae ramis dichotomis, caule herbaceo.

L. pufillum. *Pall. ind. taur.*

L. minus floribus luteis in fpicam congeftis. *Buxb. cent. 5. p. 31. t. 59.*

L. orientale pumilum, flore luteo magno. *Tournef. cor. p. 24.*

Habitat in Tauriae et Iberiae campis apricis. Floret Majo, Junio. ⊙

Differt a praecedente et a L. flauo *radice* exili annuâ et *foliis* margine neruoque dorfali *cartilagineis* ferrulato-fcabris. Datur *varietas* pumila vix biuncialis, alias haud raro praecedentis altitudinem attingit.

637. LINUM *gallicum.*

L. calycibus fubulatis, foliis lineari-lanceolatis acutis margine fcabris, floribus lateralibus terminalibusque breuiter pedicellatis.

L. calycibus fubulatis acutis, foliis lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, floribus fubfeffilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1537. Gerard. gallopr. p. 421. n. 9. t. 16. f. 1.*

L. ftrictum. *Pall. ind. taur.*

Creícit in Tauriae meridionalis lapidofis et in Caucafi orientalis Iberiaeque campis apricis. Floret Junio, Julio. ⊙

Flores lutei praecedentibus quadruplo minores.

** *Foliis oppositis.*

638. LINUM *catharticum.*

L. foliis oppositis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1442. Curt. lond. Hall. hist. n. 839.*

Occurrit in Caucasi campestribus rarius. ⊙

180. CRASSULA. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Squamae 5 nectariferae, ad basin germinis. Capsl. 5.

* *Herbacea.*

639. CRASSULA *cespitosa.*

Cr. caule subdiuiso, foliis globoso-subrotundis imbricatis, floribus terminalibus sessilibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1560. Cauan. hisp. 1. p. 50. t. 69. f. 2. Pall. ind. taur.*

Crescit in Tauriae rupestribus circa Sudak et pagum Tschorgunam, et in Iberiâ circa Tiflin. Floret vere. ⊙

Variat floribus tetrandris tetrapetalis.

181. SIBBALDIA. Cal. 10-fidus. Petala 5, calyci inserta. Styli e latere germinis. Sem. 5.

640. SIBBALDIA *procumbens.*

S. procumbens, foliis tridentatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1567. Flor. dan. t. 32. Hall. hist. n. 1116. Gmel. sib. 3. p. 186. n. 41.*

Occurrit in alpibus caucasicis. ♃

Planta caucasica a sibiricâ *differt foliis* utrinque pilis fericeis crebris incumbentibus incanis, qui pili in sibiricâ ita sunt rari, ut folia utrinque viridia appareant. Sibiricae *petala* obouata

calyce breuiora; caucaſicam ſeminiferam tantum vidi. An *S. paruiflora Willd. (act. berol.)* a noſtrâ et a S. procumbente Linn. vere *diuerſa?*

POLYGYNIA.

182. MYOSURUS. Cal. 5-phyllus, baſi adnatus. Nectaria 5, lingulata, petaliformia. Sem. numeroſa.

641. MYOSURUS *minimus.*

M. foliis linearibus integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1568. Flor. dan. t. 406. S. G. Gmelin it. 2. p. 198. t. 31. Gaertn. fruct. 1. p. 354. t. 74. f. 5. Hall. hiſt. n. 1159.*

Rarius in campeſtribus ad Caucaſum reperitur. Floret Aprili. ⊙

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

183. GALANTHUS. Petala 3, concaua. Nectarium ex petalis 3, paruis, emarginatis. Stigma ſimplex. Germen inferum.

642. GALANTHUS *niualis.*

Galanthus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 29. Jacq. auſtr. 4. p. 7. t. 313. Hall. hiſt. n. 1254. Pall. ind. taur.*

Leucojum bulboſum ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 1005.*

Copioſus in ſyluis ſub arboribus. Floret a fine Januarii uſque in Aprilim, pro loci natalis naturâ et ſitu praecocior tardiorue. ♃

184. LEUCOJUM. Cor. campaniformis, 6-partita, apicibus incraſſata. Stigma ſimplex. Germen inferum.

643. LEUCOJUM *aeſtiuum.*

L. ſpathâ multiflorâ, ſtylo clauato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 30. Jacq. auſtr. 3. p. 2. t. 203. Curt. lond. Pall. ind. taur.*

L. bulboſum multiflorum. *Tabern. Kraeut. p. 1005.*

Occurrit in Tauriâ, circa ruinas antiquae urbis Cherſoneſi. Floret Aprili, Majo. ♃

185. NARCISSUS. Petala 6, aequalia: nectario infundibuliformi, 1-phyllo. Stamina intra nectarium. Germen inferum.

644. NARCISSUS *Pseudonarcissus.*

N. spathâ uniflorâ, nectario campanulato erecto crispo, aequante petala ovata. *Linn. ed. Willd. 2. p. 35. Bulliard herb. franc. t. 38;. Hall. hist. n. 1252.*

In Caucasi orientalis promontorio, locis editis passim obvius. ♃

186. AMARYLLIS. Cor. hexapetaloidea, irregularis. Filamenta fauci tubi inserta, declinata, inaequalia: proportione vel directione. Germen inferum.

* *Spathâ multiflorâ.*

645. AMARYLLIS *tatarica.*

A. caule submultifloro foliofo, corollis sexpartitis: laciniis tribus angustioribus acutis, staminibus corollâ brevioribus, foliis linear-subulatis.

A. spathâ subbiflorâ, corollis subcampanulatis profunde sexpartitis: laciniâ suprema angustissimâ, inferiore obovatâ acuminatâ; foliis linearibus scapo longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 54. Pall. it. 3. p. 727. app. n. 85. t. D. f. 1.*

Rarius in desertis Caspicis reperitur. ♃

Pedunculus uniflorus axillaris e medio caule; praetereaque *flores* 2–4 terminales, *foliis* 2 spathaeformibus suffulti.

187. STERNBERGIA. Cor. monopetala, infundibuliformis: limbo fexpartito. Stam. fauci inferta. Capf. infera.

646. STERNBERGIA *colchiciflora.*

Sternbergia. *Waldft. et Kit. rar. hung. 2. t. 159.*

Narciffus autumnalis luteus minimus. *Barrel. ic. 984.*

Narciffus autumnalis minor. *Cluf. hift. 1. p. 164.*

Colchicum montanum luteum minus. *Tabern. Kraeut. p. 1011.*

In Tauriae campeftribus, imprimis ad Bofphorum frequens. Floret Septembri, Octobri. ♃

Odor floris lutei gratiffimus, Jafmino aemulus.

188. BULBOCODIUM. Cor. infundibuliformis, hexapetala: unguibus anguftis, ftaminiferis. Capf. fupera.

647. BULBOCODIUM *vernum.*

B. foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 62. Retz. obf. 2. p. 17. t. 1. Curt. bot. mag.*

Colchicum vernum. *Cluf. hift. app. 2. ad p. 203. J. Bauh. hift. 2. p. 652. 653.*

Perfrequens in campeftribus fabulofis prouinciae Dageftan Caucafi orientalis. Circa Derbentum Februario florens legi. ♃

189. ALLIUM. Cor. 6-partita, patens. Spatha multiflora. Umbella congefta. Capf. fupera.

* *Folia caulina plana. Umbella capfulifera.*

648. ALLIUM *rotundum.*

A. caule planifolio umbellifero. ftaminibus alternis tricu-

ſpidatis corollâ longioribus, umbellà globoſâ, bulbis ouatis grumoſis.

A. caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, umbellà ſubgloboſâ, floribus lateralibus nutantibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 65. Haller monogr. n. 8. hiſt. n. 1219. Gaertn. fruct. 1. p. 56. t. 16. f. 2.*

A. Ampelopraſum. *Habl. taur. p. 162.*

A. deſcendens. *Pall. ind. taur.*

A. ſiue Moly montanum quintum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 195.*

Frequens in campeſtribus tam Tauriae, quam ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ♃

Spatha monophylla cuſpidata caduca. An hoc vere *diſtinctum* ab A. Ampelopraſo?

649. ALLIUM *lineare.*

A. caule planifolio umbellifero, ſtaminibus alternis tricuſpidatis corollâ duplo longioribus, bulbis oblongis reticulato-tunicatis.

A. lineare. *Linn. ed. Willd. 2. p. 64. Gmel. ſib. 1. p. 56. n. 19. t. 13 et tab. 14. f. 1.*

Creſcit in deſerto caucaſico-caſpio, ſolo argilloſo ſalſugineo. Ad Wolgam circa coloniam Sareptanam frequens. Floret Julio, Auguſto. ♃

Radix tranſuerſalis ut in A. feneſcente. *Flores* magnitudine praecedentis. *Petala* roſea: carinâ ſaturatiore. *Staminum* tricuſpidatorum dentes laterales antheriſero duplo breuiores.

** *Folia caulina teretia. Umbella capſulifera.*

650. ALLIUM *globoſum.*

A caule ſubteretifolio umbellifero, ſtaminibus ſimplicibus corollà duplo longioribus, umbellâ globoſâ, ſpathâ ſubulatâ longiſſimâ.

A. foliis femicylindraceis caulinis, ſpathà longiſſimâ, capitulo globoſo. *Gmel. ſib. 1. p. 51. n. 15. t. 10.*

Habitat in collibus ſterilibus lapidoſis Caucaſi; circa Tiflin Iberiae quoque frequens. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Bulbi oblongi aggregati: tunicis nitidis atro-fuſcis. *Spatha* binalnis: alterâ umbellà decuplo longiore. *Flores* formâ et colore A. rotundi at minores. *Folia* anguſtiſſima canaliculata ſtriata.

651. ALLIUM *moſchatum.*

A. caule teretifolio umbellifero, umbellâ faſtigiatâ ſubſexflorâ, petalis acutis, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſetaceis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 72. Hall. monogr. n. 17.*

A. tenuiſſimum. *Habl. taur. p. 162.*

A. ſetaceum. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 68.*

A. (*capillare*) ſcapo nudo tereti; foliis capillaceis, umbellâ pauciflorâ, petalis lanceolatis acutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 82. Cau. hiſp. 3. p. 4. t. 206. f. 1.*

Moly moſchatum capillaceo folio. *C. Bauh. prodr. p. 28.*

A. ſylueſtre perpuſillum pauciflorum moſchatum. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 565.*

In Tauriae campis editis, circa Karaſſubaſar obuium. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Caulis baſi tantum *foliis* quibusdam vaginatus. *Umbella floribus* a 4 ad 15 albidis cum ſuffuſâ purpurâ.

652. ALLIUM *flauum.*

A. caule teretifolio umbellifero, floribus pendulis, petalis ouatis, ſtaminibus corollà longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 72. Hall. monogr. n. 24. Jacq. auſtr. 2. p. 25. t. 141. Pall. ind. taur.*

A. carinatum. *Habl. taur. p. 162.*

A. montani quarti ſpecies prima. *Cluſ. hiſt. 1. p. 194.*

In Tauriae collibus, nec non ad fyluarum margines et Tifli in vineis occurrit. Floret Junio, Julio. ♃

653. ALLIUM *paniculatum.*

A. caule teretifolio umbellifero, floribus exterioribus pendulis, petalis ouatis conniuentibus longitudine ſtaminum ſimplicium.

A. caule ſubteretifolio umbellifero, pedunculis capillaribus effuſis, ſtaminibus ſimplicibus, ſpathâ longiſſimâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 73. Hall. monogr. n. 25 cum icone et hiſt. n. 1225. Habl. taur. p. 162.*

In ſalſuginoſis ſterilibus circa Boſphorum Cimmerium haud rarum, ad Caucaſum quoque in vicinià caſtelli Georgopolitani reperitur. Floret Julio, Auguſto. ♃

Habitus praecedentis; *corollae* colore roſeo *ſtaminumque* breuitate potiſſimum dignoſcendum.

*** *Folia radicalia. Scapus nudus.*

654. ALLIUM *ſaxatile.*

A. ſcapo ſubnudo tereti, foliis ſemiteretibus, ſpathâ acuminatâ umbellâ longiore, ſtaminibus ſimplicibus corollâ longioribus. *Marſch. caſp. p. 167. app. n. 39.*

In lapidoſis calcareis Tauriae frequens. Varietas floribus purpuraſcentibus in ſubalpinis Caucaſi orientalis reperitur. Floret Julio, Auguſto. ♃.

Bulbi aggregati oblongi, tunicis atro-fuſcis. *Scapi* baſis *foliis* nonnullis vaginata; ut hoc et ſubſequens ad praecedentem tribum, ſicut A. moſchatum ad hanc referri poſſit. *Petala* patentia. *Affine* maxime A. Stelleriano, ſed *ſpathâ* ſubulatâ longâ *diſtinctum.*

655. ALLIUM *rubellum.*

A. ſcapo ſubnudo tereti, foliis ſemicylindricis canaliculatis, ſpathâ breui, umbellâ conuexâ multiflorâ, ſtaminibus ſimplicibus corollâ duplo breuioribus.

Occurrit in Iberiâ. *D. Steuen.* 2

Statura A. anguloſi. *Bulbus* ſubrotundus ſimplex magnitudine Auellanae. *Scapus* ut in praecedente, baſi folio uno alteroue alternatim vaginatus ſeretiuſculus ſtriatus foliis longior. *Folia* lineam lata carnoſula canaliculata. *Spatha* biualuis breuis marcida. *Umbella* multiflora conuexa: *pedicellis* gracilibus floribus multo longioribus. *Flores* vix magnitudine A. Ampeloprafi dilute purpurei. *Petala* erectiuſcula acuta aequalia. *Stamina* ſimplicia corollâ duplo breuiora: *antheris* badiis. *Stylus* breuis.

656. ALLIUM *caſpium.*

A. ſcapo nudo tereti, foliis lineari-lanceolatis undulatis, umbellâ hemiſphaericâ: radiis longiſſimis, ſtaminibus ſimplicibus corollâ duplo longioribus.

Amaryllis (*caſpia*) ſpathâ multiflorâ, corollis campanulatis tubo breuiſſimo, filamentis erectis corollâ longioribus, foliis lanceolatis undulatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 62.*

Crinum caſpium. *Pall. it. 2. p. 736. app. n. 105. t. Q.*

Habitat in deſerto inter Aſtrachan et Kiſljar, Aprili florens. 2

Eſt verum *Allium*, nec quidquam ultro cum *Crino* et *Amaryllide* commune habet, quam quod ſit Liliacea. *Odor* et *ſapor* Cepae vulgaris.

657. ALLIUM. *anguloſum.*

A. ſcapo nudo angulato, foliis linearibus obtuſis, umbellâ faſtigiatâ, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus, bulbis oblongis radici tranſuerſali adnatis.

A. ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbellâ faſtigiatâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 76.*

Cepa ſcapo nudo ſubangulato ſarcto, foliis linearibus ſubtus anguloſis, ſtaminibus corollâ breuioribus. *Gmel. ſib. 1. p. 58. n. 20. t. 14. f. 2.*

Occurrit in Caucaſi ſubalpini ſaxoſis. Floret Julio. 2

Scapus ſemiteres ſtriatus; nec compreſſus utrinque carinatus. *Folia* vix lineam lata. *Pedicelli* fere duplo longiores. *Umbellae* nubiles nutantes. *Flores* A. ſeneſcente minores ex albidò incarnati, carinâ ſaturatiore. *Filamenta* corollae longitudine. *Antherae* flauae eminentes. *A. anguloſum* Halleri, Jacquini pleroruinque botanicorum videtur eſſe *varietas* minor anguſtifolia *A. ſeneſcentis.*

658. ALLIUM *nigrum.*

A. ſcapo nudo tereti, foliis linearibus planis, umbellâ hemiſphaericâ, corollâ patente ſtaminibus ſubulatis longiore, bulbo ſimplici.

A. ſcapo nudo tereti, foliis lanceolatis, umbellâ hemiſphaericâ, petalis patentibus, ſtaminibus ſimplicibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 78. Retz obſ. 1. p. 15 et 6. p. 27.*

A. monſpeſſulanum. *Gouan illuſtr. p. 24. t. 16.*

A. ſubalpinum. *Pall. ind. taur.*

Copioſum in ſyluis ſubalpinis Tauriae, hinc inde quoque in promontorio caucaſico reperitur. Floret Aprili, Majo. 2

Folia dodrantalia digitum tranſuerſum lata. *Spatha* 2-3-ualuis lata umbellâ brenior. *Flores* magnitudine A. ſeneſcentis pallidi, carinâ ſaturatiore. *Stamina* baſi connata in annulum.

659. ALLIUM *urſinum.*

A. ſcapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbellâ ſaſtigiatâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 79. Hall. monogr. n. 21. hiſt. n. 1228. Flor. dan. t. 757. Gmel. ſib. 1. p. 49. n. 13.*

Frequens in Caucaſi ſyluis umbroſiſſimis. Incolae integram plantam crudam et coctam in deliciis habent, quam tataricâ voce Tſcheremſcha vocant. Floret Aprili. ♃

190. LILIUM. Cor. 6-petala, campanulata: lineâ longitudinali nectariferâ. Capſ. valuulis pilo cancellato connexis.

660. LILIUM *monadelphum.*

L. foliis ſparſis lanceolatis ſubtus pubeſcentibus neruoſis, corollis campanulatis cernuis, ſtaminibus baſi connatis.

L. orientale latifolium, flore luteo maximo, odoratiſſimo. *Tournef. cor. p. 25.*

Habitat in Caucaſo, ad latera montis Beſchtau, ad radices alpis Kaſbek et alibi. Floret Majo. ♃

Statura L. albi. *Folia* conferta erecta adſcendendo minora. *Flores* 2-6, magnitudine et fere formâ L. albi, lutei. *Filamenta* baſi connata; interdum in tubum germinis longitudine, alias in annulum anguſtum.

Simile *caule* unifloro, *foliis* remotioribus patentioribus: ſummis verticillatis ex Iberiâ occidentali retulit *amiciſſ. Steuen*, varietatem eſſe L. monadelphi afferens: quod equidem ſuae ſpeciei eſſe ſuſpicor.

661. LILIUM *Martagon.*

L. foliis verticillatis ouato-lanceolatis, floribus reflexis, corollis reuolutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 88. Jacq. auſtr. 4. t. 351. Hall. hiſt. n. 1233. Gmel. ſib. 1. p. 44. n. 10.*

Martagon vulgare. *Tabern. Kratut. p. 1029.*

Creſcit in Iberiâ occidentali, ad latera collium. ♃

191. FRITILLARIA. Cor. 6-petala, campanulata: fupra ungues cauitate nectariferâ. Stam. longitudine corollae.

662. FRITILLARIA *Meleagris.*

Fr. foliis linearibus alternis, flore terminali fubfolitario, capfulâ obtufangulâ.

Fr. foliis alternis linearibus canaliculatis, caule unifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 91. Jacq. auſtr. 5. app. t. 32. Flor. dan. t. 972. Hall. hiſt. n. 1235.*

Fritillaria. *Cluſ. hiſt. 1. p. 152.*

In promontorio caucafico, locis ſyluaticis obuia. Floret Aprili. ♃

Folia 4-5 alterna remota. *Petala* variegata: alterna latiora obtuſiſſima.

663. FRITILLARIA *verticillata.*

Fr. foliis linearibus verticillatis oppoſitis alternisque: ſenefcentibus cirrhoſis, caule ſubmultifloro, capfulâ alatâ.

β. flore terminali ſolitario.

Fr. (*verticillata*) foliis verticillatis lineari-lanceolatis, caule unifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 91.*

Occurrit paſſim cum praecedente eodemque tempore floret. Varietas β minus communis. ♃

Facies antecedentis, ſed rarius uniflora, quam 2-6-flora: terminali axillaribusque. *Folia* plura longiora et exquiſitiùs acuminata; feneſcentia varie flexa atque criſpata. *Flores* formâ coloreque praecedentis. *Capſula* lata obtuſiſſima: angulis in alas ſex latinſculas productis. Haec eſt *Fr. pyrenaica*, a botanicis ruthenis memorata: an etiam *Linnaei?*

664. FRITÍLLARIA *latifolia.*

Fr. foliis lanceolatis approximatis: ſummis oppoſitis florem terminalem ſolitarium aequantibus, capſulâ obtuſangulâ.

Fr. foliis alternis oblongo-lanceolatis planis, caule unifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 92. Curt. mag.*

Habitat in alpibus caucaſicis, circa Kaſbek. Floret vere. 2

Planta florens vix dodrantalis, *caule* infra medium aphyllo, inde *foliis* approximatis 5-6: inferioribus lato-lanceolatis, ſummis lineari-lanceolatis. *Flos* variegatus, quam in praecedentibus major. *Planta hortenſis* foliis inſtruitur alternis remotiuſculis per totum caulem ſparſis, quod non in ſpontaneâ.

665. FRITILLARIA *lutea.*

Fr. foliis lineari-lanceolatis alternis: ſummis approximatis flore terminali ſolitario breuioribus.

Habitat cum praecedente eodemque tempore floret. *C. Muſſin-Puſchkin.* 2

Habitus et fere magnitudo praecedentis. *Folia* anguſtiora, ſuperiora breuiora: omnia alterna. *Flos* magnitudine Fr. Meleagridis luteus, ſpadiceo-teſſelatus. *Capſulam* maturam non vidi.

666. FRITILLARIA *tenella.*

Fr. foliis linearibus: ſummis oppoſitis flore terminali ſolitario longioribus.

Habitat cum praecedentibus rarior. *C. Muſſin-Puſchkin.* 2

Planta gracilis: *caule* baſi longe nudo, florem verſus *foliis* circiter ſex anguſtis. *Flos* duplo fere minor Fr. Meleagridis teſſelatus. *Capſulam* non vidi.

667. FRITILLARIA *tulipifolia.*

Fr. foliis lanceolatis alternis remotis, caule ſuperne nudo unifloro, capſulâ obtuſangulâ.

Habitat ad latera graminoſa montium caucaſicorum. Circa thermas Conſtantinomontanas frequens. Floret Majo. ♃

Planta glauca. *Flos* paullo Fr. Meleagride minor ſpadiceo-purpureus, minime variegatus.

192. TULIPA. Cor. hexapetala, campanulata. Stylus nullus.

668. TULIPA *ſylueſtris.*

T. caule unifloro glabro, flore nubili nutante, petalis interioribus ſtaminibusque baſi pubeſcentibus, foliis lineari-lanceolatis.

T. caule unifloro glabro, flore ſubnutante, petalis acutis apice barbatis, foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 96. Flor. dan. t. 375. Hall. hiſt. n. 1236.*

β. minor anguſtifolia. *Gouan illuſtr. p. 25. Gerard. gallopr. p. 148.*

T. narbonenſis. *Cluſ. hiſt. 1. p. 150. J. Bauh. hiſt. 2. p. 677.*

Occurrit *α* in hortis et vineis ad fluuium Terek, inter Moſdok et Kiſljar: *β* in Tauriae campeſtribus circa portum Theodoſianum et in omni deſerto caucaſico-caſpio frequens. Floret Aprili. ♃

Petala apice vix pubeſcunt: exteriora dorſo viridula, interiora paullo latiora lutea: neruo dorſali viridi. *Variat* raro *caule* bifloro.

669. TULIPA *biflora.*

T. caule bifloro glabro, floribus nubilibus nutantibus, petalis interioribus ſtaminibusque baſi pubeſcentibus, foliis linearibus.

T. floribus erectis planiuſculis, caule diphyllo 2-3-floro; foliis lineari-ſubulatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 98. Suppl. p. 196. Pall. it. 3. p. 727. app. n. 86. t. D. f. 3. Falck it. 2. p. 159. n. 400. t. 6.*

Ad Wolgam frequentiſſima; rarius cum praecedente ad deſertum Cumanum deuenit. In Iberiâ orientali quoque reperitur. Floret cum praecedente. ♃

Petala exteriora dorſo viridia ſubuiolacea, interiora lactea neruo dorſali viridi. Praecipua a praecedente *diagnoſis* ex *florum* colore; *variat* enim ſaepius *caule* unifloro quam trifloro.

670. TULIPA *Geſneriana.*

T. caule unifloro glabro, floribus erectis, petalis obtuſiuſculis ſtaminibusque glabris, foliis lanceolatis.

T. caule unifloro glabro, flore erecto, petalis obtuſis glabris, foliis ouato-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 97. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 115.*

Tulipa. *Cluſ. hiſt. 1. p. 138 et ſeq.*

Paſcua colleſque Tauriae et planitierum caucaſico-caſpicarum incolit et ornat. Floret Aprili. ♃

193. ORNITHOGALUM. Cor. 6-petala, perſiſtens, ſupra medium patens. Filamenta baſi dilatata. Capſ. 3-locularis. Sem. ſubrotunda, nuda.

* *Floribus corymboſis aut ſolitariis.*

671. ORNITHOGALUM *ſtriatum.*

O. caule foliofo unifloro, foliis alternis oblongo-lanceolatis: radicalibus filiformibus, petalis aequalibus obtuſis neruoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 112.*

Anthericum (*ſerotinum*) foliis planiuſculis, ſcapo unifloro. *Linn. ed Willd. 2. p. 134. Ray ſynopſ. ed. 3. p. 374. t. 17. f. 1. Jacq. auſtr. 5. t. 38.*

In alpeſtribus caucaſicis hinc inde reperitur. ♃

Melius, me quidem judice, ſub *Ornithogalo*, quam ſub *Antherico* militat.

672. ORNITHOGALUM *bulbiferum.*

O. ſcapo foliofo unifloro, foliis alternis lineari-ſubulatis baſi bulbiferis: radicalibus filiformibus, petalis aequalibus acutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 112. Pall it. 2. p. 706. app. n. 106. t. Q.*

O. pumilum graminifolium luteum. *Amm. ruth. n. 140.*

In Tauriae collibus lapidoſis circa Karaſſubaſar et in arenoſis deſerti caucaſico-caſpici frequens obuium. Floret Aprili. ♃

Variat caule bifloro.

673. ORNITHOGALUM *luteum.*

O. folio radicali ſolitario planiuſculo; floralibus imis oppoſitis, pedunculis ſimplicibus ſubumbellatis, petalis obtuſis glabris.

O. ſcapo anguloſo baſi monophyllo, foliis radicalibus linearibus, pedunculis umbellatis glabris, petalis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 113.*

O. ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. *Linn. fl. ſuec. n. 285. Flor. dan. t. 278. Schkuhr bot. n. 885. Schmidt boem. n. 337. Krocker ſil. n. 521. Hall. hiſt. n. 1213.*

O. (*pratenſe*) ſcapo polyphyllo, pedunculis ſimplicibus triquetris glabris. *Perſoon ap. Uſteri ann. 11. p. 8. n. 2. t. 2. f. 1.*

O. *(ſyluaticum)* ſcapo diphyllo, pedunculis ſimplicibus triquetris glabris. *Perſoon loc. cit. p. 7. n. 1. t. 1. f. 1. (varietas major latifolia.)*

Pyrrochiton. *Renealm. ſpec. 91. t. 90.*

O. pallido flore. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 624. Cluſ. hiſt. 1. p. 188.*

Frequens in pratis et pomariis Roſſiae ſeptentrionalis et in nemoribus circa caſtellum Georgopolitanum Caucaſi. Floret Aprili, Majo. 2

Gmelinus in *Florâ ſibiricâ 1. p. 46. ſub n. 12* hoc et affines conjunxit.

674. ORNITHOGALUM *puſillum,*

O. folio radicali ſolitario canaliculato-triquetro: floralibus oppoſitis, pedunculis ſimplicibus umbellátis, petalis glabris.

O. caule angulato diphyllo ſubbifloro, foliis radicalibus linearibus gramineis: caulinis lanceolatis oppoſitis ſpathaeformibus glabris. *Schmidt boem. n. 339.*

O. marginatum. *Pall. ind. taur.*

O. pannonicum luteo flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 189.*

O. luteum minus. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 624.*

Hypoxis. *Reneal. ſpec. p. 92?*

Copioſum tam in Tauriâ, quam in omni Caucaſo. Inter Tanain quoque et Wolgam, circa Zarizin et coloniam Sareptanam minime rarum. Floret Martio, Aprili, affinium maxime praecox. 2

Bulbus grumoſus. *Folium* radicale caule multo longius anguſtiſſimum canaliculatum argute carinatum, ut triquetrum appareat. *Flores* pauci umbellati ex ſinu foliorum floralium oppoſitorum, *bracteis* propriis nullis.

675. ORNITHOGALUM *minimum*.

O. folio radicali ſolitario planiuſculo: floralibus alternis, imo maximo ſpathaeformi; pedunculis ramoſis corymboſis, petalis acutiuſculis glabris.

O. ſcapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. *Linn. flor. ſuec. n. 286. Krocker. ſil. n. 552. Flor. dan. t. 612. Gmel. ſib. 1. p. 48. n. 12. j.*

O. (*ſpathaceum*) ſcapo ſubtereti monophyllo, pedunculis ſubternis umbellatis: inuolucro triphyllo, foliis lineari-filiformibus ſtrictis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 112. Hayne ap. Uſteri ann. 15. p. 11. t. 1.*

O. Haynii. *Roth ap. Roem. arch. 3. p. 42.*

O. tranſuerſale. *Pall. ind. taur.*

Legi in ſummo Tauriae monte Tſchaturdag, nec alibi. Circa Moſquam et Petropolin abundat. Floret cum praecedente. 4

Bulbilli numeroſi aggregati in ceſpitem. *Flores* ſaepe 5. Pro *O. minimo Linn.* tuto propono, quum hoc cum penultimo, nec praeterea ullum affine, ſicut Roſſiae ſeptentrionali, ſic quoque Sueciae familiare eſſe videatur.

676. ORNITHOGALUM *villoſum*.

O. foliis radicalibus geminis: floralibus imis oppoſitis, pedunculis ramoſis corymboſis petalisque hirſutis.

O. (*minimum*) ſcapo angulato nudo, pedunculis umbellatis ſubramoſis pubeſcentibus, petalis aequalibus lanceolatis acutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 114. Roth germ. 2. p. 394. Schmidt boem. n. 338. Gouan illuſtr. p. 26. n. 2.*

O. aruenſe. *Perſoon ap. Uſteri ann. 11. p. 8. n. 3. t. 1. f. 2.*

O. luteum. *Pall. ind. taur.*

Phalangium radice bulboſâ, ſtipulis maximis hirſutis, floribus umbellatis, petiolis multifloris. *Hall. hiſt. n. 1214.*

β. foliorum floralium axillis bulbiferis.

O. minimum. *Linn. ed. Willd. 2. p. 114. n. 7. β. Schkuhr bot. n. 856. Leers herb. n. 254. Moench haſſ. n. 283. Gouan illuſtr. p. 26. n. 2. β. Hall. hiſt. n. 1214. β.*

O. proliferum. *Pall. ind. taur.*

O. bulbiferum luteum minimum tenuifolium. *Column. ecphr. p. 324. ic. p. 323. Moriſ. hiſt. 2. ſect. 4. t. 13. f. 13.*

Copioſum in Tauriae agris et campis, in promontorio caucaſico quoque reperitur. Floret Aprili. 2

677. ORNITHOGALUM *circinnatum.*

O. folio radicali ſolitario floralibusque filiformibus recuruatis, floribus ſubumbellatis, petalis alternis longioribus ariſtato-acuminatis.

O. ſcapo nudo, pedunculis ſubternis umbellatis pubeſcentibus, petalis tribus exterioribus longioribus acuminatis, foliis filiformibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 115. ſuppl. p. 199.*

O. reticulatum. *Pall. it. 3. p. 727. app. n. 85. * t. D. f. 2.*

In arenoſis deſerti caucaſico-caſpici, inter Aſtrachan et Kiſljar copioſum, in Tauriâ quoque hinc inde reperitur. Floret cum affinibus Aprili. 2

* * *Floribus racemoſis, alternis.*

678. ORNITHOGALUM *umbellatum.*

O. racemo ſubcorymboſo pauciflore, pedunculis fructiferis elongatis patentiſſimis, foliis linearibus glabris.

O. corymbo pauciflore, pedunculis bracteis longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 116. Jacq. auſtr. 4. p. 22. t. 343. Hall. hiſt. n. 1215. Habl. taur. p. 115.*

O. humifuſum, floribus umbellatis albis. *Buxb. cent. 2. p. 35. t. 37. f. 1.*

Heliocharmos. *Reneal. ſpec. p. 88.*

Primo vere in Tauriae campeſtribus frequentiſſimum, nec in herbidis Caucaſi demiſſioris exulat. ♃

Pedunculi fructus patentiſſimi, apice erecti, baſi fracti.

679. ORNITHOGALUM *fimbriatum.*

O. racemo ſubcorymboſo paucifloro, pedunculis fructiferis elongatis patentiſſimis, foliis linearibus ſcapo pedunculisque hirſutis.

O. foliis linearibus ciliatis, ſcapo ſubbifloro, bracteis pedunculos ſubaequantibus. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 3.*

O. famium villoſum umbellatum album. *Tournef. cor. p. 26.*

O. umbellato affine, foliis piloſis. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae nemoroſis et ad ſyluarum margines, praecedente rarius. ♃

Simillimum praecedenti, ut praeter hirſutiem vix ullâ aliâ notâ diſtinguatur. *Pili foliorum ſcapi et pedunculorum* crebri patuli albi.

680. ORNITHOGALUM *pyrenaicum.*

O. racemo *elongato*, *genitalibus aequalibus*, petalis linearibus, foliis linearibus conuoluto-canaliculatis.

O. racemo longiſſimo, petalis linearibus obtuſis, filamentis lanceolatis aequalibus, ſtylo longitudine ſtaminum. *Linn. ed. Willd. 2. p. 116. Jacq auſtr. 2. p. 2. t. 103. Hall. hiſt. n. 1210. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 115.*

Occurrit in collibus apricis Tauriae. Floret Majo. ♃

Folia anguſta glauceſcentia. *Flores* circiter 50 herbacei, *petalorum margine* albo anguſto. *Bracteae* pedunculo duplo breuiores. *Stamina* inter ſe et *piſtillo* aequalia.

681. ORNITHOGALUM *narbonenſe.*

O. racemo longiſſimo, genitalibus aequalibus, petalis lanceolatis, foliis linearibus planis.

O. racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribusque patentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 118. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 115.*

Frequens in herbidis, tam Tauriae quam ad Caucafum. Floret Junio, Julio. ♃

Folia digitum tranfuerfum lata viridia. *Flores* ad centum: *petalis* albis dorfo viridibus trineruiis. *Bracteae* pedunculis breuiores. *Pedunculi* floris patuli, fructus erecti in hoc et in antecedente. *Affine* O. pyramidali.

682. ORNITHOGALUM *nutans.*

O. floribus fecundis pendulis, nectario ftamineo campànulato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 125. Jacq. auftr. 4. p. 1. t. 301. Curt. mag. Hall. hift. n. 1216.*

O. neapolitanum. *Cluf. hift. app. 2. p. 9. t. 9.*

Creícit in pomariis ad riuum Salgir Tauriae, circa Sympheropolin. Floret Majo. ♃

194. PUSCHKINIA. Cor. monopetala, fexpartita, infera. Nectarium breuiffimum, fexdentatum, coronans faucem. Stamina intra nectarium.

683. PUSCHKINIA *fcilloides.*

P. foliis radicalibus geminis.

P. fcilloides. *Adam in nou. act. petrop.*

Habitat in Iberiâ, praefertim orientali. Floret vere cum Scillis. ♃

Habitus omnis et ftatura Scillae amoenae. *Bulbus foliaque* fimillima. *Flores* racemofi a 2 ad 10 magnitudine Sc. amoenae. *Pedicelli* floriferi circiter longitudine floris: fructiferi longiores. *Bracteae* tantum rudimentum. *Corolla* monopetala

dilute amethyſtina: *tubo* breui; *limbo* triplo longiore patente; *laciniis* aequalibus lanceolatis obtuſiuſculis, praeter nerium dorſalem tubo pallidioribus. *Nectarium* breuiſſimum ſexdentatum: dentibus erectis emarginatis. *Stamina* intra nectarium ſubordinata: *filamentis* breuiſſimis; *antheris* oblongis acutis flauis. *Germen* ſuperum ouatum. *Stylus* columnaris longitudine ſtaminum. *Stigma* oblongum craſſiuſculum ſimplex. *Floris* ſtructurâ accedit ad *Tulbaghiam;* ſed huic flores ſpathacei: tubo nectarioque longis, *Puſchkiniae* flores nudi; tubo nectarioque breuiſſimis.

195. SCILLA. Cor. 6-petala, patens, decidua. Filamenta filiformia.

684. SCILLA *amoena.*

Sc. floribus lateralibus nutantibus, pedunculis coloratis breuiſſimis, bracteis minimis.

Sc. ſcapo angulato, pedunculis alternis flore breuioribus, bracteis obtuſis breuiſſimis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 127. Jacq. auſtr. 3. p. 10. t. 218. Curt. mag. Pall. ind. taur.*

Hyacinthus ſtellatus byzantinus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 184.*

Creſcit in montibus ſyluaticis ſub arboribus. Floret Aprili, Majo. ♃

685. SCILLA *bifolia.*

Sc. floribus corymboſo-racemoſis erectis, pedunculis inferioribus flore longioribus, bracteis ſubnullis.

Sc. floribus racemoſis, foliis lanceolato-linearibus ſubbinis in ſcapo eleuatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 128. Jacq. auſtr. 2. p. 11. t. 117. Curt. mag. Retz. obſ. 6. p. 27. Hall. hiſt. n. 1211. Pall. ind. taur.*

Hyacinthus ſtellatus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 184.*

In nemoroſis ad montium radices abundat, veris nuncia. ♃

686. SCILLA *autumnalis.*

Sc. foliis linearibus, floribus racemosis, pedunculis ebracteatis longitudine floris.

Sc. foliis filiformibus linearibus, floribus corymbosis, pedunculis nudis adscendentibus longitudine floris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 130. Cavan. hisp. 3. t. 274. Scop. carn. ed. 2. n. 415. Pall. ind. taur.*

Hyacinthus autumnalis minor. *Clus. hist. 1. p. 185.*

In Tauriae praefertim meridionalis collibus abundat. Floret Augusto, Septembri. ♃

196. ASPHODELUS. Cor. 6-partita. Nectarium ex valvulis sex, germen tegentibus.

687. ASPHODELUS *luteus.*

A. caule foliosо, foliis subulato-triquetris striatis, bracteis flore brevioribus.

A. luteus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 132. Jacq. hort. vind. 1. t. 77. Hall. hist. n. 1206. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 116.*

Occurrit hinc inde in collibus siccis lapidosis. Floret Majo. ♃

688. ASPHODELUS *tauricus.*

A. caule foliosо, foliis subulato-triquetris striatis: summis bracteis acuminatis scariosis flores superantibus consimilibus.

A. tauricus. *Pall. ind. taur.*

In Tauriae saxosis calcareis communis, ad Caucasum quoque ad latera montis Beschtau et circa thermas Constantino-montanas occurrit. Floret Majo. ♃

Habitus praecedentis. *Flores* in racemo terminali cylindrico conferti, *bracteis* magnis nitidis absconditi, albi: lineâ segmentorum carinali viridi.

689. ASPHODELUS *prolifer.*

A. caule folioſo apice ramoſo, foliis filiformibus longiſſimis ſtriatis laeuibus, racemis terminalibus pedunculatis ſubaggregatis.

Anthericum (*dendroides*) caule ſuperne ramoſo et folioſo, foliis filiformibus baſi vaginantibus, bracteis biflоris. *Steuen dec. ib.*

Phalangium humile, foliis gramineis, floribus coeruleis. *Buxb. cent. 2. p. 34. t. 36. f. 2.*

Habitat in Armeniae ibericae campis editis. Legi ad torrentem Debeda, prope metallifodinas Achtalenſes. ⊙

Caulis baſi ſimplex, ſuperne in ramos nonnullos ſubdividitur, e quorum apice *racemi* pedunculati, aut ſolitarii aut nonnulli; quaſi ſcapi in caule. *Folia* longiſſima filiformia, baſi ſcarioſâ vaginante, ut in praecedentibus. *Racemi* laxi. *Pedicelli* ex uno puncto ſaepe nonnulli floris longitudine. *Bracteae* ſubulatae ſcarioſae. *Flores* parui albidi monopetali: tubo breuiſſimo, ſegmentorum carinâ viridulâ. *Capſulae ſeminaque* praecedentium.

197. ANTHERICUM. Cor. 6-petala, patens. Stylus filiformis declinatus. Capſ. ouata.

690. ANTHERICUM *ramoſum.*

A. foliis planis, ſcapo ramoſo, corollis planis, (*piſtillo recto*). *Linn. ed. Willd. 2. p. 138. Jacq. auſtr. 2. p. 39. t. 161. Hall. hiſt. n. 1208. Pall. ind. taur.*

Prouenit hinc inde ad latera montium et in graminoſis ſyluaticis. Floret Junio. ♃

Stylus magis quidem quam in pleriſque congeneribus, neque vero penitus rectus. *Variat* etiam *caule* ſimplici.

198. ASPARAGUS. Cor. 6-petala, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. Bacca 3-locularis, oligofperma.

691. ASPARAGUS *officinalis.*

A. caule recto, ramis paniculatis, foliis fetaceis rectis, floribus geminis reflexis dioicis, corollis fubcylindricis.

A. caule herbaceo tereti erecto, foliis fetaceis, ftipulis paribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 150. Flor. dan. t. 805. Mill. ic. ed. germ. t. 55. Hall. hift. n. 1239. Gmel. fib. 1. p. 37. n. 6. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 143.*

Perfrequens in campeftribus, praefertim ad fluuium Terek, circa Kifljar: ubi turiones plantae fpontaneae, vernali tempore, viliffimo pretio venales proftant. Floret Majo. ♃

In fabulis deferti Cemani obfernaui *varietatem* humilem paucifoliam et breuifoliam, pedunculis breuibus et floribus minoribus: quae cum vulgari innumeris indiuiduis intermediis conjungitur.

692. ASPARAGUS *verticillaris.*

A. caule fubfcandente, ramis diuaricatis, foliis fetaceis arcuatis, floribus fubquaternis patulis dioicis, corollis fubglobofis.

A. foliis verticillatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 155.*

A. officinalis. *β.* volubilis. *Pall. ind. taur.*

A. orientalis folio Galii. *Tournef.* cor. *p. 21. Buxb. cent. 5. app. n. 47. t. 37.* (*excluſo flore, qui eſt A. officinalis.*)

Habitat in Tauriae Caucafique tam campeftribus, quam montofis fyluaticis. Turiones edules fapidiffimi. Floret Majo, Junio. ♃

Folia fafciculata quaquaterfum patentia, neque vero verticillata. *Stipulae* in hoc et in praecedente bafi mucronatae.

199. CONUALLARIA. Cor. 6-fida. Bacca maculosa, 3-locularis.

* *Lilium conuallium Tournef. corollis campanulatis.*

693. CONUALLARIA *majalis.*

C. scapo nudo laeui, foliis ouatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 160. Flor. dan. t. 854. Curt. lond. Hall. hist. n. 1241. Gmel. sib. 1. p. 34. n. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.*

In Tauriae Caucasique syluis, sub arboribus nascitur. Floret Aprili, Majo. ♃

** *Polygonatum Tournef. corollis infundibuliformibus.*

694. CONUALLARIA *Polygonatum.*

C. foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subbifloris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 161. Flor. dan. t. 377. Hall. hist. n. 1242. Gmel. sib. 1. p. 34. n. 2. I. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.*

Communis in syluis sub arboribus. Floret Majo. ♃

Incolae *radices* saccharo aut melle conditas in deliciis habent.

695. CONUALLARIA *latifolia.*

C. foliis alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunculis axillaribus multifloris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 163. Jacq. austr. 3. t. 232.*

Polygonatum tertium latiore folio. *Clus. hist. 1. p. 276.*

Occurrit in Tauriae syluis. ♃

Caulis foliaque pilis exilibus prostratis leniter pubescentia. *Folia* subpetiolata acuminata; quâ praesertim notâ a praecedente dignoscitur. *Pedunculi* subbiflori. *Flores* ampliusculi praecedentis, paullo breuiores.

200. HYACINTHUS. Cor. campanulata, 6-fida. Pori tres melliferi germinis.

696. HYACINTHUS *pallens.*

H. corollis campanulato-cylindricis: limbo erectiuſculo tubo breuiore, bracteis minimis, foliis lineari-lanceolatis erectis.

H. amethyſtinus. *Pall. it. 3, p. 589. Güldenſt. it. 1. p. 35. 109.*

Habitat frequens in campeſtribus gubernii Tambouienſis, ad fluuium Choper; rarius ad Kumam fluuium circa Maſchar, nec non in Caucaſi iberici alpeſtribus. Floret vere. ♃

Statura et *folia* H. botryoidis: cujus magnitudine etiam *flores* campanulato-cylindrici ex albido caerulei erecto-patuli. *Pedicelli* flore breuiores. *Bractea*: ſquamula obſoleta.

H. amethyſtinus Linn. eſt planta *flore* H. orientalis magnitudine; ergo nequaquam noſtra.

697. HYACINTHUS *racemoſus.*

H. corollis ouatis uniformibus confertis: ſummis ſeſſilibus, foliis laxis dependentibus linearibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 170. Jacq. auſtr. 2. p. 52. t. 187. Curt. mag. Hall. hiſt. n. 1245.*

H. botryoides. *Pall. ind. taur.*

H. non ſcriptus. *Habl. taur. p. 118.*

In collibus herbidis Tauriae Caucaſique frequens. Floret Majo. ♃

698. HYACINTHUS *comoſus.*

H. corollis angulato-cylindricis: ſummis ſterilibus longius pedicellatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 169. Jacq. auſtr. 2. p. 16. t. 126. Curt. mag. Hall. hiſt. n. 1247. Pall. ind. taur.*

β. uſtilagine correptus.

H. fuliginoſus. *Pall. ind. taur.*

In campeſtribus et cultis minime rarus. Floret Majo, Junio. ♃

699. HYACINTHUS *ciliatus.*

H. corollis campanulato-cylindricis femifexfidis, pedunculis fructiferis longiffimis horizontalibus, foliis ciliatis.

H. fpicâ laxâ diffufâ, pedunculis longiffimis fubnutantibus, corollis angulatis. *Cyrilli neap. 2. n. 10.*

H. farmaticus. *Pall. ind. taur.*

H. romanus. *β. Lamark dict. 3. p. 102. fub. n. 8.*

H. comofus bizantinus. *Cluf. hift. 1. p. 180. J. Bauh. hift. 2. p. 583.*

In Tauriae Caucafique, etiam Ucraniae campeftribus paffim reperitur. Autumno, ob pedunculos quaquauerfum rigentes, ventorum ludibrium. Floret Majo. ♃

Folia digitum lata patentia. *Corolla* tubo lurido, limbo viridulo.

201. JUNCUS. Cal. 6-phyllus. Cor. 0. Capf. 1-locularis.

* *Culmis nudis.*

700. JUNCUS *effufus.*

J. culmo nudo ftricto, paniculâ laterali fupradecompofitâ effufâ, capfulis clauatis apice truncatis. *Rotfk. monogr. n. 5. Flor. dan. t. 1096. Leers herb. n. 262. t. 13. f. 2. Pall. ind. taur.*

J. culmo nudo ftricto, paniculà laterali effufâ, floribus oblongis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 205.*

Occurrit in fyluis altioribus Tauriae, locis humentibus. ♃

701. JUNCUS *glaucus.*

J. culmo nudo glauco apice inflexo tereti, paniculâ laterali erectâ, capfulis oblongis acutis. *Rotfk. monogr. n. 4. Flor. dan. t. 1159.*

J. culmo nudo glauco apice inflexo, paniculâ laterali effufâ, ramis elongatis, floribus acuminatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 206.*

J. inflexus. *Leers herb. n. 263. t. 13. f. 3. Ehrh. catal. 3. p. 59.*

In humentibus frequens. Floret Junio. ♃

** *Culmis folioſis.*

702. JUNCUS *articulatus.*

J. culmo adſcendente, foliis nodoſo-articulatis ſubcompreſſis, paniculâ compoſitâ, calycibus aequalibus obtuſiuſculis. *Rotſk. monogr. n. 36. Linn. ed. Willd. 2. p. 211. Flor. dan. t. 1097. Leers herb. n. 265. t. 13. f. 6. Hall. hiſt. n. 1322. Gmel. ſib. 1. p. 69. n. 32. Pall. ind. taur.*

Ad rimulorum margines paſſim reperitur. Floret aeſtate, ♃

Floſculi circiter 10 in quouis glomerulo. *Calycina* foliola lanceolata, acuta quidem, ſed non mucronata.

703. JUNCUS *bulboſus.*

J. culmo folioſo ſimplici compreſſiuſculo, foliis canaliculatis, corymbo terminali foliis floralibus breuiore, capſulâ ſubrotundâ obtuſâ calyce longiore. *Rotſk. monogr. n. 17. Linn. ed. Willd. 2. p. 213. Flor. dan. t. 431. Leers herb. n. 266. t. 13. f. 7. Hall. hiſt. n. 1318. Gmel. ſib. 1. p. 67. n. 31. t. 17. f. 2. Pall. ind. taur.*

In humentibus communis. Floret Junio. ♃

704. JUNCUS *bufonius.*

J. culmo folioſo ſubramoſo, foliis linearibus canaliculatis, paniculâ dichotomâ: ramis multifloris, calycibus acuminatis capſulâ obtuſâ longioribus. *Rotſk. monogr. n. 15.*

J. culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 214. Flor. dan. t. 1098. Leers herb. n. 267. t. 13. f. 8. Gaertn. fruct. 1. p. 53. t. 15. f. 5. Hall. hiſt. n. 1319. Gmel. ſib. 1. p. 67. n. 30.*

In udis ad Caucaſum reperitur. Floret Junio. ☉

705. JUNCUS *pilosus.*

J. foliis planis pilosis, corymbo subsimplici, pedunculis unifloris nutantibus, calycinis foliolis capsulâ breuioribus ouatis acutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 216. Rotsk. monogr. n. 19. Curt. lond. Leers herb. n 268. t. 13. f. 10. Ehrh. catal. 6. p. 151. Hall. hist. n. 1325. Gmel. sib. 1. p. 65. n. 27. var. 1. Pall. ind. taur.*

Occurrit rarius in sylvarum altiorum umbrosis. Floret Majo. ♃

706. JUNCUS *campestris.*

J. foliis planis pilosis, spicis pedunculatis umbellatis: intermediâ sessili, calycinis foliolis mucronatis capsulâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 221. Rotsk. monogr. n. 39. Leers herb. n. 270. t. 13. f. 5. Hall. hist. n. 1330. Gmel. sib. 1. p. 64. n. 26.*

In Tauriâ et Caucaso iberico reperitur. ♃

202. BERBERIS. Cal. 6-phyllus. Petala 6: ad ungues glandulis 2. Stylus 0. Bacca 2-4-sperma.

707. BERBERIS *vulgaris.*

B. racemis simplicibus pendulis, foliis obouatis ciliato-dentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 227. Willd. arb. berol. p. 34. n. 1. Schkuhr bot. n. 922. t. 99. Hall. hist. n. 828. Pall. ross. 2. p. 41. ind. taur. Habl. taur. p. 109.*

Frutex per Tauriam montosam omnemque Caucasum copiosus. Floret Majo. ♄

203. FRANKENIA. Cal. 5-fidus, infundibuliformis. Petala 5. Stigma 6-partitum. Capsula 1-locularis, 3-ualuis.

708. FRANKENIA *hirsuta.*

Fr. ramis floriferis dichotomis: floribus axillaribus terminalibusque, petalis obtusis, foliis oblongis reuolutis, caule hirsuto.

Fr. floribus fafciculatis, petalis fubrepandis obtufis, foliis linearibus oblongis, caule hirfuto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 242. Gouan illuſtr. p. 26.*

Franca maritima fupina multiflora candida, caulibus hirfutis, foliis quaſi vermiculatis. *Mich. gen. p. 23. t. 22. f. 2.*

Salicaria humifufa, foliis anguſtis. *Buxb. cent. 1. p. 29. t. 47. f. 3. (in tabulâ aeneâ chalcographi errore f. 1)*

Alfine cretica maritima fupina, caule hirfuto, foliis quaſi vermiculatis. *Tournef. cor. p. 45.*

In falfuginofis ſteriliſſimis, circa Tauriae lacus falfos et in deſerto caucafico-caſpio frequens. Floret Junio, Julio. ♃

Flores non funt fafciculati, fed ad ramorum dichotomiam tam axillares quam terminales ſeſſiles. *Varietas*, dichotomiae ramis elongatis, videtur pro *Fr. laeui* fuiſſe habita: haec enim circa Aſtrachan nullibi, quod ſciam, reperitur.

709. FRANKENIA *puluerulenta.*

Fr. caulibus dichotomis, floribus axillaribus terminalibusque, petalis obtuſiuſculis, foliis ſubrotundo-obouatis ſubtus puluerulentis.

Fr. floribus ſolitariis, petalis ſubrepandis, foliis ſubrotundo-obouatis ſubtus puluerulentis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 243.*

Fr. laeuis. *Habl. taur. p. 153.*

Franca maritima quadrifolia fupina Chamaefices folio et facie. *Mich. gen. p. 23.*

Anthyllis valentina. *Cluſ. hiſt. 2. p. 186.*

Circa lacus falſos Tauriae copioſa. Floret Junio, Julio. ⊙

Caules per dichotomiam elongatam ramoſiſſimi, hinc *flores* magis quam in praecedente ſparſi; quamuis ſitus in utràque idem. *Petala* huic minima roſea.

D I G Y N I A.

204. ATRAPHAXIS. Cal. 2-phyllus. Pet. 2, perſiſtentia, conniuentia. Stigmata capitata. Semén 1, compreſſum.

710. ATRAPHAXIS *ſpinoſa.*

A. ramis porrectis rigidis ſubpungentibus.

A. ramis ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 248. Herit. ſtirp. nou. 1. p. 27. t. 14. Gmel ſib. 3. p. 28. n. 16.*

Atriplex orientalis frutex aculeatus, flore pulchro. *Tournef. cor. p. 85. Buxb. cent. 1. p. 19. t. 30. Dill. elth. t. 40. f. 47.*

Habitat in ſterilibus lapidoſis ad Caucaſum, etiam ad Wolgam, locis ſubſalſis et argilloſis, circa coloniam Sareptanam. Floret Julio. ♄

T R I G Y N I A.

205. RUMEX. Cal. 3-phyllus. Petala 3, perſiſtentia, conniuentia. Sem. 1, triquetrum.

* *Hermaphroditi: valuulis granulo notatis.*

711. RUMEX *condylodes.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis lanceolatis, unicâ graniferâ; foliis cordato-lanceolatis: venis concoloribus.

Habitat in humentibus Caucaſi orientalis, circa ruinas Schamachi veteris. Floret aeſtate. ⊙

Habitus et nimia *affinitas* R. ſanguinei, ſed *foliorum* venae concolores ſuccum ſanguineum nullum fundunt. *Calycinae* valuulae maturo ſemine vix ſeſquilineam longae virides: unicâ grano magno ſphaerico rufo.

712. RUMEX *crispus.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Linn. ed. Willd.* 2. *p.* 251. *Curt. lond. Hall. hist. n. 1589. Gmel. sib. 3. p. 112. n. 90.*

Lapathum acutum crispum. *Tabern. Kraeut. p. 823.*

Omnium maxime communis in ruderatis circa pagos, hortos, vineas. Floret Junio. ♃

Gmelinus loc. cit. plures *affines*, qui *valvulis* integerrimis gaudent, conjungit.

713. RUMEX *Nemolapathum.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis linearibus obtusis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis: superioribus lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 252. Ehrh. catal. 1. p. 100. Hall. hist. n. 1590. Munting phytogr. cap. 294. p. 690. n. 15.*

R. conglomeratus. *Boehmer lipsi. n. 576. Stephan mosq. p. 17. Roth germ. 2. p. 422.*

Copiosus ad rivulos, fossas et stagna. Floret aestate. ♃

714. RUMEX *acutus.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis cordatis denticulatis graniferis: dentibus brevibus, foliis cordato-oblongis acuminatis.

R. acutus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 253. Hall. hist. n. 1591. Gmel. sib. 3. p. 115. n. 91. Habl. taur. p. 131.*

Lapathum acutum sive Oxylapathum. *J. Bauh. hist. 2. p. 983. Tabern. Kraeut. p. 823.*

Legi in vicinia fluvii Terek, circa oppidum Mosdok, alias rarum. Floret cum praecedente. ♃

Habitus flores feminaque R. crifpi, fed *folia* plana et *valuulae* denticulatae. *Gmelinus loc. cit.* plures affines, qui *valuulis* dentatis inftruuntur, conjungit.

715. RUMEX *pulcher.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis dentatis fubunicâ graniferâ, foliis radicalibus panduriformibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 254. Mill. dict. n. 8. Hall. hift. n. 1593. Till. pif. t. 37. f. 2. Morif. hift. 2. p. 580. fect. 5. t. 27. f. 13. Gmel. fib. 3. p. 115. n. 91. II.*

Ad Caucafum et in Tauriâ in herbidis ad dumeta et fepes prouenit. Floret Majo, Junio. ⊙ ♂

Valuulae ouato-lanceolatae reticulato-venofae: dentibus utrinque 4-5 fubulatis. *Grana* oblonga in omnibus valuulis: unius majore et perfectiore.

716. RUMEX *aegyptiacus.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis acuminatis dentatis, dentibus capillaribus longiffimis: unicâ graniferâ.

R. floribus hermaphroditis: valuulis trifido-fetaceis, unicâ graniferâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 254. Pall. ind. taur. Till. pif. 43. t. 37. f. 1.*

In inundatis aeftate exficcatis hinc inde reperitur. Circa urbem Aftrachan Majo legi. ⊙

Valuulae lanceolatae acuminatae reticulato-venofae: dentibus multis capillaribus inaequalibus diuaricatis, duobus valuulae graniferae longiffimis.

* * *Hermaphroditi: valuulis granulo deftitutis.*

717. RUMEX *haftifolius.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis nudis reniformibus, foliis haftatis: lobo medio fubcordato, caule ramofiffimo diffufo.

Habitat in rupeſtribus ad fluuium Terek, inter portas caucaſicas et alpem Kaſbek et circa Tiflin. Floret autumno. ♃

Planta glauca, ſicut R. ſcutatus. *Rami* plurimi virgati. *Folia* haſtata: lobo medio dilatato, ſinu utrinque inter hunc et laterales profundo ſemicirculari. *Verticilli* diffiti pauciflori. *Valuulae* pallidae margine purpuraſcentes: unicâ majore.

*** *Floribus diclinis.*

718. RUMEX *alpinus.*

R. floribus hermaphroditis ſterilibus femineiſque: valuulis integerrimis, foliis cordatis obtuſis rugoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 259. Blackw. t. 262. Hall. hiſt. n. 1587.*

R. Patientia. *Pall. ind. taur.*

Lapathum folio rotundo alpinum. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 987.*

Hippolapathum rotundifolium. *Tabern. Kraeut. p. 822.*

In Tauriâ, locis inumbratis humidiuſculis obuius. Floret Junio. ♃

719. RUMEX *Acetoſa.*

R. floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 260. Blackw. t. 230. Hall. hiſt. n. 1597. Gmel. ſib. 3. p. 111. n. 88. Pall. ind. taur.*

Acetoſa prima. *Tabern. Kraeut. p. 826.*

Abundat in pratis. Floret Majo, Junio. ♃

720. RUMEX *multifidus.*

R. floribus dioicis, foliis haſtatis: auriculis palmatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 260.*

Acetoſa minor erecta, lobis multifidis. *Bocc. muſ. 2. p. 164. t. 126.*

β. lobis rarius appendiculatis.

Occurrit in abruptis ſterilibus deſerti Cumani, regioni quoque Wolgicae a Saratow ad Zarizyn familiaris. β in ſaxoſis circa acidulam Narzana reperitur. Floret Majo. ♃

Varietas β media quaſi inter hunc et R. Acetoſellam: *ſimilis* Acetoſellae lobis *foliorum* lateralibus ſaepe ſimplicibus, R. multifido vero lobis omnibus anguſtis et elongatis. *Folia* radicalia alia lanceolata indiuiſa, alia haſtata.

206. TRIGLOCHIN. Cal. 3-phyllus. Petala 3, calyciformia. Stylus 0. Capſ. baſi dehiſcens.

721. TRIGLOCHIN *paluſtre.*

Tr. capſulis trilocularibus laeuibus linearibus baſi attenuatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 264. Flor. dan. t. 490. Leers herb. n. 272. t. 12. f. 5. Hall. hiſt. n. 1308. Gmel. ſib. 1. p. 72. n. 36. Pall. ind. taur.*

In Tauriâ, ad foſſas et riuulos rarius. Floret Junio. ♂

722. TRIGLOCHIN *maritimum.*

Tr. capſulis ſexlocularibus ſulcatis ouatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 265. Flor. dan. t. 306. Gmel. ſib. 1. p. 72. n. 37.*

In deſerto caucaſico-caſpio locis humentibus, dein exſiccatis paſſim reperitur. ♃

207. COLCHICUM. Spatha. Cor. 6-partita: tubo radicato. Capſ. 3, connexae, inflatae.

723. COLCHICUM *autumnale.*

C. foliis planis lanceolatis erectis, filamentis baſi aequalibus glabris piſtillo breuioribus.

C. foliis planis lanceolatis erectis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 272. Schkuhr bot. n. 946. t. 101. Hall. hiſt. n. 1255. Habl. taur. p. 122.*

In planitiebus ad fluuium Terek commune, in Tauriae quoque valli Baidar legi. Floret Auguſto, Septembri. 2

724. COLCHICUM *bulbocodioides.*

C. foliis planis lineari-lanceolatis recuruis, filamentis baſi craſſiore pubeſcentibus longitudine piſtilli.

C. vernum. *Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae campeſtribus, ſolo argilloſo firmo. Floret fauente tempeſtate etiam Januario, ante Crocos vernales. 2

Simile Bulbocodio verno, ſed monopetalum et trigynum. *Spatha* multiflora. *Folia* cum *floribus.*

208. MERENDERA. Spatha. Cor. infundibuliformis, hexapetala, radicalis. Capſ. tres, connexae.

725. MERENDERA *caucaſica.*

M. antheris verſatilibus.

Habitat ad Caucaſum, circa caſtellum Georgopolitanum et in Iberiâ mediâ. Floret primo vere. 2

Simillima Bulbocodio verno: *differt,* praeter *ſtylos* tres diſtinctos, *ſpathâ* magis multiflorâ et *petalorum* laminis latioribus. A *M. pyrenaicâ* diſtincta *antheris* verſatilibus nec adnatis, praeter alias notas.

HEXAGYNIA.

309. ALISMA. Cal. 3-phyllus. Petala 3. Capſulae plures, monoſpermae.

726. ALISMA *Plantago.*

A. foliis ouatis acutis, fructibus obtuſe-trigonis, *Linn. ed. Willd. 2. p. 276. Flor. dan. t. 561. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1184. Gmel. ſib. 1. p. 77. n. 43. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

In aquoſis copioſa. Floret aeſtate. ♃

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

210. EPILOBIUM. Cal. 4-partitus. Petala 4. Capſula oblonga, infera. Semina comoſa.

* *Staminibus declinatis.*

727. EPILOBIUM *anguſtiſſimum.*

E. foliis ſparſis linearibus obſolete denticulatis aueniis, petalis aequalibus integerrimis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 313. Curt. mag. Hall. hiſt. n. 1001.*

E. roſmariniſolium. *Haencke ap. Jacq. collect. 2. p. 50. Schmidt boem. n. 371. Marſch. caſp. p. 167. app. n. 40.*

E. anguſtiſolium. *Lamark dict. 2. p. 347. n. 2.*

E. Dodonaei. *Allion. pedem. n. 1016.*

Lyſimachia ſiliquoſa ſpecioſa anguſtiſolia. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 907.*

Pſeudolyſimachium purpureum minus. *Dod. pempt. p. 85.*

β. foliis lanceolatis latiuſculis viridibus, racemo pauciſloro.

In glareoſis ad torrentes per omnem Caucaſum frequens. β in abruptis alpis Kaiſchaur. Floret Auguſto. ♃

** *Staminibus erectis regularibus, petalis biſidis.*

728. EPILOBIUM *hirſutum.*

E. foliis oppoſitis alterniſque ſubamplexicaulibus ouato-lanceolatis ſerratis glabriuſculis: venis hirſutis, caule ramoſiſſimo hirſuto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 315. Flor. dan. t. 326. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 995. Gmel. ſib. 3. p. 165. n. 38. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

E. amplexicaule. *Lamark dict. 2. p. 374. n. 4.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore. C. B. quarta. *Tabern. Kraeut. p. 1237.*

In humentibus perfrequens. Floret Julio, Auguſto. ♃

Dignoſcitur flore majuſculo ſature purpureo.

729. EPILOBIUM *pubeſcens.*

E foliis oppoſitis alternisque ſubſeſſilibus lanceolatis denticulatis utrinque pubeſcentibus, caule ſimplici villoſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 315. Flor. dan. t. 347. Hall. hiſt. n. 995. var. β.*

E. hirſutum. var. *β. Linn. ſpec. pl. p. 494. Hudſ. angl. p. 161.*

E. villoſum. *Leyſſer hal. n. 378. Krocker ſil. n. 586. Curt. lond.*

E. molle. *Lamark dict. 2. p. 375. n. 5.*

Chamaenerium paruiflorum. *Schreb. ſpic. lipſ. p. 146.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta paruo flore. C. B. quinta. *Tabern. Krauterb. p. 1237.*

Ad riuulorum margines in ſyluaticis reperitur. Floret Julio. ♃

730. EPILOBIUM *montanum.*

E. foliis oppoſitis ouatis dentatis, caule tereti, ſtigmate quadripartito.

E. foliis oppoſitis ouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 316. Flor. dan. t. 922. Curt. lond. Lamark dict. 2. p. 375. n. 6. Hall. hiſt. n. 996. Gmel. ſib. 3. p. 165. n. 36. Pall. ind. taur.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major. C. B. ſexta. *Tabern. Kraeut. p. 1238.*

β. caule hirſutiore, floribus duplo fere majoribus.

Creſcit ad ſylvarum margines et vias. β in lapidoſis ad radices alpis Kaiſchaur. Floret Julio et β Auguſto, Septembri. ♃

731. EPILOBIUM *algidum.*

E. foliis oppoſitis alternisque ouatis glanduloſo-dentatis, caule obtuſangulo, ſtigmate indiuiſo.

β. humile, foliis obiter dentatis.

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur, circa fontes acidulos. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Differt a praecedente *caule* petiolorum marginibus et neruo dorſali foliorum decurrentibus angulato, *foliis* firmioribus: glandulis marginalibus crebrioribus ſubſeſſilibus, *floribus* duplo fere majoribus et praeſertim *ſtigmate* indiuiſo urceolato. Ab E. roſeo Schreb. *dignoſcitur florum* magnitudine; an ſatis diſtinctum? *Varietas* β dodrantalis *accedit* habitu ad E. alpinum, ſed *foliis* ferratis et *germinibus* pedicellatis euidenter ab eo *differt.* ***Radix*** repens.

732. EPILOBIUM *tetragonum.*

E. foliis lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Linn. ed. Willd. 2. p. 817. Flor. dan. t. 1029. Lamark dict. 2. p. 375. n. 8. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 997.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor. C. B. tertia. *Tabern. Kraeut. p. 1237.*

Circa caſtellum Georgopolitanum Caucaſi et in Tauriâ meridionali reperitur. ♃

211. CHLORA. Cal. 8-phyllus. Cor. 1-petala, rotata, 8-fida. Capſ. 1-locularis.

733. CHLORA *perfoliata.*

C. foliis perfoliatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 340. Sabbat. hort. 1. t. 100. Hall. hiſt. n. 649. Seguier ver. 1. p. 202.*

Chlora. *Reneal. ſpec. p. 80.*

In Tauriâ meridionali littorali hinc inde obuia. Floret aeſtate. ⊙

212. VACCINIUM. Cal. ſuperus. Cor. 1-petala. Filamenta receptaculo inſerta. Bacca 4-locularis, polyſperma. (Stam. 8 f. 10.)

** Foliis annotinis.*

734. VACCINIUM *Myrtillus.*

V. pedunculis unifloris, foliis ſerratis ouatis deciduis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 348. Duhamel arb. ed. nou. 2. t. 29. Hall. hiſt. n. 1020. Gmel. ſib. 3. p. 136. Pall. roſſ. 2. p. 44.*

Vitis idaea prima. *Tabern. Kraeut. p. 1487.*

Occurrit rarius in Caucaſi iberici auſtralioris ſyluis elatioribus. ♄

735. VACCINIUM *Arctoſtaphylos.*

V. racemis infrafoliaceis paucifloris, foliis ouato-lanceolatis ſerrulato-ſcabris, caule arboreo.

V. floribus racemoſis, foliis crenulatis ouatis acutis, caule arboreo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 353. Andrews repoſ. t. 30. Pall. roſſ. 2. p. 45.*

Vitis idaea orientalis maxima Cerati folio, flore variegato. *Tournef. cor. p. 42. itin. 2. p. 223. cum icone.*

Habitat in Iberiae occidentalis ſyluis Colchidi finitimis. ♄

** * Foliis ſemperuirentibus.*

736. VACCINIUM *Vitis idaea.*

V. racemis terminalibus nutantibus, foliis obouatis reuolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 354. Flor. dan. t. 40. Duhamel arb. ed. nou. 2. t. 30. Hall. hiſt. n. 1022. Gmel. ſib. 3. p. 138. n. 11. Pall. roſſ. 2. p. 46.*

Vitis idaea major. *Tabern. Kraeut. p. 1487.*

In Caucaſi altioris pinetis occurrit. ♄

213. DAPHNE. Cal. o. Cor. infundibuliformis, 4-fida, ftamina includens. Drupa 1-fperma.

* *Floribus terminalibus, aggregatis.*

737. DAPHNE *glomerata.*

D. floribus fubfeffilibus glomeratis terminalibus, foliis onato-lanceolatis glabris inuolucriformibus, caule fimplici. *Lamark. dict. 3. p. 438. n. 17. Linn. ed. Willd. 2. p. 423.*

Thymelaea orientalis minima Laureolae folio, floribus glomeratis albis. *Tournef. cor. p. 41.*

Habitat in Caucafi iberici alpeftribus. Floret vere. ♄

Habitus D. Laureolae, at vix dodrantalis. *Caulis* fuperne ramofus. *Folia* coriacea nitida obtufiufcula. *Flores* e gemmâ terminali numerofi pallide incarnati fuaueolentes magnitudine Laureolae, demum euadunt laterales; quum ex eâdem gemmà *folia ramusque* nouellus.

738. DAPHNE *oleoides.*

D. floribus geminis lateralibus feffilibus, foliis elliptico-lanceolatis glabris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 423. Schreb. dec. p. 13. t. 7.*

Thymelaea cretica Oleae folio utrinque glabro. *Tournef. cor. p. 41.*

Habitat in Caucafi orientalis fyluis; circa Kurt-Bulak, Junio maturis jam baccis legi. ♄

Frutex pedalis. *Folia* unciam longa lineas 4 lata laete viridia fubtus pallidiora. *Baccae* terminales 1-3 magnitudine pifi fanguineae aquofae.

739. DAPHNE *falicifolia.*

D. floribus aggregatis perpaucis feffilibus terminalibus, foliis lineari-lanceolatis utrinque glabris. *Lamark dict. 3. p. 438. n. 18.*

D. (*caucaſica*) umbellis terminalibus multifloris, foliis oblongo-lanceolatis mucronatis. *Pall. roſſ. 1. p. 53.*

Thymelaea orientalis ſalicis ſolio, flore albo odoratiſſimo. *Tournef. cor. p. 41. (ſpecimina herbarii Tournef. ex Iberiâ.)*

Prouenit in Iberiâ mediâ. In campeſtribus inter oppida Gori et Krzchinval copioſa: etiam in ſyluis circa Ananur. ♄

Praecedente duplo *major* interdum quadripedalis, Liguſtrum vulgare referens. *Ramuli* atropurpurei. *Folia* longiora obſcurius viridia obtuſiuſcula, cum mucrone medio. *Flores* terminales aggregati extus hirſuti albi magnitudine Liguſtri. *Baccae* nigrae?

Willdenouius hanc cum praecedente conjungit, mihi *diuerſae* viſae ſunt.

214. STELLERA. Cal. o. Cor. 4-fida. Stamina breuiſſima. Nux 1, roſtrata.

740. STELLERA *Paſſerina.*

St. foliis linearibus, floribus axillaribus ſeſſilibus quadrifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 429. Jacq. ic. rar. 1. t. 80. Hall. hiſt. n. 1028. Pall. ind. taur.*

Lingua Paſſerina. *Tabern. Kraeuterb. p. 1212.*

Creſcit in campeſtribus ſiccis. Floret Julio. ☉

TRIGYNIA.

215. POLYGONUM. Cal. o. Cor. 5-partita, calycina. Semen angulatum.

* *Atraphaxoides: caule fruteſcente.*

741. POLYGONUM *buxifolium.*

P. caule fruticoſo, foliis ſubrotundis margine undulatis petiolatis, ochreis ſubulatis, petalis binis exterioribus minoribus patulis.

P. orientale, Buxi folio rigido. *Tournef. cor. p. 39.*

Frequens in Iberiâ, circa Tiflin. ♄

Ab *affini* P. frutescente dignoscitur facile *foliorum* latitudine et colore laete viridi, quae illi lanceolata glauca.

* * *Bistortae: spicâ unicâ.*

742. POLYGONUM *Bistorta.*

P. caule simpliciſſimo monostachyo, foliis ouatis in petiolum decurrentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 441. Flor. dan. t. 421. Hall. hist. n. 1559. Gmel. sib. 3. p. 40. n. 33.*

Reperitur in Iberiae meridionalis montibus altioribus, nec alibi mihi visum. ♃

743. POLYGONUM *viuiparum.*

P. caule simpliciſſimo monostachyo, foliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 441. Flor. dan. t. 13. Gmel. sib. 3. p. 44. n. 34. t. 7. f. 2. Hall. hist. n. 1558.*

Occurrit in Armeniae ibericae monte Alwar, versus cacumen. *C. Mussin-Puschkin.* ♃

* * * *Persicariae: pistillo bisido, aut stamina minus 8.*

744. POLYGONUM *amphibium.*

P. floribus pentandris semidigynis, spicâ ouatâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 443. Curt. lond. Hall. hist. n. 1565. Gmel. sib. 3. p. 46. n. 35. Pall. ind. taur.*

β. natans: ramis floriferis emergentibus. *Schmidt. boem. n. 387. Flor. dan. t. 282.*

Utraque varietas in aquosis et ad fossas passim reperitur. Floret Julio, Augusto. ♃

745. POLYGONUM *Hydropiper.*

P. floribus hexandris semidigynis, spicis filiformibus laxis, foliis lanceolatis, ochreis ciliatis, seminibus triquetris.

P. floribus hexandris femidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubnuticis *Linn. ed. Willd. 2. p 444. Curt. lond. Schkuhr bot. n. 1012. t. 108. Hall. hiſt. n. 1554. Gmel. ſib. 3. p. 50. n. 38.*

In udis ad Caucaſum obuium. ⊙

746. POLYGONUM *Perſicaria.*

P. floribus hexandris digynis, ſpicis cylindricis, foliis lanceolatis ſupra ſcabriuſculis, ochreis ciliatis.

P. floribus hexandris digynis, ſpicis ouato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 446. Flor. dan. t. 702. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1555. Gmel. ſib. 3. p. 47. n. 36. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Commune in humentibus. Floret Julio, Auguſto. ⊙

747. POLYGONUM *incanum.*

P. floribus hexandris digynis, ſpicis oblongis, foliis oblongo-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 446. Hall. hiſt. n. 1556. Schmidt boem. n. 391. Gmel. ſib. 3. p. 48. n. 36. α.*

P. tomentoſum. *Schrank bau. 1. p. 669. t. 3.*

P. Perſicaria γ. *Linn. ſpec. pl p. 669.*

In promontorio caucaſico et in Tauriâ rarius obuium. ⊙

* * * * *Polygona: foliis indiuiſis, floribus octandris.*

748. POLYGONUM *maritimum.*

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis ellipticis venoſis margine reuolutis, ochreis laceris internodia breuia ſubaequantibus, caule declinato.

P. floribus octandris trigynis axillaribus, ochreis bilobis membranaceis, foliis ellipticis obtuſis ſubcarnoſis, caule ſuffruticoſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 449. Pall. ind. taur.*

P. maritimum latifolium incanum. *Morif. hift.* 2. *p.* 592. *fect.* 5. *t.* 29. *f.* 3. *Barrel. ic.* 560. *f.* 1.

P. marinum. *Cam. epit.* 691.

Crefcit in arenâ littorali Tauriae, ad Bofphorum frequens. Floret Auguſto. ⊙

P. auiculari nimis *affine*, *caule* etiam herbaceo, nec ut alii volunt, frutefcente. *Habitus* breuior firmiorque. *Folia* coriacea glauca, exficcatione caefia. *Flores* P. auiculari nonnihil majores. *Styli* 3 breuiffimi. *Stigmata* incraffata.

749. POLYGONUM *auiculare.*

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis venofis, ochreis laceris internodiis breuioribus, caule procumbente ramofiffimo.

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 447. Flor. dan. t. 803. Curt. lond. Hall. hift. n. 1560. Gmel. fib. 3. p. 40. n. 32. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

P. latifolium. *C. B. Morif. hift. 2. p. 591. fect. 5. t. 29. f. 1.*

Vulgatiffimum in incultis omnibus. Floret a Junio in autumnum uſque. ⊙

Variat foliis ellipticis et lineari-lanceolatis, *cauleque* magis minuſue adfcendente.

750. POLYGONUM *arenarium.*

P. floribus octandris trigynis in fpicis terminalibus aphyllis, foliis lanceolato-linearibus, caulibus angulatis declinatis herbaceis. *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 69.*

Habitat in fterilibus circa Kifljar et inſulae tranſbofphoranae Taman. Floret autumno. ⊙

Praecedenti nimis *affine.*

751. POLYGONUM *patulum.*

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis acutis venosis: floralibus diminutis, ochreis ciliatis, caule ramoso patulo.

P. rectum. *Barrel. ic. 560. f. 2.*

Occurrit locis incultis cum P. aviculari rarius. ⊙

Caulis erectus, internodiis baseos elongatis. *Rami* alterni paniculati erecto-patuli. *Folia* lanceolata: *inferiora* majuscula sesquuncialia semunciam lata; *floralia* vix florum longitudine, ut *ramuli* summi floriferi *racemos* filiformes flexuosos fistant. *Ochreae* longiusculae tenuissime ciliatae. *Flores* P. aviculari paullo minores.

752. POLYGONUM *acetosum.*

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis subcarnosis aveniis, ochreis bipartitis, caule ramoso procumbente.

Habitat in arenâ mobili deserti caspici. Circa urbem Astrachan, in vineis sabulosis quoque legi. Floret Majo, Junio. ⊙

Species facie P. aviculatis, at bene distincta. *Caules* breviores, sicut tota planta glauci. *Folia* formâ P. aviculatis, sed crassiuscula plane avenia. *Ochreae* breues bipartitae: lobis ovatis, apice denticulis abbreuiatis nec ciliis. *Sapor* acidulus exacte Acetosae pratensis.

753. POLYGONUM *salsugineum.*

P. floribus pentandris? trigynis axillaribus, foliis subulatis, ochreis ciliatis, caule erecto ramosissimo diuaricato.

P. floribus subpentandris trigynis axillaribus, foliis linearisubulatis, seminibus calyce duplo longioribus. *Marsch. casp. p. 169. app. n. 41.*

Habitat in Caucaſo orientali, locis ſchiſtoſis ſubſalſis bituminoſis, nec non in abruptis ſteriliſſimis ſalſuginoſis ad Wolgam, circa coloniam Sareptanam. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

754. POLYGONUM *undulatum.*

P. floribus octandris trigynis racemoſo-paniculatis, foliis lanceolatis undulatis ſuperne ſcabris, ſubtus pubeſcentibus; caule ramoſo inferne pubeſcente: geniculis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 451. Murray in comment. goett. a. 1774. p. 34. t. 5. Gmel. ſib. 3. p. 56. n. 41. t. 10.*

P. ſibiricum. *Linn. ſuppl. p. 228.*

Fagopyrum orientale, ramoſum et multiflorum, Perſicariae folio. *Tournef. cor. p. 39. Buxb. cent. 2. p. 34. t. 31.*

Occurrit in Armeniae ibericae montibus, circa metallifodinas Alwar. ♃

Variat foliis glabris margine ciliato-ſcabris, et ſupra totis ſcabris ſubtus villoſis. *Genicula* junioris pilis ſparſis erectis barbata, qui in adultiore euaneſcunt. *Tournefortii* et *Buxbaumii ſynonyma* omnino hujus, nec *P. diuaricati* eſſe videntur.

* * * * * *Helxine: foliis ſubcordatis.*

755. POLYGONUM *Convolvulus.*

P. foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obluſatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 455. Flor. dan. t. 744. Hall. hiſt. n. 1561. Gmel. ſib. 3. p. 62. n. 47. Pall. ind. taur.*

Ad ſepes, in dumetis, etiam in cultis commune. Floret Junio. ⊙

756. POLYGONUM *dumetorum.*

P. foliis cordatis, caule volubili laeui, floribus carinato-alatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 455. Flor. dan t. 756. Hall. hiſt. n. 1562. Gmel. ſib. 3. p. 63. n. 47. α. Pall. ind. taur.*

Occurrit cum praecedente rarius, eodemque tempore floret. ⊙

TETRAGYNIA.

216. PARIS. Cal. 4-phyllus. Petala 4, angustiora: aut 0. Bacca 4-locularis.

757. PARIS *incompleta.*

P. foliis verticillatis, corollâ nullâ.

Herba Paris orientalis, foliis denis vel duodenis angustioribus radiatim positis. *Tournef. cor. p. 17.*

Habitat in Iberiae sylvis altioribus, sub arboribus. ♃

Folia 8-12, nunquam 4. *Calycina* foliola multo quam in P quadrifoliâ latiora foliiformia nervosa. *Antherae* filamenti apici, nec medio adnatae. *Species* a P. quadrifoliâ *distinctissima*, quamuis *habitu* conueniat.

217. ADOXA. Cal. 2-3-fidus, inferus. Cor. 4-5-fida. Bacca 1-locularis, 4-5-sperma, calyci adnata. (Stam. 8-10.)

758. ADOXA *Moschatellina.*

Adoxa. *Linn. ed. Willd. 2. p. 472. Flor. dan. t. 9. Curt. lond. Sabb. hort. 2. t. 69. Hall. hist. n. 1005. Gmel. sib. 3. p. 165. n. 39.*

Fumaria bulbosa minima. *Tabern. Kraeut. p. 94.*

Occurrit in alpestribus Caucasi. ♃

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

218. LAURUS. Cal. o. Cor. calycina, 6-partita. Nectarium glandulis tribus, bifetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa 1-fperma.

759. LAURUS *nobilis.*

L. foliis lanceolatis venofis perennantibus, floribus quadrifidis dioicis *Linn. ed. Willd. 2. p. 479. Willd. arb. berol. p. 165. n. 1. Schkuhr. bot. n. 1026. t. 110. Hall. hift. n. 1602. Pall. roff. 2. p. 18 et ind. taur. Habl. taur. p. 85.*

Ad Tauriae meridionalis pagum Alupkam, inter ingentes faxorum, ab imminentibus montium praecipitibus auulforum ruinas frequens; alibi haud obuia. Floret fub initium Maji. ħ

HEXAGYNIA.

219. BUTOMUS. Cal. o. Petala 6. Capf. 6, polyfpermae.

760. BUTOMUS *umbellatus.*

Butomus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 491. Flor. dan. t. 604. Curt. lond. Hall. hift. n. 1186. Gmel. fib. 1. p. 77. n. 42. Pall. ind. taur.*

In udis, circa oppidum Mofdok obuius. Floret Julio. ♃

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

220. SOPHORA. Cal. 5-dentatus, ſuperne gibbus. Cor. papilionacea: alis longitudine vexilli. Lomentum moniliforme.

761. SOPHORA *alopecuroides.*

S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis oblongis villoſis, caule herbaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 499. Gmel. ſib. 4. p. 33. n. 45.*

Eruum orientale alopecuroides perenne, fructu longiſſimo. *Tournef. cor. p. 27. Dill. elth. t. 112. f. 136.*

Glycyrrhiza ſiliquis nodoſis, quaſi articulatis. *Buxb. cent. 3. p. 25. t. 46.*

In campeſtribus ad flumium Terek, circa Kiſljar et in Iberiâ mediâ frequens. Floret Majo, Junio. ♃

221. CERCIS. Cal. 5-dentatus, inferne gibbus. Cor. papilionacea: vexillo ſub alis breui. Legumen.

762. CERCIS *Siliquaſtrum.*

C. foliis orbiculatis cordatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 507. Willd. arb. berol. p. 58. n. 1. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 17. t. 7. Schkuhr bot. n 1042. t. 112. Pall. ind. taur.*

Arbor Judae. *Cluſ. hiſt. 1. p. 13.*

In Tauriae ſyluis, inter Bachtſchiſarai et Sebaſtopolin, hinc inde reperitur. Floret Aprili. ♄

222. DICTAMNUS. Cal. 5-phyllus. Petala 5, patula. Filamenta punctis glandulosis adsperſa. Capſ. 5, coalitae.

763. DICTAMNUS *albus.*

Dictamnus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 541. Jacq. auſtr. 5. p. 13. t. 428. Hall.hiſt. n. 1030. Gmel. ſib. 4. p. 177. n. 97. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 117.*

Communis in graminoſis ſyluaticis. Floret Majo. ♃

223. RUTA. Cal. 5-partitus. Petala concaua. Receptac. punctis melliferis decem cinctum. Capſ. lobata.

764. RUTA *graueolens.*

R. foliis ſupradecompoſitis, ſoliolis oblongis: terminali obouato, petalis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 542. Willd. arb. berol. p. 330. Blackw. t. 7. Hall. hiſt. n. 1003. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

Creſcit rarius in Tauriae meridionalis ſaxoſis mari nigro imminentibus, circa Forus et Alupkam; circa ruinas urbis Cherſoneſi copioſior. ♄

Petala undulata, ſubrepanda.

765. RUTA *linifolia.*

R. foliis lanceolatis ſubſeſſilibus glabris, paniculae ramis pubeſcentibus, petalis ouatis. *Marſch. caſp. p. 170.*

R. foliis ſimplicibus lanceolatis glabris, filamentis ciliatis, caule ſimplici herbaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 545. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

R. ſylueſtris linifolia hiſpanica. *Bocc. muſ. 2. p. 82. t. 73. Barrel. ic. 1186.*

β. foliis plerisque latioribus ſpathulatis.

R. montana, foliis integris fubrotundis. *Buxb. cent. 2. p. 30. t. 28. f. 2.*

In Tauriae calcareis et argillofis apricis obuia. Floret Majo, Junio. ♃

Variat foliorum latitudine et margine mox laeuiufculo, mox euidenter ciliato-fcabro.

766. RUTA *villoſa.*

R. foliis lanceolatis petiolatis cauleque villofis, petalis oblongis, filamentis baſi lanatis. *Marſch. caſp. p. 172. app. n. 42. Perſoon enchirid. 1. p. 464.*

R. orientalis Linariae folio, flore paruo. *Tournef. cor. p. 19. (ſpecim herb. Tournef. ex Iberiâ) Buxb. cent. 2. p. 30. t. 28. f. 1.*

Habitat in Caucaſi orientalis et Iberiae campis apricis. Floret Junio, Julio. ♃

224. ZYGOPHYLLUM. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Nectarium 10-phyllum, germen tegens. ſtaminiferum. Capſ. 5-gona, 5-locularis.

767. ZYGOPHYLLUM *Fabago.*

Z. foiiis conjugatis petiolatis: foliolis obouatis, pedunculis erectis, calyce glabro, petalis indiuiſis, caule herbaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 560. Mill. ic. ed. germ. t. 134. Gmel. ſib. 4. p. 716. n. 93. S. G. Gmel it. 2. t. 28. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145. Beſl eyſt. aeſt. ord. 10. fol. 1. n. 1.*

Telephium Dioſcoridis et Plinii. *Column. ecphr. p. 132. ic. p. 131.*

Abundat in campis ſterilibus ſalſugineis Tauriae et Caucaſi. Floret Junio, Julio. ♃

225. TRIBULUS. Cal. 5-partitus. Petala 5, patentia. Stylus o. Capf. 5, gibbae, fpinofae, polyfpermae.

768. TRIBULUS *terreſtris.*

Tr. foliolis fexjugatis fubaequalibus, feminibus quadricornibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 567. Sabbat. hort. 5. t. 17. Hall hiſt. n. 947. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155. Cluſ. hiſt. 2. p 241.*

Frequens in Tauriae Caucaſique ſterilibus incultis, ad vias et aggeres. Floret Julio, Auguſto, Septembri. ⊙

226. RHODODENDRON. Cal. 5-partitus. Cor. ſubinfundibuliformis. Stam. declinata. Capſula 5-locularis.

769. RHODODENDRON *caucaſicum.*

Rh. foliis labris ſubtus ferrugineo-tomentoſis, umbellis terminalibus, corollis rotatis, petalis ſubrotundis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 605. Pall. roſ. 1. p. 46. t. 31.*

Habitat in alpibus caucaſicis, verſus regionem nivalem. Floret Junio, Julio. ♄

Frutex pedalis bipedalisque. *Folia* lanrina margine revoluta, ſupra nitida, ſubtus aenea tomento leviſſimo ferrugineo veſtita. *Flores* incarnati ſpecioſi. *Petala* apice rotundata ſubemarginata. *Affini* Rh. Chryſantho *folia* ſubtus diſcoloria glabra reticulato venoſa, *flores* aurei Hoc alpicolae potiſſimum ligni vice utuntur: aliis arboribus fruticibusque per alpeſtria deficientibus.

770. RHODODENDRON *ponticum.*

Rh. foliis oblongis glabris utrinque concoloribus, corymbis terminalibus, corollis campanulato-rotatis: laciniis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 606. Willd. arb. berol. p. 285.*

Curt. mag. Jacq. ic. rar. 1. t. 78. Pall. roſſ. 1. p. 43. t. 29.

Chamaerhododendros pontica maxima, folio Laurocerafi, flore e caeruleo purpurafcente. *Tournef. cor. p. 42.*

Occurrit in montibus Iberiae occidentalis, Colchidi finitimis. ♄

227. ARBUTUS. Cal. 5-partitus. Cor. ouata, baſi pellucida. Bacca 5-locularis.

771. ARBUTUS *Andrachne.*

A. caule arboreo, foliis glabris integerrimis ſerratisque, bacois polyſpermis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 617. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 76. t. 22. a. ſphaerica. Pall. ind. taur.*

Andrachne Theophraſti. *Cluſ. hiſt. 1. p. 48. J. Bauh. hiſt. 1. lib. 1. p. 87.*

Ad ſaxorum praeruptorum latera, circa Tauriae pagos littorales, a Baluclaúâ ad Jaltam prouenit. Floret Majo. ♄

Cortex laeuiſſimus, epidermide rubrâ deciduâ. *Racemus* compoſitus ouatus pubeſcens. *Flores* ochroleuci. *Baccae* ſphaericae. *Variat foliis* ſubuilloſis obiter ſerratis et glaberrimis integerrimis. Incolae *Jaban-Dephne* (Laurum ſylueſtrem) vocant.

228. PYROLA. Cal. 5-partitus. Petala 5. Capſula 5-locularis, angulis dehiſcens.

772. PYROLA *minor.*

P. floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 621. Flor. dan. t. 55. Willd. arb. berol. p. 254. n. 2. Hall. hiſt. n. 1009. Gmel. ſib. 4. p. 128. n. 16. t. 56. f. 1. Retz obſ. 1. p. 17.*

P. rotundifolia. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in pinetis Tauriae littoralis rarius et in fyluis ad latera montis Befchtau. Floret Junio, Julio. ♃

773. PYROLA *fecunda.*

P. racemo unilaterali, foliis ouatis ferratis, piftillo recto longiffimo.

P. racemo unilaterali. *Linn. ed. Willd. 2. p. 621. Flor. dan. t. 402. Gmel. fib. 4. p. 129. n. 17. t. 56. f. 2. Retz. obf. 1. p. 17. Hall. hift. n. 1008. Habl. taur. p. 165.*

In Caucafi iberici fyluis reperitur. ♄

DIGYNIA.

229. CHRYSOSPLENIUM. Cal. 4-5-fidus, coloratus. Cor. o. Capf. 2-roftris, 1-locularis, polyfperma.

774. CHRYSOSPLENIUM *alternifolium.*

Ch. foliis alternis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 637. Flor. dan. t. 366. Hall. hift. n. 1548. Gmel. fib. 3. p. 29. n. 17.*

Ad foffarum latera, in Caucafo fubalpino obferuauit *amiciff. Steuen*, mihi nondum his in regionibus obuiam factum. ♃

230. SAXIFRAGA. Cal. 5-partitus. Cor. 5-petala. Capf. 2-roftris, unilocularis, polyfperma.

* *Foliis indiuifis, caule fubnudo.*

775. SAXIFRAGA *Cotyledon.*

S. foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-dentatis, caule paniculato folioso, calycibus glandulofo-pilofis.

Linn. ed. Willd. 2. p. 638. Flor. dan. t. 241. Hall. hiſt. n. 978.

In Caucaſi alpini rupeſtribus frequens. ♃

Folia ſpathulato-lanceolata, cum mucrone canaliculato: caulina pauca minuta. *Caulis pedicelli* et *calices* pilis paruis glandulosis erectis viſcidi. *Pedunculi* paniculato-corymboſi 1-2-flori. *Petala* alba.

* * *Foliis indiuiſis, caule folioſo.*

776. SAXIFRAGA *aſpera.*

S. foliis caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caulibus procumbentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 649. Jacq. auſtr. 5. app. p. 44. t. 31. Hall. hiſt n. 970.*

In alpibus caucaſicis legit mihique communicauit *D. Adam.* ♃

777. SAXIFRAGA *laeuis.*

S. foliis caulinis oblongis acutiuſculis confertis nudis inermibus, caulibus declinatis, floribus terminalibus ſeſſilibus.

Creſcit in alpibus caucaſicis. *D. Adam.* ♃

Ceſpes amplus: furculis confertis foliis obtectis. *Folia* oblonga lineas 2-3 longa lineam lata rigidula glauceſcentia, margine tenuiſſime cartilagineo ſcabriuſculo, mucrone apicis minimo: *caulina* alterna conferta brevıora, ſumma tenera flauicantia. *Flores* nonnulli terminales in capitulo pauciflorο. *Calyces* ſubinferi: ſegmentis ouatis obtuſis glabris ſubcoloratis. *Petala* obouato-oblonga calyce longiora lutea. *Stamina piſtillaque* ſubaequalia corollâ longiora. *Affinis* S. autumnali, ſed *foliis* nudis et *floribus* minoribus ſeſſilibus diſtincta.

778. SAXIFRAGA *juniperina.*

S. foliis caulinis imbricatis ſubulatis canaliculatis ſpinoſis margine ſcabris, floribus racemoſis.

Saxis inuidulat in Caucafi alpeſtribus. Circa portas caucaſicas et ad radices alpis Kaiſchaur frequens. Floret aeſtate. ♃

Surculi numeroſi in amplos ceſpites aggregati, baſi foliorum emarcidorum rudimentis et apice nouellorum roſulis echinati. *Folia* rigida juniperina carinata bicanaliculata, ſupra planiuſcula, pungentia nitida. *Cauliculi* vix digitales piloſi foliofi. *Racemus* terminalis 5-10-florus. *Pedicelli* breuiſſimi. *Flores* magnitudine S. Cotyledonis: *petalis* luteis.

779. SAXIFRAGA *rotundifolia.*

S. foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 651. Curt. mag. Mill. ic t. 141. Hall. hiſt. n. 975. Gmel. ſib. 4. p. 162. n. 72.*

Occurrit in alpeſtribus Caucaſi. ♃

** * * Foliis lobatis, caulibus erectis.*

780. SAXIFRAGA *granulata.*

S foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulatâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 651. Flor. dan. t. 514. Hall. hiſt. n. 976.*

Occurrit in montoſis Iberiae. ♃

Planta iberica pumila eſt, digitalis ſimplex et pauciflora, quoad reliqua cum *vulgari* conuenit.

781. SAXIFRAGA *Tridactylites.*

S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 654. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 986. Gmel. ſib. 4. p. 169. n. 81. Pall. ind. taur.*

Paronychia tertia. *Tabern. Kraeut. p. 114.*

In collibus apricis paſſim obuia. *Varietas* major ramoſiſſima et viſcoſiſſima in rupibus circa Tiflin reperitur. Floret Aprili, Majo. ☉

782. SAXIFRAGA *nervosa.*

S. foliis cuneiformibus subtrilobis nervosis glabris, caulibus adscendentibus ramosis calycibusque villoso-viscidis.

S. foliis lobatis utrinque nervosis, calycibus globosis, corollis patentibus, pistillis subulatis. (*Lapeyrouse*) *Persoon enchirid. 1. p. 490.*

S. hypnoides. *Allion pedem. n. 1538. t. 21. f. 4. bona.*

S. exarata. *Villars delph. 3. p. 674. t. 45.*

Occurrit in saxosis alpestribus Caucasi. ♃

Latis *cespitibus* ad saxa luxuriat, facie S hypnoidis. *Folia* aggregata cuneiformia in petiolum longiusculum attenuata, apice 3-5-loba, aut 3-loba: lateralibus bilobis, 5-nervia glabra. *Caules* digitales vel spithamaei piloso-viscidi, inferne *foliis* 2-3 remotis radicalibus similibus, superne pedunculis 2-3 unifloris longitudine floris. *Bracteae* palmato-tripartitae aut simplices lineares. *Flores* magnitudine S. Cotyledonis. *Calyx* ovatus sicut caulis villoso-viscidus: dentibus obiongis obtusis. *Petala* supera.

783. SAXIFRAGA *muscoides.*

S. foliis radicalibus aggregatis integris trifidisque, scapo gracili suberccto pauciflore, floribus citrinis subsessilibus. *Wulffen apud Jacq. misc. 2. p. 125. Hall. opusc. p. 292. t. 1 et hist. n. 988. Linn. ed. Willd. 2. p. 656.*

In alpium caucasicarum saxosis, cum praecedentibus obnia. ♃

Planta perpusilla cespititia, facie Drabae pyrenaicae. *Folia* alia integra, alia cuneiformia tripartita figurà praecedentis speciei at multoties minora: omnia glabra nervoso-lineata. *Caulículi* pollicares filiformes glanduloso-subpubescentes, foliis paucis remotis. *Flores* apicem versus 2-3 alterni breuiter pedicellati, vix magnitudine S. Tridactylitis. *Calyces* breues obtusi. *Petala* longiora, linearí-obouata, lutescentia.

784. SAXIFRAGA *aquatica.*

S. foliis palmato-quinquepartitis: lobis multifidis, caule paniculato, floribus majoribus, pilillis clauatis. (*Lapeyrouſe*) *Perſoon enchirid. 1. p. 490.*

S. (*petraea*) foliis radicalibus palmato-quinquepartitis: lobis lateralibus coaleſcentibus multifidis, caule paniculato laxo. *Gouan illuſtr p. 29. t. 18. f. 3. bona. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 147.*

Habitat in Tauriae petroſis ſubalpinis, ad ſcaturigines. Circa fontes riui. Salgir frequens. 2

Folia radicalia reniformia partita; caulina palmata. *Caules* paniculato-ramoſi. *Flores* magnitudine S. granulatae: *petalis* albis calyce longioribus. *Planta* tota pilis glutinoſis inſiguiter hirſuta.

Lapeyrouſii opus non vidi, adeoque de Saxifragis ab eo deſcriptis judicare nequeo.

* * * * *Foliis lobatis, caulibus procumbentibus.*

785. SAXIFRAGA *hederacea.*

S. foliis reniformibus: omnibus lobatis, caule filiformi flaccido.

S. foliis caulinis ouatis lobatis, caule filiformi flaccido. *Linn. ed. Willd. 2. p. 658? (excluſo ſynonymo Tournefortii.)*

S. exigua, foliis Cymbalariae. *Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 2.*

Geum orientale rotundifolium ſupinum, flore aureo. *Tournef. cor. p. 18.*

Habitat in Iberiae umbroſis ſyluaticis, circa ſcaturigines. Floret per totam aeſtatem.

Caules filiformes, Cymbalariae adinſtar quaquauerſum proſtrati. *Folia* omnia reniformia lobata tenera leuiſſime pu-

befcentia : fumma floralia minuta. *Flores* inferi, magnitudine S. Cotyledonis, in caule ramulisque terminales et laterales: pedicellis filiformibus. *Calyx* breuis. *Petala* oblongo-obouata lutea. *Styli* clauati. *Affinis* S. orientali, fed caules flaccidi et folia etiam fumma lobata Pertinet ad Geum *Tournefortii*, ob calyces inferos. *Synonymia* hujus et affinium apud autores confufa.

231. SCLERANTHUS. Cal. 1-phyllus. Cor. 0. Semina 2, calyce inclufa.

786. SCLERANTHUS *annuus*.

Sc. calycibus fructus patulis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 660. Flor. dan. t. 504. Hall. hift. n. 1551. Gmel. fib. 3. p. 39. n. 31. t. 6. f. 2. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 149.*

In Tauriâ et ad Caucafum, locis incultis hinc inde prouenit. Floret Aprili, Majo. ⊙

232. GYPSOPHILA. Cal. 1-phyllus, campanulatus, angulatus. Petala 5, ouata, feffilia. Capf. globofa, 1-locularis.

787. GYPSOPHILA *repens*.

G. foliis lineari-lanceolatis carnofis glabris, paniculâ laxâ fubpubefcente, genitalibus coroliâ breuioribus.

G. foliis lanceolatis, ftaminibus corollâ emarginatâ breuioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 662. Gerard. gallopr. p. 409. t. 15. f. 2. Jacq. auftr. 5. p. 4. t. 407. Hall. hift. n. 505.*

Alfine orientalis altiffima gramineo folio, flore albo. *Buxb. cent. 3. p. 32. t. 60.*

In Iberiae lapidofis circa Tiflin frequens ♃

Caules pedales rectiufculi. *Folia* glauca. *Panicula* fparfa parum ramofa leuiter pubefcens. *Calycina* fegmenta omnia acuta dorfo viridia. *Petala* obtufa fubemarginata albida calyce geni-

talibusque longiora, nec duplo. *Planta* iberica aberrat ab europaeâ *radice* minus repente, *foliis* magis carnosis et *paniculâ* pubescente.

788. GYPSOPHILA *tenuifolia.*

G. foliis subulato-filiformibus glabris, paniculâ laxâ glabrâ, corollâ emarginatâ calyce genitalibusque duplo longiore.

Habitat in saxis praeruptis circa portas caucasicas. ♃

Surculi numerosi cespitantes. *Folia* radicalia conferta angustissima: in aliis biuncialia filiformia, in aliis quadruplo breuiora subulata. *Caules* dodrantales graciles. *Panicula* glabra formâ praecedentis. *Flores* majores. *Calycis* dentes duo margine apicis scarioso dilatato cincti, quasi obouati. *Petala* rosea obtusissima inflexo-emarginata.

789. GYPSOPHILA *elegans.*

G. foliis lanceolatis subcarnosis paniculaeque ramis dichotomis patentissimis glabris, corollâ emarginatâ calyce genitalibusque duplo longiore.

Habitat in glareosis torrentis Terek, circa portas caucasicas et Kalpem Kasbek. Septembri hinc inde adhuc florentem legi. ⊙

Radix exilis annua. *Caulis* paniculatus: ramis floriferis ad angulum rectum patentibus per iteratam dichotomiam dinaricatis. *Pedicelli* filiformes. *Flores* formâ, colore et magnitudine praecedentis. *Affinis* G. viscosae; sed *foliis* utrinque acutis angustioribus, *paniculae* ramis glabris longioribus et *calycibus* breuioribus distincta.

790. GYPSOPHILA *altissima.*

G. foliis lanceolato-ensiformibus planis, corymbis compositis villoso-viscosis, corollâ emarginatâ genitalibus longiore.

G. foliis lanceolatis subtrineruiis, caulibus rectis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 663. Gmel. sib. 4. p. 445. n. 40. t. 60.*

Creſcit in collibus lapidoſis Caucaſi ſubalpini. Floret aeſtate. ♃

Folia graminea latiuſcula obſcure trineruia. *Flores* magnitudine G. repentis. *Petala* alba. *Antherae* badiae. *Styli* ſtaminibus paullo breuiores. *Panicula* admodum multiflora, fere ut in ſubſequente.

791. GYPSOPHILA *paniculata.*

G. foliis lanceolatis acuminatis ſcabris, corymbis decompoſitis glabriuſculis, petalis oblongis reuolutis, genitalibus corollam aequantibus.

G. foliis lanceolatis ſcabris, corollis reuolutis, floribus dioicis. *Linn. amoenit. acad. 3. p. 23. ſpec. ed. Willd. 2. p. 663. Jacq. auſtr. 5. p. 26. app. t. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.*

Frequens in Tauriae et Caucaſi campeſtribus. Floret Junio, Julio. ♃

Flores parui: in aliis omnes hermaphroditi, in aliis feminei; ergo *planta* polygama diclina, nec vere dioica.

792. GYPSOPHILA *perfoliata.*

G. foliis ouato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus cauleque pubeſcentibus, paniculâ glabrâ diuaricatâ.

G. foliis ouato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 665. Sabbat. hort. 6. t. 41. Dillen. elth. t. 276. Habl. taur. p. 161.*

Alſine altiſſima folio Plantaginis. *Buxb. cent. 3. p. 32. t. 61.*

Lychnis orientalis multiflora, folio Valerianae rubrae. *Tournef. cor. p. 24.*

In Taurià ad littora Boſphori in arenâ frequens, in Caucaſi quoque campeſtribus obuia. Floret a Junio, ad Septembrim. ♃

Planta inferne pubescens superne glabra. *Petala* integra obtusa purpurea genitalibus longiora. *Paniculae* rami per dichotomiam ad angulos rectos quam maxime diuaricati.

793. GYPSOPHILA *glomerata.*

G. foliis linearibus carinato-triquetris scabris, floribus capitato-glomeratis, caulibus basi simplicibus herbaceis.

G. glomerata. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae et Caucasi lapidosis, praesertim calcareis. Floret Julio, Augusto. ♃

Caules erecti pedales bipedalesque. *Folia* longa recta. *Paniculae* rami villoso-viscosi, aetate calvescentes. *Capitula* ad caulis ramorumque apices compacta, magnitudine Auellanae. *Flores bracteis* ouatis scariosis interstincti, plurimi abortientes. *Petala* oblongo-obouata reflexa alba. *Genitalia* corollâ sublongiora.

794. GYPSOPHILA *capitata.*

G. foliis linearibus carnosis glabris, floribus capitato-glomeratis, caulibus basi romosis suffruticosis patulis.

Lychnis orientalis fruticosa Kali folio, Statices capitulis. *Tournef. cor. p. 24.*

In Caucasi orientalis abruptis steriliss imis, circa Kurt-Bulak, Julio florentem legi. ♄

Praecedenti maxime *affinis,* sed basi distorta lignescens et elongato-ramosa. *Folia* breuiora magis carnosa valde glaucescentia patula nec erecta. *Paniculae* rami glabri. *Capitula* et *flores* praecedentis.

795. GYPSOPHILA *muralis.*

G. foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis, *Linn. ed. Willd 2. p. 666. Schkuhr bot. n. 1111. t. 120. Hall. hist. n. 903.*

Occurrit in Tauriae ſterilibus ad Boſphorum. Floret a Junio ad Septembrim. ⊙

796. GYPSOPHILA *Saxifraga.*

G. foliis linearibus, calycibus angulatis: ſqnamis quatuor, corollis emarginatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 666. Hall. hiſt. n. 902. Barrel. ic. 998.*

Dianthus filiformis. *Poiret dict. enc. 4. p. 523. n. 23.*

In glareoſis circa torrentes Caucaſi iberici frequens. Ad fluvium Aragwi Septembri florentem feminiferamque legi. ♃

233. SAPONARIA. Cal. 1-phyllus, nudus. Petala 5, unguiculata. Capſ. oblonga, 1-locularis.

797. SAPONARIA *officinalis.*

S. calycibus cylindricis, foliis ouato-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 667. Flor. dan. t. 543. Curt. lond. Haller hiſt. n. 908. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

Frequens ad torrentium margines lapidoſos. Floret Julio, Auguſto. ♃

798. SAPONARIA *Vaccaria.*

S. calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ouatis acuminatis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 668. Hall. hiſt. n. 907. Pall. ind. taur.*

Myagrum tertium: Lychnis ſegetum rubra, foliis perfoliatis. *C. Bauh. Tabern. Kraeuterb. p. 1253.*

Inter ſegetes, imprimis Tauriae, minime rara. Floret aeſtate. ⊙

799. SAPONARIA *glutinoſa.*

S. calycibus cylindricis glanduloſo-hiſpidis, foliis ouatis, pedunculis multifloris corymboſis, caulibus erectis ramoſis.

Silene Armeria. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae montofis, ad fyluarum margines locisque fterilibns. Circa pagum Temirdſchi frequens. ♂

Planta pedalis. ramoſa. *Caulis* pilis patulis glanduliferis imprimis ſuperne valde hiſpidus. *Folia* onata neruoſa ſubhirſuta: inferiora petiolatâ *Panicula* compoſita conferta corymboſa maxime hiſpida et viſcoſa: *pedunculis* oppoſitis; *floribus* per arctam dichotomiam faſciculatis, magnitudine Silenes conoideae. *Calyx* multiſtriatus. *Petala* patua oblonga ſanguinea, apice bidentata, ad faucem coronata. *Capſula* cylindrica, thecapodio breuiſſimo.

234. DIANTHUS. Cal. cylindricus, 1-phyllus: baſi ſquamis auctus. Petala 5, unguiculata. Capſ. cylindrica, 1-locularis.

* *Flores aggregati.*

800. DIANTHUS *Pſeudarmeria.*

D. floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis onato-ſubulatis tubum aequantibus, foliis ſubulatis pubeſcenti-ſcabris ſtrictis.

D. barbatus. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 119.*

Habitat in Tauriae ſiccis lapidoſis. Floret Junio, Julio. ♃

Affinis D. Armeriae, ſed undique *pube* exili tantum caneſcens, nec villis inſigniter hirſutus. *Bracteae* floresque breuiores: ſquamis *calycis* onato-ſubulatis ut in D. barbato, nec lanceolato-ſubulatis ut in Armeriâ. *Petalorum* laminae roſeae obtuſe denticulatae, nec anguſte acutae dentibus obſoletis. Cum D. *barbato*, ob *folia* angustâ et ſtricta, tum ob *pubem* omnium partium combinari nequit.

801. DIANTHUS *Armeria.*

D. floribus aggregatis fafciculatis, fquamis calycinis lanceolato-fubulatis tubum aequantibus, foliis fubulatis calycibusque hirfutis.

D. floribus aggregatis fafciculatis, fqnamis calycinis lanceolatis villofis tubum aequantibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 673. Flor. dan. t. 230. Seguier veron. 1. p. 437. t. 7. f. 4. Hall. hift. n. 900.*

Armerius fimplici flore pannonicus. *Cluf. hift. 1. p. 287.*

In Caucafo iberico reperitur. ♃

802. DIANTHUS *atrorubens.*

D. floribus aggregatis capitatis, fquamis calycinis ouatis ariftatis tubo breuioribus, inuolucro ouato ariftato longitudine capituli, foliis lineari-lanceolatis eneruiis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 672. Jacq. ic. rar. 3. t. 467. Seguier veron. 1. p. 434. t. 7. f. 2. Allion. pedem. n. 1545.*

D. Carthufianorum. *Pall. ind. taur..*

Frequens in Tauriae Caucafique herbidis. Floret aeftate. ♃

D. Carthufianorum Linn. nimis *affinis:* an vere diftinctus?

803. DIANTHUS *polymorphus.*

D. floribus fubaggregatis, fquamis calycinis fenis inuolucrique ouatis acutis calyce duplo breuioribus, foliis fubulatis fcabris.

Abundat in campis apricis ficcis ad Caucafum et ad Wolgam inferiorem. Floret à Majo, ufque in autumnum. ♃

Variat ramofitate caulis, numero et fitu florum: mox caulibus fimplicibus, floribus capitato-aggregatis; mox paniculato-ramofis, floribus fubfolitariis. *Dignofcitur caulibus* laeuibus; *foliis* anguftis exquifite acuminatis rectis, margine carinâque fcabris; *bracteis calycisque* fquamis aggregatis ftramineis calyce plus duplo breuioribus; *dentibus calycinis* breuibus; *petalorum* lami-

nis minime ampliatis, dentatis villosis pallide roseis immaculatis.

804. DIANTHUS *prolifer.*

D. floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ouatis obtusis muticis tubum superantibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 675. Flor. dan. t. 221. Seguier veron. 1. p. 433. t. 7. f. 1. Hall. hist. n. 901. Gmel. sib. 4. p. 135. n. 26. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 119.*

Communis in sterilibus, tam Tauriae, quam ad Caucasum. Floret aestate. ⊙

* * *Flores sparsi: petalis indiuisis.*

805. DIANTHUS *pallens.*

D. floribus solitariis, squamis calycinis ouato-lanceolatis aristatis tubo duplo breuioribus, caule laeui paniculato-ramoso, foliis subulatis rectis margine scabris.

Habitat in herbidis ad Wolgam, circa coloniam Sareptanam. Floret Junio. ♃

Habitus D. polymorphi varietatis floribus sparsis. *Caulis* bipedalis superne paniculato-ramosus subdichotomus: ramis elongatis unifloris. *Folia* longa recta: summa saepe sub calyce tertium squamarum par referentia. *Calycis* dentes exquisite acuminati. *Corolla* formâ D. polymorphi pallidior villisque breuioribus.

806. DIANTHUS *rigidus.*

D. floribus solitariis, squamis calycinis ouatis acutis breuibus, caule basi ramoso suffruticoso foliisque subulatis patulis pubescenti-scabris.

Habitat in arenâ mobili collium Sareptensi coloniae adjacentium. Floret Junio, Julio. ♄

Stipes ligneſcens diſtortus. *Caules* annotini plures dodrantales exili pube ſcabri: *ramis* elongatis rigidis unifloris. *Folia* anguſtiſſima conuoluta rigida ſicut caulis ſcabra patula, praeter ima internodiis breuiora. *Flores* magnitudine praecedentis, ab ultimis foliis remoti. *Squamae* quatuor ouatae acutae calyce quadruplo breuiores. *Petala* formâ et colore praecedentis.

807. DIANTHUS *hirtus.*

D. floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis ouato-lanceolatis ariſtatis calyce breuioribus, foliis ſubulatis canaliculatis breuibus caulibusque pubeſcenti-ſcabris.

D. caule foliisque ſcabris, floribus paniculatis, ſquamis ariſtatis calyce breuioribus. *Villars delph.*

D. virgineus. *Habl. taur. p. 119.*

Occurrit in Tauriae meridionalis abruptis lapidoſis calcareis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Ceſpes ampliuſculus, ex foliorum radicalium aggregatorum roſulis numeroſis *Folia* ſubulata ſemuncialia rigida ſubpungentia, ſupra canaliculata, ſubtus carinata ſetulis minimis ſcabra glauceſcentia: caulina conſimilia erecta. *Caules* digitales et ſpithamaei pubeſcenti-ſcabri ſimplices aut apicem verſus *ramo* uno alteroue ſubaequante. *Flores* plerumque ſolitarii magnitudine praecedentis. *Squamae* calyce vix duplo breuiores. *Petala* dentata roſea faucem verſus villoſula.

808. DIANTHUS *campeſtris.*

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouatis acutis breuibus, foliis ſubulatis cauleque paniculato ſubhirſutis.

α. caule baſi ſimplici pubeſcenti-ſcabro, ſquamis calycinis ſubariſtatis.

β. caule baſi ramoſo ſubdichotomo minus pubeſcente.

γ. caule baſi ramoſo flaccido foliisque hirſutis.

Habitat α in Tauriae campeſtribus, β in arenâ mobili circa Charkow et Catherinoſlaw, γ in arenà mobili circa Kiew. Floret Julio, Auguſto, Septembri. ♃

Caulis ſemipedalis: ramis ramulisque elongatis unifloris. *Folia* longiuſcula ſubulata acuminata trineruia; mox undique ſubhirſuta, mox margine tantum ſcabriuſcula. *Flores* magnitudine D. deltoidis. *Calycinae* ſquamae quatuor ouatae acutae calyce plus duplo breuiores adpreſſae: ultimo foliorum pari diminuto ſaepe calyci approximato et tertium ſquamarum par referente. *Petala* obtuſa dentata ſature purpurea faucem verſus villis et orbitis macularum atropurpurearum: ſubtus ochroleuca. *Planta taurica* calycinis ſquamis aliquanto longioribus ſubariſtatis gaudens eſt fortaſſis *diſtincta* ſpecies.

809. DIANTHUS *caucaſicus.*

D. floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, ſquamis calycinis ouatis ariſtatis erectis calyce breuioribus, foliis ſubulatis margine ſcabriuſculis, caule ramoſo laeui.

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouato-acuminatis adpreſſis, petalis cuneiformibus inciſo-ſerratis, foliis glaucis margine ſcabris. *Curt. bot. mag.*

Habitat in pratis ſubalpinis Caucaſi orientalis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Affinis praecedenti, praeſertim varietati tauricae. *Differt* colore *foliorum* dilutiore ſubglauco, *glabritie* omnium partium praeter foliorum marginem leuiſſime exaſperatum, *foliis* aliquanto longioribus exquiſite acuminatis, *ramis* paucioribus, *floribus* majoribus ſubſeſſilibus: ut ſumma folia par ſquamarum tertium referant, *ſquamis* calycinis latioribus acumine longiore. *Petala* ut in praecedente colorata et villoſa. *Planta* culta a Curtiſio dejecta ſpontaneâ magis glauceſcit petalorumque dentibus inſtruitur longioribus.

810. DIANTHUS *montanus.*

D. floribus ſolitariis approximatis, ſquamis calycinis ſenis ouato-ariſtatis patentiuſculis tubo breuioribus, foliis ſubulatis trineruiis hirtis, caule ſuperne ramoſo confertim dichotomo.

Frequens in Caucaſi graminoſis montanis. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Facies omnis D. collini *Waldſt. et Kit. hung.* I. t. 38. Differt *caule* glabriuſculo; *foliis* longioribus, medio haud latioribus quam baſi, trineruiis nec quinqueneruiis, minus hiſutis; *floribus*, ob ramulos dichotomiae ultimos breues approximatis quidem, neque vero faſciculatis. *Petala* purpurea: laminis rotundatis argute dentatis, villis ad faucem lineolisque purpureis. An *varietas* D. collini?

811. DIANTHUS *guttatus.*

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouato-ariſtatis tubum ſubaequantibus, foliis ſubulatis neruoſo-ſtriatis ſcabris, caule paniculato laeui.

Habitat in campeſtribus inter Tyrae et Hypanis oſtia. ♃

Facies praecedentis, ſed *rami* floriferi magis elongati, adeoque flores remotiores. *Folia* minus hirta. *Squamae calycinae* quaternae: ariſtâ multo longiore. *Petala* purpurea punctis plurimis albis irrorata.

812. DIANTHUS *petraeus.*

D. caule ſubunifloro glabro, ſquamis calycinis ouato-acuminatis tubo paullo breuioribus, foliis ſubulatis ſtrictis margine ſcabris.

Habitat in Armeniae ibericae petroſis, ubi Septembri et Octobri florentem legi. ♃

Ceſpes ampliuſculus, *caulibus* aggregatis ſemipedalibus, ſaepe unifloris, quandoque *ramo* laterali unifloro ſubaequante. *Fo-*

lia anguſtiſſima longa margine ſcabra. *Flos* magnitudine fere D. Caryophylli. *Squamae calycinae* quaternae ouato-acuminatae; exteriorum acumine longiore tubo paullo breuiore. *Dentes calycis* longi ſubulati, ut calyx fere ſemiquinquefidus ſit. *Limbus corollae* roſeus crenatus imberbis et immaculatus.

813 DIANTHUS *bicolor.*

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis breuiſſimis truncatis medio acutis ſubaequalibus, petalis dilatatis, foliis ſubulatis: inferioribus tomentoſis, caule paniculato.

D. ſaxatilis. *Pall. ind. taur.*

Caryophyllus ſylueſtris et ſaxatilis, flore magno lacteo ſubtus ad ſpadiceum vergente. *Tournef. cor. p. 23.* (*ex autopſiâ herbarii Vaillantii.*)

Habitat in Tauriae campeſtribus aridis collibusque lapidoſis. Floret aeſtate. ♃

Statura D. Caryophylli. *Folia* ſubulata praelonga nerueſo-ſtriata: inferiora cum caulis baſi tomentoſa, caetera nuda. *Rami* elongati ramoſi. *Flores* magnitudine et formâ D. Caryophylli. *Squamae* baſeos *calycis* quatuor breues latiſſimae et obtuſiſſimae, quaſi truncatae cum acumine medio breuiſſimo: omnes ſubaequales. *Corollae* limbus latus crenatus ſupra ochroleucus ſubtus plumbeus. D. pomeridiano *affinis: differt* ramoſitate, petalis dilatatis crenatis et calyce breuiore latiore: ſquamis baſeos latiſſimis aequalibus.

814. DIANTHUS *pomeridianus.*

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis brauiſſimis ouatis acutis inaequalibus, petalis lanceolatis, foliis ſubulatis: inferioribus tomentoſis, caule ramoſo.

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouatis acutis breuiſſimis, tubo apice tantum ſtriato, petalis emarginatis ſubintegerrimis. *Smith in act. ſociet. linn. 2. p. 300. Linn. ed. Willd. 2. p. 675.* (*excluſo ſynonymo Tournefortii.*)

Habitat in campeſtribus ad Hypanin fluuium, circa Nikolaew, tum circa portum Odeſſanum et ad Wolgam, in viciniâ coloniae Sareptanae. Floret aeſtate. ♃

Squamae calycinae vulgo quaternae: duabus exterioribus minoribus interdum ita remotis, ut calyculus diphyllus videatur. *Tubus* praecedente longior et verſus apicem magis attenuatus. *Petala* anguſta: mox apice emarginata denticuloque uno alteroue, mox integerrima acutiuſcula, colore fere praecedentis, interdiu conuoluta.

*** *Flores ſparſi: petalis multifidis.*

815. DIANTHUS *plumarius.*

D. floribus ſolitariis paniculatis, ſquamis calycinis ſubrotundo-ouatis acutiuſculis breuiſſimis, petalis multifidis barbatis, foliis ſubulatis rigidis ciliato-ſcabris.

D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubouatis breuiſſimis obtuſiſſimis muticis, corollis multifidis. *Smith in act. ſoc. linn. 2. p. 300. Linn. ed. Willd. 2. p. 678. Hall. hiſt. n. 897.*

Caryophyllus ſylueſtris quintus, ſpecies alia. *Cluſ. hiſt. 1. p. 284.*

Caryophyllus plumarius albus et purpureo-caerulens. *Tabern. Kraeut. p. 667. 668.*

Creſcit in arenâ mobili circa Kiew, Charkow et in Podoliâ. Floret Julio. ♃

Foliorum radicalium faſciculi numeroſi ceſpititii. *Folia* ſubulata plana rigida glauca margine ciliato-ſcabra. *Caules* dodrantales pedalesque multiflori: ramis unifloris ſubcorymboſis. *Calycinae* ſquamae breuiſſimae latae obtuſae; neruo tamen carinali pauſillum prominulo. *Petala* multifida albida immaculata: ungue calyce longiore cum laminae baſi barbato. *Flores* ſuaueolentes. *Variat* rarius caule ſimplici unifloro. An haec *varietas* D. arenarius *Linnaei?*

816. DIANTHUS *ſuperbus.*

D. floribus ſolitariis paniculatis, ſquamis calycinis ouatis acutis breuiſſimis, petalis multifidis barbatis, foliis lineari-lanceolatis margine ſcabriuſculis.

D. floribus ſolitariis paniculatis, ſquamis calycinis breuiſſimis acuminatis, petalis multifido-capillaribus, caule erecto. *Smith in act. ſoc. linn. 2. p. 301. Flor. dan. t. 578. Jacq. obſ. 1. p. 40. t. 25. Curt. bot. mag. Gmel. ſib. 4. p. 135. n. 25. t. 58. Hall. hiſt. n. 898.*

Caryophyllus ſylueſtris ſextus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 284.*

Caryophyllus ſylueſtris plumarius albus. *Tabern. Kraeut. p. 669.*

Occurrit in Caucaſo orientali et in Iberiâ. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Dignoſcitur facile a praecedente *foliis* latioribus et *petalorum* maculâ atropurpureâ ſupra ungues.

817. DIANTHUS *fragrans.*

D. caulibus ſubumifloris, ſquamis calycinis ſenis ouato-lanceolatis acuminatis tubo breuioribus, petalis ſemimultifidis imberbibus, foliis ſubulatis margine ſcabriuſculis.

D. (*plumarius?*) floribus ſubſolitariis, ſquamis calicinis ſenis ouato-lanceolatis calyce triplo breuioribus, corollis multifidis. *Marſch. caſp. p. 173. app. n. 43.*

Habitat in Caucaſo ſubalpino. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Folia anguſtiſſima longa. *Petala* alba cum ſuffuſâ purpurâ.

818. DIANTHUS *ſquarroſus.*

D caulibus ſubuniflоris, ſquamis calycinis ouatis acutis breuiſſimis, petalis multifidis, foliis ſubulatis canaliculatis rigidis breuibus recuruis.

Habitat in arenâ mobili collium coloniae Sareptanae adjacentium. Floret Junio, Julio. ♃

Surculis plurimis ex arenâ emergentibus cespitat. *Caules* aggregati adscendentes spithamaei glabri. *Folia* conferta districha reflexo-patula semuncialia rigida subpungentia viridia. *Flores* D. plumario similes: calyce longiore. *Petala* albida tenuissime laciniata.

819. DIANTHUS *fimbriatus*.

D. floribus solitariis, squamis calycinis senis lanceolatis calyce breuioribus, petalis oblongis multifido-dentatis, foliis subulatis scabris, caule basi ramoso suffruticoso.

Caryophyllus orientalis fruticosus, tenuissimo folio, flore laciniato. *Tournef. cor. p. 23.*

Habitat in Iberiae saxosis, circa Tiflin frequens: varietas albiflora in Albaniâ ibericâ, circa Signach. Floret Augusto, Septembri. ♄

Caulis basi lignescens et ramosus: ramis elongatis rigidis subunifloris. *Folia* angusta recta scabra glauca. *Flores* D. plumario minores: *calyce* lineari squamis triplo longiore: dentibus longis subulatis. *Petala* angusta imberbia rosea, rarius alba: unguibus calyce longioribus, laminis toto ambitu dentibus elongatis fimbriatis.

Dianthos meridionali Rossiae indigenos, quot quot mihi innotuerunt, hic definiui; quamvis n. 805, 806, 811, 814, 815 et 818 per Tauriam Caucasumque proprie non occurrant

TRIGYNIA.

235. CUCUBALUS. Cal. inflatus. Petala 5, unguiculata: coronâ ad faucem nullâ ſ. obſoletâ. Capſ. 3-locularis.

820. CUCUBALUS *Behen.*

C. calycibus ſubgloboſis reticulato-venoſis, capſulis triloculatibus, corollis ſubnudis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 684. Flor. dan. t. 914. Hall. hiſt. n. 913. Gmel. ſib. 4. p. 163. n. 28. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 147.*

Communis in herbidis. Floret Julio, Auguſto. ♃

821. CUCUBALUS *fimbriatus.*

C. calycibus campanulatis, petalis multifidis, foliis latoouatis acutis.

Lychnis Behen albo ſimilis major perfoliata. *Buxb. cent. 3. p. 31. t. 57.*

Habitat in Caucaſi alpinis et ſubalpinis. Legi circa acidulam Narzana, ad latera montis Beſchtau et in alpe Kaiſchaur. ♃

Folia magna et lata neruoſa cum caule pubeſcentia. *Flores* magnitudine C. Behen. *Petala* alba multifida, ut in quibuſdam Dianthis.

822. CUCUBALUS *viſcoſus.*

C. racemo verticillato: pedunculis oppoſitis multifloris erectis, foliis lanceolatis undulatis ſeſſilibus hirſutis.

C. floribus lateralibus undique decumbentibus, caule indiuiſo, foliis baſi reflexis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 685. Habl. taur. p. 145.*

Lychnis montana viſcoſa noctiflora hirſuta latifolia alba, floribus abſque appendicibus. *Till. piſ. 105.*

β. latifolius, floribus conſertioribus.

C (*Royeni*) racemo verticillato, pedunculis oppoſitis breuiſſimis multifloris, petalis bifidis, foliis ouato-lanceolatis ſubundulatis. *Marſch. caſp. p. 174. app. n. 44. Royen lugdbat. p. 448.*

Lychnis orientalis maxima Bugloſſi folio undulato. *Tournef. cor. p. 23. it I. p. 183. t. 9.*

In campeſtribus Caucaſi, etiam circa Aſtrachan reperitur. Floret Majo, Junio. ♂

Coronulae ad faucem rudimentum, quale vix in ullo Cucubalo deficit,

823. CUCUBALUS *italicus.*

C. petalis ſemibifidis, calycibus clauatis, paniculâ dichotomâ erectâ, genitalibus declinatis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 686. Jacq. obſ. 4. p. 12. t. 79. Retz obſ. 3. p. 31. n. 52.*

In Caucaſi collibus ſiccis obuius: circa thermas Conſtantinomontanas frequens. Floret Junio, Julio. ♂

Thecapodium germine longius, capſulae ſubaequale; unde *calyx* clauatus.

824. CUCUBALUS *molliſſimus.*

C. petalis ſemibifidis, paniculâ dichotomâ, caule foliisque holoſericeis: radicalibus ſpathulatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 688.*

Occurrit in Caucaſi orientalis montibus ſyluaticis. Floret aeſtate. ♃

Pedunculi triflori elongati. *Flores* parui, formâ C. Otitis, duplo majores. *Calyx* 10-ſtriatus glaber. *Petala* bifida. *Thecapodium* capſula multo breuius.

825. CUCUBALUS *Otites.*

C. petalis linearibus indiuiſis undulatis glabris, floribus di icis, pedunculis glabris, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 688. Flor. dan. t. 518. Ehrh. catal. 7. p. 142. Hall. hiſt. n. 920. Gmel. ſib. 4. p. 141. n. 36. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 152.*

Communis in Tauriae Caucaſique apricis herbidis. Floret aeſtate. ♃

236. SILENE. Cal. ventricoſus. Petala 5, unguiculata, coronata ad faucem. Capſ. 3-locularis.

* *Floribus lateralibus, alternis, ſolitariis.*

826. SILENE *dichotoma.*

S. calycibus ouatis piloſo-viſcoſis erectis, petalis bifidis, racemis ſecundis dichotomis, foliis hirſutis: imis ſpathulatis, caeteris lanceolatis.

S. calycibus ouatis viſcoſo-piloſis erectis, petalis bifidis, racemis geminatis terminalibus ſecundis, flore intermedio pedunculato, foliis petiolatis ouato-lanceolatis, baſi ciliatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 699. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 29. Ehrh. catal. 7. p. 144.*

S. nocturna. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae collibus apricis et agris reſtibilibus. Floret Junio. ♂

Flores patuli, *fructus* erecti. *Flos* ad racemorum bifurcaturam. *Thecapodium* breuiſſimum.

827. SILENE *iberica.*

S. calycibus ouatis glabris erectis, petalis bifidis, racemis ſecundis dichotomis, foliis lanceolatis pubeſcentibus.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Facies praecedentis. *Differt hirſutiè* undique minore; *floribus* minoribus; *calycibus* breuioribus glabris.

828. SILENE *ſupina.*

S. petalis bifidis, calycibus alternis pedunculatis oblongis: dentibus acutis, foliis linearibus mucronatis hirtis, caulibus baſi ramoſis procumbentibus.

β. foliis latioribus planis.

Habitat in promontorii caucaſici ſaxoſis, circa thermas Conſtantinomontanas frequens: varietas latifolia in Tauriâ. ♃

Caules baſi ſubligneſcentes. *Folia* in α rigida canaliculata reflexo-patula hirſutie caneſcentia baſi ciliata, in β plana et viridiora. *Rami floriferi* adſcendentes ſpithamaei. *Flores* 1-6 breue pedicellati; *calyce* anguſto elongato tomentoſo: dentibus breuibus margine anguſto ſcarioſo cinctis; *petalis* bifidis albis. *Thecapodium* capſulâ ouatâ longius.

829. SILENE *depreſſa.*

S. petalis bifidis, calycibus oblongis: dentibus obtuſis, foliis lanceolatis ciliato-ſcabris, caulibus baſi ramoſis procumbentibus ſubuniflorís.

Habitat in Iberiae mediae rupeſtribus, circa Tiflin. *D. Steuen.* ♃

Habitus praecedentis, cui affinis. *Caules* breuiores digitales minus incani magis ſcabri: ramis vix ullis. *Folia* latiora plana viridia ſubſcabra: margine ciliis breuiſſimis exaſperato. *Flos* plerumque terminalis ſolitarius ſubſeſſilis; accedente rarius altero pedunculato ſub calyce bibracteato. *Calyx* longus formâ et pube viſcidâ praecedentis: dentibus breuibus obtuſis dorſo viridibus margine lato albo ſcarioſo cinctis. *Corolla* et *genitalia* praecedentis. *Thecapodium capſulâ* ſubgloboſâ multoties longius.

830. SILENE *anguſtifolia.*

S. petalis bifidis, caulibus erectis: ramis alternis unifloris, foliis linearibus elongatis glabris.

S. *(petraea)* floribus lateralibus terminalique pedunculatis, petalis bifidis, foliis lineari-ſubulatis glabris, caulibus ſimplicibus adſcedentibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 58. n. 25.*

Habitat in rupeſtribus ad fluvium Terek, circa portas Caucaſicas. ♃

Hybernaculum multiceps rupibus infixum. *Caules* circiter pedales. *Folia* uncias 2 longa vix lineâ latiora. *Rami* uniflori: inferiores elongati, adſcendendo breuiores. *Calyx* ſubcampanulatus leuiter hirſutus. *Petala* bifida albida. *Thecapodium* vix capſulae longitudine.

** *Caule paniculato, ramis floriferis oppoſitis ſubdichotomis.*

831. SILENE *nutans.*

S. petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, paniculâ nutante. *Linn. ed. Willd. 2. p. 694. Flor. dan. t. 242. Hall. hiſt. n. 915. Gmel. ſib. 4. p. 138. n. 31 t. 59. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 152.*

In promontorio caucaſico hinc inde reperitur. Floret aeſtate. ♃

Thecapodium capſulâ breuius.

832. SILENE *longiflora.*

S. petalis bifidis, floribus paniculatis erectis, pedunculis oppoſitis bracteâ longioribus, calycibus longiſſimis glabris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 696. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 8. Ehrh. catal. 7. p. 144.*

S. juncea. *Roth catal. 1. p. 54.*

Lychnis praelongis foliis et calyce. *Barrel. ic. 380.*

Habitat in Tauriae campeſtribus. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

Pedunculi uniflori. *Thecapodium* capſulâ longius.

833. SILENE *viridiflora.*

S. petalis bipartitis, pedunculis paucifloris brachiatis, foliis ouatis ſcabriuſculis acutis.

S. viridiflora. *Linn. ed. Willd. 2. p. 697. Herm. parad. t. 199. Gmel. ſib. 4. p. 142. n. 37.*

S. nutans. *Habl. taur. p. 152.*

Occurrit in Tauriae locis umbroſis, ad ſepes et ad vias ſyluaticas. Floret Junio, Julio. ♃

Thecapodium breuiſſimum.

834. SILENE *ſaxatilis.*

S. petalis biſidis, calycibus obconicis foliisque coriaceis glabris: radicalibus oblongis obtuſiuſculis petiolatis, caulinis lineari-lanceolatis.

S. floribus paniculatis nutantibus, petalis biſidis undulatis reflexis, pedicellis ternis. *Curt. bot. mag.*

Habitat in Caucaſi rupeſtribus. ♃

Caulis pauciſolius. *Panicula* nudiuſcula, *pedunculis* oppoſitis ſubtrifloris. *Flores* parui ſub floreſcentiâ nutantes dein erecti. *Calyx* ſtriis 10 lacuibus purpuraſcentibus. *Corolla* alba: laciniis limbi anguſtis. *Thecapodium* breue.

835. SILENE *polyphylla.*

S. petalis biſidis, calycibus ouato-oblongis: angulis glanduloſo-hirtis, ramis brachiatis ſubtrilloris, foliis linearibus reflexis hirtis: faſciculo axillari.

S. foliis faſciculatis ſetaceis: ramorum florentium oppoſitis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 705.*

Lychnis ſylueſtris octaua. *Cluſ. hiſt. 1. p. 190. Tabern. Kraeut. p. 675.*

Lychnis ſylueſtris, plurimis foliolis ſimul junctis. *C Bauh. pin. p. 205. Moriſ. hiſt 2. ſ. 5. t. 20. f. 4.*

Occurrit in collibus ſiccis circa Tiflin. ♃

Planta ramoſa diffuſa, tota hirſutie breui aſpera et incana. *Caules* dodrantales pedaleſque: ramis elongatis oppoſitis *Folia* vix uncialia acuta trineruia reflexa margine ciliato-ſcabra: faſciculo axillari foliorum anguſtiſſimorum, ſeu ramulo axillari breuiſſimo folioſo; ſumma latiora ſublanceolata. *Pedunculi* in caulis et ramorum apice plerumque terni: laterales vix flore longiores, intermedius breuior. *Bracteae* oppoſitae foliiformes ad baſin calycis plerumque. *Flores* magnitudine S. Beben minus tumidi. *Calyx* angulis decem purpuraſcentibus pilis glanduliferis hirſutis. *Petala* albida cum fuſſuſâ purpurâ, bifida: laciniis anguſtis obtuſis; coronulâ ad faucem breui. *Genitalia* longitudine corollae. *Thecapodium* breuiſſimum.

836. SILENE *baccifera.*

S. calycibus fructiferis cernuis inflatis laeuibus, capſulis coloratis, ramis diuaricatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 700.*

Cucubalus bacciferus. *Linn. ſpec. pl. p. 591. Mill. ic. t. 112. Hall. hiſt. n. 912.*

Lychnanthus volubilis. *S. G. Gmelin in act. Petrop. a. 1759. vol. 14. p. 525. t. 17. f. 1.*

In virgultis ſubhumidis ad Caucaſum obuia. Apud Iberos radix pro ſpecifico contra ſerpentum morſus celebrata, quam Kwelis Zamali (ſerpentinum medicamen) vocant. Floret aeſtate. ♃

837. SILENE *Armeria.*

S. petalis integris, calycibus clauatis faſciculatis faſtigiatis glabris, foliis glabris: ſuperioribus cordatis.

S. floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 705. Flor. dan. t. 559. Hall. hist. n. 916.*

Occurrit in montosis Caucasi. Legi ad latera montis Beschtau et in Iberiae lapidosis circa metallifodinas Achtalenses. Floret aestate. ☉

Capsulae subglobosae, *thecapodio* multo breuiores.

*** *Caule dichotomo, pedunculis solitariis ex dichotomiâ et terminalibus.*

838. SILENE *conica.*

S. calycibus fructus conicis striis triginta, foliis mollibus, petalis bifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 698. Jacq. austr. 3. p. 30. t. 253.*

S. conoidea. *Pall. ind. taur.*

S. oppositifolia. *Gmel. it. 3. p. 305. t. 32. f. 2.*

In campestribus Tauriae hinc inde occurrit. Floret Majo. ☉

Caulis dichotomia in plantâ plerumque pusillâ obscura. *Thecapodium* breue.

839. SILENE *noctiflora.*

S. calycibus decemangularibus: dentibus tubo aequalibus, caule dichotomo, petalis bifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 701. Lamark illustr. t. 377. f. 2. Hall. hist. n. 911. Pall. ind. taur.*

Communis locis incultis tam in Tauriâ, quam ad Caucasum. Floret aestate. ☉

Thecapodium breuissimum.

840. SILENE *suffrutescens.*

S. calycibus oblongis pubescentibus, petalis bipartitis, caule ramoso dichotomo suffruticoso, foliis spathulatis scabris.

S. caulibus basi lignescentibus, foliis spathulato-lanceolatis, calycibus cylindricis 10-striatis, petalorum limbo bipartito, margine baseos utrinque unidentato. *Marsch. casp. p. 175. app. n. 45.*

S. caspica. *Persoon enchirid. 1. p. 497.*

Habitat in Caucasi orientalis subalpini sterilibus lapidosis. Floret aestate. ♄

Folia parua rigida satura viridia. *Thecapodium* capsulâ longius.

841. SILENE *spathulata.*

S. calycibus subdecemangularibus hirtis, petalis bifidis, caulibus adscendentibus subdichotomis, foliis spathulatis pubescentibus.

S. (*pygmaea*) floribus terminalibus subternis, petalis bifidis, foliis pubescentibus inferioribus spathulatis summis subrotundis, caulibus simplicibus declinatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 58. n. 26.*

Habitat in alpibus caucasicis, rupibus inundatis. *C. Mussin-Puschkin.* ♃

Planta multicaulis digitalis. *Flores* magnitudine S. quinquevulnerae: *petalis* satura purpureis. *Thecapodium* capsulâ paullo brevius.

842. SILENE *chlorifolia.*

S. calycibus glabris clavatis, petalis semibifidis, foliis glaucis: inferioribus ovalibus, summis cordatis amplexicaulibus. *Smith dec. 1. p. 13. t. 13. Linn. ed. Willd. 2. p. 707. Curt. bot. mag.*

Lychnis orientalis viscosa Centaurei lutei folio, flore longissimo. *Tournef. cor. p. 24.*

Habitat in Caucaso orientali et in Iberiâ. Circa Tiflin ad collium latera lapidosa frequens. ♃

Flos S. longiflorae. *Thecapodium* capsulae longitudine.

237. STELLARIA. Cal. 5-phyllus, patens. Pet. 5, bipartita. Capſ. 1-locularis, polyſperma.

843. STELLARIA *Holoſtea.*

St. foliis lineari-lanceolatis margine ferrulato-ſcabris, petalis ſemibifidis calyce longioribus.

St. foliis lanceolatis ferrulatis, petalis bifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 711. Sabb. hort. 4. t. 74. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 884. Gmel. ſib. 4. p. 145. n. 45.*

Occurrit rarius in Caucaſi ſyluis, ſub arboribus. Floret Junio. ♃

844. STELLARIA *graminea.*

St. foliis lineari-ſubulatis margine laevibus, paniculâ diuaricatâ, petalis bipartitis longitudine calycis.

St. foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis, petalis calycis longitudine. *Linn. ed. Willd. 2. p. 711.*

St. aruenſis. *Hoppe, enchirid. a. 1792. p. 62. cum icone.*

St. paniculata. *Pall. ind. taur.*

In herbidis praecedente multo copioſior. Floret aeſtate. ♃

Icon *Florae Danicae t. 678* videtur ad hanc, nec ad St. Holoſteam referenda: contra icon *Gmelini flor. ſib. 4. t. 61. f. 2* St. paluſtrem refert.

845. STELLARIA *viſcida.*

St. villoſo-viſcoſa, foliis lineari-lanceolatis, caulibus dichotomis diffuſis, petalis calyce longioribus.

Ceraſtium (*anomalum*) erectum piloſo-viſcoſum, foliis linearibus. petalis calyce longioribus, floribus trigynis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 812. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 22.*

Crefcit in Tauriae et Caucafi campeftribus. Floret Aprili, Majo. ⊙

Eft *Stellaria* nec *Ceraftium*; deme enim pofteriori *Stylos* duos et habebis priorem.

238. ARENARIA Cal. 5-phyllus, patens. Petala 5, integra. Capf. 1-locularis, polyfperma.

846. ARENARIA *rotundifolia.*

A. foliis orbiculatis glabris, caulibus filiformibus procumbentibus, pedunculis lateralibus diphyllis fubdichotomis.

Habitat in alpibus caucaficis. In alpe Kaifchaur Septembri florentem legi. 2

Facies A. biflorae. *Folia* perfecte orbiculata glaberrima, vix bafi ciliata. *Pedunculi* faepe quinqueflori, fub primâ bifurcaturâ pari foliorum caulinis confimili. *Calycina* foliola fubulata albo-marginata. *Petala* obouata alba longitudine calycis.

847. ARENARIA *trineruia.*

A. foliis ouatis acutis petiolatis neruofis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 718. Flor. dan. t. 429. Curt. lond. Hall. hift. n. 878. Pall. ind. taur.*

In Tauriae fyluis altioribus ad vias obuia. Floret Majo, Junio et paffim ufque in autumnum. ⊙

Capfula fexfariam dehifcens.

848. ARENARIA *ferpyllifolia.*

A. foliis fubouatis acutis feffilibus, corollis calyce breuioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 720. Curt. lond. Hall. hift. n. 877. Pall. ind. taur.*

Communis in campis apricis. Floret Majo, Junio. ⊙

Capfula fexfariam dehifcens.

849. ARENARIA *glutinosa.*

A. villoso-viscosa, foliis oblongis obtusiusculis, caule erecto paucifloro, petalis obouatis calyce longioribus.

Frequens in fabuletis deserti inter Astrachan et Kisljar. Floret Aprili. ⊙

Planta pusilla facie Cerastii. *Flos* magnitudine et formâ A. marinae: *petalis* quoque purpurascentibus.

850. ARENARIA *marina.*

A. foliis linearibus carnosis, caulibus stipulatis prostratis, calycibus capsulâ breuioribus, seminibus marginatis.

A. marina. *Roth germ. 2. p. 482. Flor. dan. t. 740.*

A. media. *Habl. taur. p. 152.*

Locis salsuginosis frequens. Floret per totam aestatem, in autumnum usque. ⊙

Distincta ab A. rubrâ species. *Folia* crassiora longioraque. *Flores* duplo majores. *Capsula* trifariam dehiscens.

851. ARENARIA *imbricata.*

A. foliis lineari-subulatis ciliatis confertis, caule repente hirsuto, pedunculis unifloris terminalibus, petalis calyce obtusiusculo striato hirto longioribus.

Repit longis densisque surculis per rupestria excelsarum Caucasi alpium. Circa Kobi frequens. ♃

Folia breuia rigida patentia ciliata: fasciculo axillari. *Pedunculi* flori aequales aut paullo longiores. *Flos* magnitudine A. laricifoliae. *Calycina* foliola obiter multistriata. *Capsula* trifariam dehiscens.

852. ARENARIA *filifolia.*

A. foliis subulato-filiformibus serrulato-scabris, caulibus erectis simplicibus, paniculâ trichotomâ pubescente laxâ, calycibus obtusissimis petalis obouatis breuioribus.

Alſine viſcoſa, foliis ſubulatis longiſſimis, floribus calyce duplo longioribus, petalis integris. *Gmel. ſib. 4. p. 158. n. 66. Amm. ruth. p. 66. n. 85.*

Habitat in campeſtribus Caucaſo ſubjacentibus: in Ucraniâ et ad Wolgam inferiorem frequens. Floret Majo. ♃

Folia praelonga tenuiſſima, tamen plana aut conduplicata, nec teretia. *Calycina* foliola breuia lata vix carinata: dorſo viridia ſtriis nullis, margine ſcarioſo albo lato cincta. *Habitus* A. cucubaloidis, ſed *calyces* non mucronati et *petalorum* forma diuerſa. Sin haec *A. ſaxatilis Linn. ſynonyma* Vaillantii, Barrelierii aliaque complura, ab autoribus allegata, erunt excludenda. A. capillaris *Poiret dict. enc. 6. p. 380* videtur hujus *varietas* pauciflora.

853. ARENARIA *longifolia.*

A. foliis ſubulato-filiformibus ſerrulato-ſcabris, caulibus erectis ſimplicibus, paniculâ trichotomâ glabrâ confertâ, calycibus obtuſis petalis obouatis duplo breuioribus.

Alſine foliis ſubulatis: inferioribus longiſſimis, calycibus glabris, floribus umbellatis. *Gmel. ſib. 4. p. 157. n. 65. t. 63. f. 2. Amm. ruth. p. 67. n. 86.*

Habitat ad Wolgam inferiorem, circa Saratow et coloniam Sareptanam. ♃

Facies antecedentis, quoad caulem et folia. *Flores* minores numeroſiores. *Calycina* foliola anguſtiora carinata. *Petala* ratione calycis longiora. *Capſula* triſariam dehiſcens.

854. ARENARIA *Holoſtea.*

A. foliis ſubulato-filiformibus margine ſcabrinſculis, caulibus erectis ſimplicibus, paniculâ pauciflorâ, calycibus acuminatis enerviis petalis obtuſis breuioribus.

Alſine orientalis Caryophylli folio, flore magno ſparſo. *Tournef. cor. p. 17?*

Habitat in Caucaſo iberico. ♃

Caulis praecedentibus breuior *foliaque* margine minus exasperata, quoad reliqua praecedentibus similia. *Panicula* subpubescens *Bracteae* lanceolatae acuminatae scariosae. *Flos* Stellariae Holosteae similis, paullo minor: *petalis* breuioribus oblongis obtusis integris. *Calycina* foliola dorso viridia margine albicantia non striata, sicut in duabus praecedentibus. *Accedit* ad insequentem et ad A. dianthoidem, sed *calycina* foliola lanceolata acuminata nec obtusa et *panicula* laxa pauciflora.

855. ARENARIA *cephalotes.*

A. foliis subulato-filiformibus ciliato-scabris, caulibus erectis simplicibus, capitulo terminali fasciculato hemisphaerico, calycibus acuminatis corollam subaequantibus.

Habitat in campestribus circa Tyraspolin, tum inter Hypanis et Borysthenis ostia. Floret Junio, Julio. ♃

Facies antepenultimae quoad *caulem* et *folia,* quae margine magis reliquis sunt exasperata. *Flos* praecedenti subsimilis: *petalis* breuioribus. *Dignoscitur* autem potissimum *floribus* plurimis per arctissimam dichotomiam dense capitatis. *Bracteae* lanceolatae acuminatae scariosae capitulo insperssae. *Calycina* foliola apicem versus striis tribus obsoletis. *Species* hujus generis facile elegantissima.

856. ARENARIA *rigida.*

A. foliis lineari-setaceis ciliato-scabris, caulibus erectis simplicibus, paniculâ trichotomâ glabrâ, calycibus acutis eneruiis corollam aequantibus.

Habitat in Ucraniae arenâ mobili, circa oppidum Paulograd. Floret Augusto. *D. Steuen.* ♃

Media quasi inter praecedentem et penultimam. *Folia* radicalia angustissima, multoties breuiora quam in proxime praecedentibus: caulina superiora internodiis breuiora. *Paniculae* rami minus elongati quam in A. filifoliâ, neque vero breuissimi ut in A. cephalote. *Bracteae* lanceolatae albo-scariosae, ut in

pennltimâ. *Flores* magnitudine praecedentis. *Calycina* foliola sicut in hac lanceolata dorso viridia margine apiceque late albo-scariosa. *Petala* oblonga obtusa alba: basi *glandulam* nectariferam oblongam receptaculo insertam amplectentia. *Species* sub n. 853, 855 et 856, ut discrimina melius eluceant, hic proposui; quamuis Tauriae Caucasoque proprie non sint indigenae.

857. ARENARIA *lychnidea.*

A. foliis subulatis lacuibus, caulibus simplicissimis erectis trifloris, calycibus acutis tristriatis corollâ brevioribus.

Habitat in Caucaso iberico. ♃

Planta cespititia. *Caules* dodrante minores apice pubescentes. *Folia* angustissima praecedentibus breviora. *Flores* terni magnitudine A austriacae: *pedicellis* villosis calycis longitudine. *Calycina* foliola lanceolata carinata striaque approximatâ utrinque ad carinam. *Petala* duplo fere longiora oblonga obtusa. *Capsula* sexsariam dehiscens.

858. ARENARIA *laricifolia.*

A. foliis subulatis margine scabriusculis, caulibus adscendentibus, paniculâ dichotomâ pubescente, calycibus oblongis obtusiusculis tristriatis hirtis corollâ brevioribus.

A. foliis setaceis, caule superne nudiusculo, calycibus subhirsutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 726. Jacq. austr. 3. p. 39. t. 273. Hall. hist. n. 869. Scop. carn. ed. 2. n. 541. t. 18.*

In alpibus caucasicis reperitur. ♃

*Cespitat*uti praecedens *Caules* floriferi dodrantales subhirsuti. *Folia* subulata angusta plana: inferiora saepe unciâ longiora, caulina pleraque internodia excedentia patula. *Panicula* terminalis dichotoma multiflora caule magis hirta. *Pedicelli* calyce longiores. *Flos* magnitudine fere Stellariae palustris. *Calyx* oblongus basi obtusus: foliolis conniuentibus oblongis obtusis viridibus hirtis: striis tribus distinctis, margine scarioso vix ullo. *Petala* calyce duplo longiora.

859. ARENARIA *pinifolia.*

A. foliis ſetaceis rigidis: caulinis ſtrictis, caulibus adſcendentibus paucifloris pubeſcentibus, calycibus obtuſis ſtriatis villoſis corollâ breuioribus.

Habitat in alpibus caucaſicis. 2

Caules baſi diſtorti ligneſcentes ut in A. juniperinâ: *ramis* floriferis ſimplicibus dodrante minoribus adſcendentibus pubeſcentibus. *Folia* anguſtiſſima rigida, ſupra canaliculata, baſi latiore connato-amplexicaulia: inferiora uncialia aggregata; ramorum floriferorum ſtricta diminuta. *Pedunculi* terminales gemini flore multoties longiores. *Flos* praecedente minor. *Calyx* viridis: ſtriis pube confertâ breui ſubuiſcidâ obliteratis. *Petala* calyce longiora. Vidi in herbario Breyniano *plantam helueticam* huic ſimillimam. An haec vera Linnaei A. laricifolia? quippe quae *foliis* gaudet vere laricinis, quod non in praecedente, cujus *folia* ſunt plana longiora minusque rigentia.

860. ARENARIA *auſtriaca.*

A. foliis ſubulatis laeuibus, caulibus paucifloris, pedunculis filiformibus, calycibus ſubulatis remote triſtriatis petalis inflexo-emarginatis breuioribus.

A. foliis linearibus, ramis erectis, pedunculis terminalibus longiſſimis binis, petalis obtuſis emarginatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 728. Jacq. auſtr. 3. t. 270. Allion. pedem. n. 1708. t. 64. f. 2.*

Stellaria biflora. *Jacq. collect. 1. p. 251. t. 18.*

Frequens in rupeſtribus alpinis Caucaſi. 2

Calyx viridis ſtriis tribus: dorſali et duabus margini contiguis. *Capſula* triſariam dehiſcens.

861. ARENARIA *recurua.*

A. foliis ſubulatis trineruiis ſubpubeſcentibus: inferioribus imbricatis recuruis, caulibus declinatis paucifloris, calycibus acutis ſubquinqueneruiis pubeſcentibus corollam ſubaequantibus.

A. foliis lineari-subulatis sulcatis recurnis secundis, caulibus procumbentibus, pedunculis subbisloris terminalibus erectis, calicibus striatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 726. Wulffen ap. Jacq. collect. 1. p. 244. t. 6. f. 2. Allion. pedem. n. 1713. t. 89. f. 3. Hall. hist. n. 863.*

Legi in Caucasi orientalis subalpinis, circa Kurt-Bulak, Junio, Julio florentem. ♃

Affinis A. striatae et vernae. *Folia* similia peranguste: nervis, tribus praesertim subtus prominentibus, pube rarâ et vix nudo oculo conspiciendâ vestita: inferiora in fasciculos curvulos collecta; ramorum floriferorum stricta gemina. *Cauliculi* graciles digitales 1–4-flori sub floribus leuissime pubescentes, sicut pedunculi et calyces. *Flores* magnitudine A. serpyllifoliae. *Calycina* foliola acuta viridia margine angusto albo cincta: striis 3–5 distinctis totum fere discum occupantibus. *Petala* calyce paullo longiora. *Glandulae* 5 nectariferae in fundo calycis inter stamina. *Capsula* trisariam dehiscens.

862. ARENARIA *hirsuta.*

A. hirsuta, foliis subulatis trinerviis: inferioribus imbricatis recurvis, caulibus declinatis, paniculâ dichotomâ multiflorâ, calycibus acutis subquinquenerviis hirsutis corollam subaequantibus.

Habitat in Tauriae montibus altis. In summo monte Tschaturdag Augusto florentem legi. ♃

Accedit ad praecedentem, sed major atque robustior et caule foliis paniculâque pilis brevibus confertis erectis insigniter hirsuta: superne subdisticha. *Panicula* multiflora: *pedicellis* circiter florum longitudine. *Flores* praecedenti similes paullo majores et *calycibus* hirsutioribus. *Capsula* trisariam dehiscens.

863. ARENARIA *tenuifolia.*

A. foliis subulatis, caule paniculato, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 725.*

Flor. dan. t. 389. Hall. hiſt. n. 865. Vaill paris. t. 3. f. 1. Barrel. ic. 580.

B. junior, pilis apice glanduliferis tota hirſuta.

Alſine viſcoſa. *Schreb. ſpic. lipſ. p. 30. n. 945. Hall. hiſt. n. 865.*

In Tauriae collibus frequens; nec ad Caucaſum exulat. Floret Majo, Junio. ⊙

Capſula triſariam dehiſcens.

864. ARENARIA *heteromalla.*

A. foliis ſubulatis, caulibus paniculatis multifloris, calycinis foliolis ſubulatis ſcarioſis bilineatis petala ſubaequantibus.

A. caule ramoſiſſimo, floribus paniculato-faſtigiatis, foliis ſetaceis faſciculatis ſecundis, calycibus ouato-acutis margine lato albo. *Perſoon enchirid. 1. p. 105. Vaill. paris. t. 2. f. 3.*

A. laricifolia. *Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae Caucaſique rupeſtribus. *Varietatem* caule ramoſiſſimo dichotomo divaricato legi ad ſaxa circa portum Odeſſanum. Floret aeſtate. ♃

Color totius plantae glauco-viridis. *Caules* et *pedunculi* leniſſime pubeſcentes. *Flores* magnitudine A. recurvae. *Capſula* triſariam dechiſcens. Haec videtur genuina *A. tenuifolia Linn.* quae eſt planta ceſpititia perennis.

865. ARENARIA *glomerata.*

A. pubeſcenti-incana, foliis ſubulatis ſtrictis, floribus capitato-glomeratis breviſſime pedicellatis, calycibus ſcarioſis biſtriatis acuminatiſſimis petalis multoties longioribus.

A. faſciculata. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae ſaxoſis calcareis. Floret Junio, Julio. ⊙?

Differt ab *affini* A. fasciculatâ *caule* basi ramoso: ramis subsimplicibus declinatis, *hirsutie* omnium partium majore, *calycibus* duplo longioribus, *petalis* minoribus breuioribusque, *pedicellis* breuissimis: qui in A. fasciculatâ flore utplurimum longiores. *Habitus* Minuartiae montanae et Alsines mucronatae, sed *flores* petaloidei decandri. *Capsula* trifariam dehiscens.

PENTAGYNIA.

239. COTYLEDON. Cal. 5-fidus. Cor. 1-petala. Squamae nectariferae 5, ad basin germinis. Caps. 5.

866. COTYLEDON *Semperuiuum.*

C. foliis cuneiformibus integris ciliato-scabris fasciculatis radicalibus, scapo nudo, paniculâ racemosâ laxâ.

C. fasciculis globosis e foliis cuneiformibus integris margine ciliato-scabris, scapis radicalibus, paniculâ oblongâ laxâ. *Marsch. casp. p. 176. app. n. 46.*

Habitat in Caucasi orientalis montibus petrosis rarius. Floret Junio. ♃

Foliorum radicalium fasciculi Semperuiuum referunt, at *flores* sunt Cotyledonis.

240. SEDUM. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. Squamae nectariferae 5, ad basin germinis. Caps. 5.

* *Planifolia.*

867. SEDUM *Telephium.*

S. foliis planiusculis serratis, corymbo foliosо, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 760. Flor. dan. t. 686. Redouté plant.*

craſſ. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 954. Gmel. ſib. 4. p. 171. n. 84.

Occurrit in ditionibus caucaſicis hinc inde. Floret Julio, Auguſto. ♃

868. SEDUM *inuolucratum.*

S. foliis cuneiformibus crenatis pubeſcentibus ciliatis, corymbo conferto inuolucrato, petalis ſubulatis.

Habitat in ſaxis ad radices alpis Käiſchaur. Legi Septembri florens. ♃

Caules declinati hirſuti. *Folia* plana obtuſiſſima in petiolum attenuata crenis obſoletis: caulina ſumma corymbum adinſtar inuolucri cingentia. *Corymbus* ſeſſilis inuolucro breuior. *Flores* albidi, formâ magnitudineque S. hybridi. *Affine* S. Aizoo, ſed hirſutie, *caulibus* ſimplicibus et *petalis* longioribus acutioribusque diſtinctum.

869. SEDUM *ſpurium.*

S. foliis cuneiformi-obouatis antice crenatis pubeſcentibus ciliatis: radicalibus faſciculatis, corymbo compoſito, petalis lanceolatis.

Anacampſeros minor repens, flore purpureo. *Buxb. cent. 5. p. 33. t. 61. f. 2.*

Habitat in rupeſtribus Caucaſi; circa thermas Conſtantino-montanas et verſus cacumen montis Beſchtau frequens. Floret Julio, Auguſto. ♃

Affine admodum S. hybrido. *Differt foliis* breuioribus latioribusque ciliatis, *caulibus corymbiſque* magis pubeſcentibus. *Corollae* carneae: neruo dorſali ſature purpureo. *Corymbus* baſi nudus, nec ut in praecedente inter ſumma folia ſeſſilis.

870. SEDUM *piloſum.*

S. foliis oblongis obtuſis ſubcarnoſis hirſutis: radicalibus faſciculatis, caulibus adſcendentibus folioſis, floribus corymboſis, petalis lanceolatis.

Habitat in rupibus, circa portas caucaficas. ♃

Planta propaginibus globoſis luxurians more Semperuini. *Folia* parua compreſſo-planiuſcula ſicut tota planta hirſuta. *Caules* digitales foliis confertis veſtiti. *Corymbus* terminalis compoſitus. *Flores* magnitudine S. acris rubelli. Ambigit inter hanc et inſequentem tribum. S. hirſuto Allionii *affine*, ſed diuerſum *radice* ſtoloniferâ perenni nec bienni, *foliis* radicalibus majoribus magis complanatis hirſutioribus: caulinis minoribus confertis, *paniculâ* magis compoſitâ et *calycis* foliolis majoribus obtuſiuſculis.

** *Tereti-folia.*

871. SEDUM *acre.*

S. foliis ſubouatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cymâ trifidâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 767. Redouté plant. craſſ. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 966. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae Caucaſique rupeſtribus. ♃

872. SEDUM *album.*

S. foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cymâ ramoſâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 766. Flor. dan. t. 66. Curt. lond. Redouté plant. craſſ. Retz. obſ. 6. p. 28. Hall. hiſt. n. 959. Pall. ind. taur.*

In Caucaſi rupeſtribus rarius reperitur. ♃

873. SEDUM *pallidum.*

S. foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cymâ ramoſâ pubeſcente, floribus ſecundis, petalis ariſtato-acuminatis.

S. ſaxatile. *Pall. ind. taur.*

S. ſtellatum. *Habl. taur. p. 161.*

Habitat in Tauriae rupeſtribus. ♃?

Facies S. ſexfidi, ſed *majus* et *floribus* quinquefidis decandris inſtructum. *Caulis* baſi ramoſus. *Cyma* 2-4-fida: *ramis* apice recuruis, *floribus* alternis breue pedunculatis. *Petala* albida exquiſite acuminata quaſi ariſtata. *Antherae* badiae. Nimis *affine* S. hiſpanico.

874. SEDUM *ſexfidum.*

S. foliis teretiuſculis ſparſis, cymâ compoſitâ ſubbifidâ glabrâ, petalis ſenis acuminatis.

S. (*glaucum*) foliis teretiuſculis, cymâ trifidâ: ramis recuruo-patentibus, petalis ſenis acuminatis, ſtaminibus duodenis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 181.*

Creſcit in Caucaſi rupeſtribus. Circa thermas Conſtantinomontanas frequens. Floret Junio, Julio, Auguſto. ⊙

Planta annua, ab imo ad ſummum ramoſa et floriſera, glabra, glauceſcens. *Partes fructificationis* omnes ſextâ parte auctae. *Flores* albi: *antheris* badiis.

241. OXALIS. Cal. 5-phyllus. Petala unguibus connexa. Stam. inaequalia, 5 breuiora exteriora baſi connata. Capſ. 5-gona, angulis dehiſcens.

* *Foliis ternatis, ſcapo unifloro.*

875. OXALIS *Acetoſella.*

O. acaulis, ſcapo unifloro foliis longiore, foliis ternatis obcordatis, ſtylis longitudine ſtaminum interiorum, radice articulatâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 780. Jacq. monogr. n. 91. t. 80. f. 1. Thunb. monogr. n. 5. Flor. dan. t. 980. Hall. hiſt. n. 928 Gmel. ſib. 4. p. 174. n. 89.*

Occurrit in ſylvis alpinis Caucaſi. ♃

** *Foliis ternatis, pedunculis multifloris, caulescentes.*

876. OXALIS *villosa.*

O. caule repente ramoso, pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis ternatis obcordatis undique hirsutis, stylis longitudine staminum interiorum.

Habitat in Albaniae ibericae lapidosis inumbratis. *D. Steuen.* ⊙

Radix annua; *caulis* tamen radicans. *Planta* tota pilis prostratis crebris valde hirsuta et subincana, etiam *capsulae*. *Pedunculi* petiolis paullo longiores. Caeterum O. *corniculatae* similis maximeque *affinis*. *Stipulae* subulatae minutae caducae.

242. AGROSTEMMA. Cal. 1-phyllus, coriaceus. Petala 5, unguiculata: limbo obtuso, indiuiso. Capſ. 1-locularis.

877. AGROSTEMMA *Githago.*

A. hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Linn. ed. Willd. 2 p. 805. Flor. dan. t. 576. Curt. lond. Hall. hist. n. 926. Gmel. sib. 4. p. 136. n. 27. Pall. ind. taur.*

Crescit inter segetes, minus frequens. Floret aestate. ⊙

878. AGROSTEMMA *Coronaria.*

A. tomentosa, foliis ouato-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis serratis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 806. Curt. bot. mag. Hall. hist. n. 925. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae sylvis, circa Karassubasar et Asamat. Floret Julio. 2

243. LYCHNIS. Cal. 1-phyllus, oblongus, laeuis. Petala 5, unguiculata: limbo fubbifido. Capf. 5-locularis.

879. LYCHNIS *Flos cuculi.*

L. petalis quadrifidis, fructu fubrotundo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 807. Flor. dan. t. 590. Hall. hiſt. n. 921. Gmel. ſib. 4. p. 145. n. 43.*

In Caucaſi orientalis pratis montanis altioribus reperitur. Floret Junio. ♃

880. LYCHNIS *alba.*

L. pubeſcenti-cana, foliis lanceolatis, floribus dioicis, capſulis conicis: dentibus rectis.

L. alba. *Mill. dict. n. 4. Flor. dan. t. 792. Hall. hiſt. n. 923. β.*

L. *(dioica aruenſis)* caule molliter piloſo pallide viridi, foliis mollibus palleſcentibus holoſericeis, corollis albis, ſtylis glabris. *Hoppe enchirid. a. 1794. p. 87. Schkuhr bot. n. 1192. t. 124.*

L. dioica. *Pall. ind. taur.*

In pratis, ad vias et agrorum verſuras obuia. Floret Majo, Junio. ♃

Lychnis dioica *flore* purpureo, in regionibus, de quibus ſermonem facimus, nuſquam occurrit.

244. CERASTIUM. Cal. 5-phyllus. Petala bifida. Capf. 1-locularis, apice dehiſcens.

881. CERASTIUM *perfoliatum.*

C. foliis connatis. *Linn. ed. Willd 2. p. 811. Gmel. ſib. 4. p. 148. n. 49. t. 62. f. 1. mala.*

Myoſotis orientalis perfoliata, Lychnidis folio. *Tournef. cor. p. 18. Dill. elth. f. 284. Sabb. hort. 4. t. 75.*

Occurrit in hortis et vineis ad fluvium Terek, circa oppidum Kiſljar. Floret Aprili, Majo. ⊙

Capſula calyce plus duplo longior recta, denticulis reuolutis.

882. CERASTIUM *ruderale.*

C. caule erecto dichotomo, foliis oblongis obtuſis hirſutis, petalis longitudine calycis, capſulis pendulis calyce duplo longioribus.

Habitat in incultis, hortis, vineis cum praecedente eodemque tempore floret. ⊙

Planta undique hirſuta ſicut C. vulgatum. *Folia* ſimilia magis oblonga. *Flores* aliquanto majores, *petalis* emarginatis calycis longitudine. *Capſulae* corniculatae curuulae pedunculis breuiores, maturae ad caulem uſque reflexae: denticulis rectis. C. dichotomo *affine*, ſed *capſulae* nequaquam erectae.

883. CERASTIUM *vulgatum.*

C. erectiuſculum hirſutum ſuperne ſubuiſcoſum, foliis lanceolatis, calycibus acutiuſculis petala ſubaequantibus, capſulis pedicello breuioribus.

C. foliis ouatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffuſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 811. Hudſ. angl. 2. p. 200. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 893. Gmel. ſib. 4. p. 152. n. 54. Pall. ind. taur.*

C. (*viſcoſum*) hirſutum viſcidum diffuſum, foliis lanceolato-oblongis. *Smith brit. 2. p. 497.*

Myoſotis aruenſis hirſuta, paruo flore albo. *Vaill. pariſ. t. 30. f. 1.*

Occurrit in ruderatis et cultis, cum affinibus paſſim. Floret Aprili, Majo. ⊙

Planta viridis hirta, apice tantum pilis breuioribus glandulofis ſubcaneſcens. *Folia* oblonga ſublanceolata. *Panicula* terminalis minime ſparſa. *Calycina* foliola margine ſcarioſo nitido

cincta; neque vero acuminata: interiora obtusiuscula. *Petala* calycem aut aequantia aut paullo longiora. *Pedicelli* fructus horizontales capsulâ longiores. *Capsula* oblonga calyce longior curuula; dentibus decem rectis dehiscens.

884. CERASTIUM *viscosum.*

C. erectiusculum villoso-viscosum subincanum, foliis ouatis, calycibus acutis petala aequantibus, capsulis pedicello longioribus.

C. erectum villoso-viscosum, paniculâ dichotomâ, floribus pedunculo longioribus. *Hudſ. angl. p. 200. Curt. lond. Linn. ed. Willd. 2. p. 812. Hall. hiſt. n. 895. Gmel. ſib. 4. p. 152. n. 55. Pall. ind. taur.*

C. (*vulgatum*) hirsutum viscidum caespitosum, foliis ouatis, petalis calyci aequalibus, floribus pedunculo longioribus. *Smith brit. 2. p 497.*

Myosotis hirsuta altera viscosa. *Vaill. paris. t. 30. f. 3.*

Crescit in cultis et maderatis ad fluuium Terek, cum praecedente florens. ⊙

Statura et *habitus* erectiusculus praecedentis. *Dignoscitur ramis* floriferis per iteratam dichotomiam magis elongatis, *pube* etiam inferne confertâ viscoso-glandulosâ, *foliis* breuioribus, *floribus* minoribus, *calycibus* acutioribus: margine scarioso angusto, *petalis* paullo breuioribus et praesertim breuitate *pedicellorum*. *Capsulae* subcylindricae curuulae; dentibus rectis sicut in praecedente. C. ouale (*Persoon enchir. 1. 251*) videtur hujus *varietas* pusilla pāruiflora.

885. CERASTIUM *semidecandrum.*

C. procumbens villoso-viscosum subincanum, foliis ouato-oblongis, calycibus acuminatis petala aequantibus, capsulis pedicello breuioribus.

C. decumbens pilosum, foliis oblongis obtusis, petalis calyce breuioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 812. Curt. lond. Hall. hist. n. 894.*

Myofotis aruenfis hirfuta minor. *Vaill. parif. t. 30. f. 2.* β. pumilum: C. hirfutum minus, paruo flore. *Ray fyn. ed. 3. p. 348. t. 15. f. 1.*

Copiofum cum praecedentibus eodemque tempore floret. ⊙

Conuenit cum praecedente *vifcofitate* omnium partium infigni; cum penultimo *paniculâ* minus fparfâ et *pedicellorum* ratione capfulae longitudine. *Dignofcitur* ab utroque *caulibus* aggregatis procumbentibus, extremitate tantum floriferâ adfcedente; *calycibus* margine apicis fcarioso nitido infigniter acuminatis; *flaminibus* faepiffime minus decem et *capfulis* breuioribus latioribus. Indiuidua praecocia aut locis fteriliffimis nafcentia faepe reperiuntur pygmaea.

886. CERASTIUM *pentandrum.*

C. procumbens fubuifcidum, foliis radicalibus fpathulatis: caulinis ouali-orbiculatis, calycibus acuminatis petalis bidentatis longioribus, capfulis pedicello breuioribus.

C. floribus pentandris, petalis integris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 813. Loefl. it. ed. fuec. p. 142.*

In Tauriae ruderatis primo vere cum affinibus reperitur. ⊙

Refert praecedentis *varietatem* pumilam. *Dignofcitur* autem *pube* omnium partium exili fubuifcidâ, unde herba viridis nec incana; *foliis* latioribus: caulinis obtufiffimis fere orbicularibus; *floribus* minoribus; *petalis* calyce euidenter, interdum duplo breuioribus: apice denticulis duobus exilibus, quandoque obfoletis. *Panicula* et huic minus fparfa, *calyces* apiculo fcarioso nitido infigni et *flamina* quinque, faltim minus decem. Hoc faepius occurrit vix unguiculare, quod, ficut in praecedente, a loco natali et a vegetatione praecoci deriuandum.

887. CERASTIUM *aruenfe.*

C. caulibus declinatis, foliis lineari-lanceolatis fubpubefcentibus, petalis calyce longioribus, capfulâ oblongâ dentibus obliquis dehifcente.

C. foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 813. Flor. dan. t. 626. Curt. lond. Hall. hist. n. 889. Gmel. sib. 4. p. 152. n. 53.*

Myosotis aruensis, Polygoni folio. *Vaill. paris. t. 30. f. 5.*

Holosteum caryophylleum. *Tabern. Kraeut. p. 543. bona.*

Occurrit in Caucasi alpini campis elatis. Ad radices alpis Kasbek Septembri florens legi. ♃

Planta leniter hirsuta *caulibus* pluribus procumbentibus cespitans, *foliis* confertis cum fasciculo axillari. *Flores* majusculi: *petalis* albis calyce duplo longioribus. *Capsulae* oblongae curvulae, ore oblique quasi truncatae: dentibus longiusculis inaequalibus.

888. CERASTIUM *repens.*

C. caulibus repentibus foliisque lineari-ellipticis tomentoso-lanatis, petalis calyce duplo longioribus, capsulis oblongis, paniculâ erectâ.

C. foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, capsulis subrotundis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 815? Royen lugdb. p. 450. Hall. hist. n. 891. Pall. ind. taur.*

C. (*tomentosum*) foliis linearibus tomentosis incanis, pedunculis ramosis subpaniculatis. *Lamark dict. 1. p. 680. n. 7. Habl. taur. p. 147.*

Lychnis incana tomentosa. *Morис. hist. 2. sect. 5. t. 22. f. 44.*

Frequens in montium Tauriae altiorum siccis lapidosis. Floret a Majo ad Augustum. ♃

Planta prostrata repens tota tomento denso candido vestita: *ramis* florentibus adscendentibus. *Folia* inferiora latiora oblongo elliptica obtusa, superiora longiora angustiora. *Panicula* terminalis dichotoma: *floribus* 3-9. *Pedicelli* capsulis aequales aut paullo longiores. *Calyx* tomentosus margine scarioso medio-

cri cinctus. *Petala* alba obcordata calyce duplo longiora. *Capſula* ſubcylindrica calyce longior erecta, denticulis rectis aequalibus dehiſcens *Planta* taurica *differt* a germanicâ *foliis* praeſertim imis latioribus, *tomento* denſiore et *pedicellis* breuioribus, vix tamen *ſpecie*. *Synonyma* hujus, praecedentis et C. tomentoſi apud autores confuſa.

889. CERASTIUM *argenteum*.

C. caulibus repentibus foliisque linearibus margine reuolutis tomentoſo-canis, petalis calyce duplo longioribus, capſulis oblongis, paniculâ diuaricatâ.

Habitat in collibus ſiccis Iberiae, circa Tiflin. ♃

Nimis *affine* praecedenti, tamen diuerſum videtur. *Caules* et *pedunculi* tenuiores longiores, *tomentum* omnium partium minus denſum, *folia* omnia anguſta margine reuoluta, *calyx* margine ſcarioſo duplo ſaltim latiore cinctus et *capſulae* latiores. An *diuerſum* a C. grandiflоro *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 168?*

890. CERASTIUM *alpinum*.

C. caulibus flaccidis paucifloris, foliis elliptico-lanceolatis obtuſiuſculis ſubpubeſcentibus, petalis calyce longioribus, capſulis oblongo-ouatis: denticulis rectis.

C. foliis ellipticis nudis piloſiſue, paniculâ dichotomâ pauciflorâ bracteatâ, capſulâ oblongâ recuruâ. *Smith brit. 2. p. 500. Flor. dan. t. 6 et t. 979. Retz obſ. 3. p. 32. n. 54. Hall. hiſt. n. 888. Gmel. ſib. 4. p. 150. n. 52. Ray ſynopſ. ed. 3. p. 349. t. 15. f. 2.*

C. foliis ouato-lanceolatis, caule diuiſo, capſulis oblongis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 814.*

Occurrit in alpibus caucaſicis: in alpe Kaiſchaur Septembri floreus legi. ♃

Radix multicaulis. *Caules* debiles apice erecti hirſuti imprimis ſuperne. *Folia* glabriuſcula viridia. *Pedicelli* termina-

les terni filiformes diuaricati pubeſcentes: laterales quandoque bifidi biflori; fructiferi reflexo-patentes. *Flores* magnitudine praecedentis. *Calyx* viridis ſubpubeſcens: foliolis mediante margine ſcarioſo obtuſiuſculis. *Petala* alba emarginata calyce longiora. *Capſula* oblonga lata rectiuſcula: dentibus rectis dehiſcens.

891. CERASTIUM *frigidum.*

C. caulibus baſi ramoſis adſcendentibus, foliis lanceolatis acutis hirtis, petalis calyce longioribus, capſulis oblongis: denticulis reuolutis.

C. (*purpuraſcens*) foliis ſpathulato-lanceolatis ſubtomentoſis: caulinis ouatis, caule repente: ramis ſimplicibus adſcendentibus 3-4-floris, floribus ſubſeſſilibus, petalis emarginatis purpuraſcentibus. *Adam ap. Weber et Möhr catal. 1. p. 60. n. 24.*

Habitat in alpibus caucaſicis, Iberiam verſus. ♃

Habitus fere praecedentis, ſed *caules* breuiores angulati magis multiflori; *folia* longiora acutiora hirta, tamen viridia; *calyces* longiores acutiores; *petala* paullo breuiora margaritacea aut caeruleſcentia: colore Lini ſatiui; *capſulae* anguſtiores: denticulis paruis reuolutis.

892. CERASTIUM *aquaticum.*

C. foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus (*ſubgloboſis*) pendulis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 816. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 885. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae Caucaſique humentibus. ♃

Hoc ex hactenus recenſitis ſolum *capſulis* ſubgloboſis gaudet.

245. SPERGULA. Cal. 5-phyllus. Petala 5, integra. Capſ. ouata, 1-locularis, 5-ualuis.

893. SPERGULA *ſaginoides.*

Sp. foliis oppoſitis linearibus laeuibus, pedunculis ſolitariis longiſſimis, petalis calyce breuioribus, caule repente.

Sp. faginoides. *Linn. ed. Willd. 2. p. 820. Swarz in nou. act. holm. a. 1789. p. 38. t. 1. f. 2. Hall. hiſt. n. 862. Gmel. ſib 4. p. 157. n. 64.*

Creſcit in alpibus caucaſicis. ♃

Planula multicaulis glabra. *Petala* oblonga obtuſa calyce duplo breuiora. *Stamina* in noſtris decem.

DECAGYNIA.

246. PHYTOLACCA. Cal. o. Petala 5, calycina. Bacca ſupera, 10-locularis, 10-ſperma.

894. PHYTOLACCA *decandra.*

Ph. floribus decandris decagynis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 822. Blackw. t. 515. Dill. elth. 239. f. 309. Hall. hiſt. n. 1007. Habl. taur. p. 87.*

Occurrit in Tauriâ meridionali circa pagum Alupkam et Kureis, in Cachetiâ ad ſepes frequens. ♃

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

247. ASARUM. Cal. 3-4-fidus, germini infidens. Cor. o. Capſ. coriacea, coronata.

895. ASARUM *europaeum.*

A. foliis reniformibus obtuſis binis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 838. Mill. ic. t. 53. Flor. dan. t. 633. Hall. hiſt. n. 1547. Gmel. ſib. 3. p. 16. n. 8.*

Occurrit in Iberiae occidentalis ſyluis, nec alibi. ♃

248. PEGANUM. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, ſ. o. Capſ. 5-locularis, 3-ualuis, polyſperma.

896. PEGANUM *Harmala.*

P. foliis multifidis, caule herbaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 856. Bulliard herb. franc. t. 343. S. G. Gmelin it. 2. p. 197. t. 30. Gmel. ſib. 4. p. 177. n. 96. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.*

Frequens in ruderatis nitroſis, circa urbes et pagos. Floret aeſtate. ♃

P. crithmifolium Retz obſ. 2. p. 34 videtur hujus *varietas* culturâ orta; equidem nil ſimile in ditionibus caſpicis vidi.

249. NITRARIA. Cor. 5-petala: petalis apice fornicatis. Cal. 5-fidus. Stamina 15. Drupa 1-ſperma.

897. NITRARIA *Schoberi.*

N. foliis integerrimis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 858. Pall. roſſ. 1. t. 50. it. 1. p. 494. app. n. 110 et ind. taur.*

Habl. taur. p. 111. Nou. act. petrop. 7. t. 10. Gmel. fib. 2. p. 237. n. 11. t. 98. Amm.ruth. p. 178. n. 256.

N. (*fibirica*) foliis oblongis integerrimis, drupis cylindraceo-conicis. *Lamark illuſtr. t. 403. f. 1. Poiret dict. enc. 4. p. 493. n. 1.*

Occurrit in campis ſalſuginoſis Caucaſo ſubjacentibus. Floret Junio. ♄

250. PORTULACA. Cor. 5-petala. Cal. 2-fidus. Capſ. 1-locularis, circumſciſſa.

898. PORTULACA *oleracea.*

P. foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 859. Redouté plant. craſſ. Blackw. t. 287. Hall. hiſt. n. 968. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 143.*

Abundat in ruderatis et cultis. Floret aeſtate. ☉

251. LYTHRUM. Cal. 12-dentatus. Petala 6, calyci inſerta. Capſ. 2-locularis, polyſperma.

899. LYTHRUM *Salicaria.*

L. foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 865. Flor. dan. t. 671. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 854. Gmel. ſib. 4. p. 175. n. 90. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.*

Commune in humentibus. Floret aeſtate. ♃

900. LYTHRUM *virgatum.*

L. foliis oppoſitis lanceolatis, paniculâ virgatâ, floribus dodecandris ternis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 865. Gmel. ſib. 4. p. 175. n. 91.*

L. auſtriacum. *Jacq. auſtr. 1. t. 7.*

Salicaria glabra, ramoſiſſima, longiſſimis et anguſtiſſimis foliis. *Amm. ruth. n. 89.*

Salicaria glabra, longioribus et anguſtioribus foliis. *Amm. ruth. n. 88.*

Salicaria orientalis ſalicis folio acutiſſimo et glabro. *Tournef. cor. p. 18. (ex autopſiâ herb. Tournef. qui ſpecimina ex Iberiâ habuit.)*

Occurrit hinc inde in regionum caucaſicarum ſubhumidis. ♃

L. acuminatum *Willd. l. c. p. 866* eſt mera L. virgati *varietas.*

901. LYTHRUM *Hyſſopifolia.*

L. foliis lineari-lanceolatis alternis, capſulis oblongis ſexdentatis ſeſſilibus.

L. foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 869. Jacq. auſtr. 2. t. 133. Rupp. jen. ed. Hall. 147. t. 6. f. 3. Hall. hiſt. n. 855. Pall. ind. taur.*

In Tauriae meridionalis ſyluis altioribus, circa ſcaturigines reperitur. Floret aeſtate. ⊙

902. LYTHRUM *Thymifolia.*

L. foliis linearibus alternis, capſulis oblongis quadridentatis ſeſſilibus.

L. foliis alternis linearibus, floribus tetrapetalis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 870. Barrel. ic. 773. f. 2.*

Salicaria minima tenuifolia. *Tournef. inſt. p. 254. Buxb. cent. 1. p. 29. t. 47. f. 2.*

Occurrit in humidis deſerti caucaſico-caſpici: circa coloniam Sareptanam quoque obuium. ⊙

Non eſt praecedentis *varietas*: *differt* enim, praeter defectum unius tertiae omnium partium fructificationis, *ramis* plu-

ribus magis ramosis, *foliis* angustioribus et *floribus fructibusque* duplo minoribus.

903. LYTHRUM *thesioides.*

L. foliis lineari-lanceolatis alternis, capsulis subglobosis quadridentatis pedicellatis.

Habitat in promontorio caucasico rarius. ⊙

Habitus penultimi. *Flores* magnitudine praecedentis. *Fructu* ab utroque distinctissimum.

D I G Y N I A.

252 AGRIMONIA. Cal. 5-dentatus, altero obuallatus. Petala 5. Semina 2, in fundo calycis.

904. AGRIMONIA *Eupatoria.*

A. fructibus hispidis, foliis caulinis pinnatis, foliolis oblongo-ouatis, spicis elongatis, petalis calyce duplo longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 875. Flor. dan. t. 588. Curt. lond. Hall. hist. n. 991. Gmel. sib. 3. p. 145. n. 15. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 132.*

Commune ubique in pratis, ad vias, sepes. Floret aestate. ♃

253. GARIDELLA. Cal. 5-phyllus, petaloideus. Nectaria 5, bilabiata, bifida. Capsl. 2, connexae, biualues, polyspermae.

905. GARIDELLA *Nigellastrum.*

Garidella. *Linn. ed. Willd. 2. p. 731. Garid. provinc. t. 39. Sabbat. hort. 5. t. 6. Pall. ind. taur.*

Nigella cretica, folio foeniculi. *C. B. Morisf. hist. 3. p. 516. sect. 12. t. 18. f. 6.*

In Tauriae et Caucasi collibus apricis obuia. Floret Junio, Julio. ⊙

Stamina raro ultra 12. *Germen* ouatum bipartitum longitudine staminum. *Styli* 2 breuissimi. *Stigmata* simplicia. *Capsulae* 2 subrotundae, basi interiore connexae, dorso apiceque dehiscentes, uniloculares, *stylo* persistente munitae. *Semina* 3-4 subrotunda punctis exasperata nigra.

T R I G Y N I A.

254. RESEDA. Cal. 1-phyllus, partitus. Petala laciniata. Capf. ore dehiscens, 1-locularis.

906. RESEDA *Luteola.*

R. foliis lanceolatis integris basi utrinque unidentatis, calicibus quadrifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 876. Flor. dan. t. 864. Hall. hist. n. 1058. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 139.*

Abundat in ruderatis siccis Tauriae. Floret Julio. ⊙

907. RESEDA *lutea.*

R. foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 879. Jacq. austr. 4. p. 28. t. 353. Hall. hist. n. 1056. Pall. ind. taur.*

R. undata. *Habl. taur. p. 146.*

Communis in Tauriae Caucasique collibus lapidosis. Floret aestate. ♃

255. EUPHORBIA. Cal. urceolatus: limbo 4-f. 5-partito. Cor. 4-5-petala, calyci adnata. Capsula 3-cocca, pedicellata.

* *Floribus sparsis.*

908. EUPHORBIA *canescens.*

E. foliis subrotundis crenulatis pilosis incanis, caulibus prostratis, floribus solitariis axillaribus.

E. dichotoma, foliis integris subrotundis pilosis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 898. Cauan. hisp. 1. p. 46. t. 63. Jacq. collect. suppl. p. 115. t. 2. f. 3. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Albaniae ibericae glareosis. ⊙

Dignoscitur a subsequente *foliis et floribus* pilis erectis albis canescentibus.

909. EUPHORBIA *Chamaesyce.*

E. foliis subrotundis crenulatis glabris, caulibus prostratis, floribus solitariis axillaribus.

E. Chamaesyce. *Linn. ed. Willd. 2. p. 899. Gmel. sib. 2. p. 237. n. 10. Clus. hist. 2. p. 187.*

Frequens in Tauriae campis apricis, locis sterilibus, ad vias et aggeres. Floret Julio, Augusto. ⊙

Calycina segmenta alba crenata. *Folia* crenulata, *capsulae* laeues et *semina* globoso-triquetra rugosula cinerea in hac et in praecedente.

910. EUPHORBIA *Peplis.*

E. foliis semicordatis integerrimis, caulibus prostratis, floribus solitariis axillaribus.

E. Peplis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 899. Vahl symb. 2. p. 54. Pall. ind. taur. Clus. hist. 2. p. 187.*

Crescit in arenâ littorali Tauriae, ad Bosphorum Cimmerium frequens. Floret Julio, Augusto. ⊙

Calycina segmenta purpurea: margine subcrenato albicante. *Capsula* laeuis. *Semina* globoso-conica lacuia rufa: epidermide glaucâ, precedentibus quadruplo maiora.

** *Floribus umbellatis: calycinis ſegmentis bicornibus ſ. lunatis.*

911. EUPHORBIA *Falcata.*

E. umbellâ trifidâ dichotomâ, foliis innolucriſque lanceolatis obtuſiuſculis, inuolucellis ſubcordatis mucronatis, capſulis glabris.

E. falcata. *Linn. ed. Willd. 2. p. 903. Jacq. auſtr. 2. p. 13. t. 121. Habl. taur. p. 163.*

E. mucronata. *Lamark dict. 2. p. 427. n. 52.*

In Tauriae et Caucaſi ruderatis et cultis haud rara. Flo-ret aeſtate. ⊙

Folia apice mucrone breui: *inuolucella* longiuſculo debili. *Calycina* ſegmenta parua bicornia. *Capſulae* laenes. *Semina* tetraquetro-globoſa alba: foueolarum quadruplici ſerie.

912. EUPHORBIA *acuminata.*

E. umbellà ſubtrifidâ, umbellulis glomerato-multifloris, foliis mucronatis: caulinis ſpathulato-lanceolatis, inuolucris ouatis, inuolucellis cordatis, capſulis glabris.

E umbellâ trifidâ ſubdichotomâ. inuolucellis cordatis mucronatis, foliis oblongo-ſpathulatis acuminatis, capſulis conoideis laeuibus. *Lamark dict. 2. p. 427. n. 54.*

Peplis annua, foliis acutis, flore muſcoſo. *Bocc. ſic. p. 24. t. 13. f. 1. Moriſ. hiſt. 3. p. 343. ſect. 10. t. 2. f. 3.*

Occurrit in Albaniâ ibericâ (*Kiſich*), circa pagum Wakiri. *D. Steuen.* ⊙

Affinis maxime praecedenti, a quâ *differt foliis* longius mucronatis margine ferrulato-ſcabris, *umbellis* ſaepius 4-5-fidis et praecipue *floribus* veluti per obliteratam dichotomiam glomeratis, cum interjectis *bracteis*. *Flores* minimi: ſegmentis *calycinis* obſcure bicornibus. *Capſulae* et *ſemina* praecedentis.

913 EUPHORBIA *retusa.*

E. umbellâ subtrifidâ dichotomâ, foliis inferioribus cuneiformibus retusis: superioribus involucrisque lineari-lanceolatis acutiusculis, involucellis cordatis, capsulis glabris

E. foliis lineari-retusis, involucellis lanceolatis. *Cauan. hisp. 1. p. 21. t. 34. f. 3.*

E. exigua. β. retusa. *Linn. ed. Willd. 2. p. 904.*

Crescit in Tauriae fabulis littoralibus, circa pagum Tujak frequens. Floret Majo, Junio. ⊙

Media quasi inter E. falcatam et exiguam, sed ab utrâque *diuersa* videtur. *Differt* a priore *foliis involucellisque* angustioribus, a posteriore iisdem latioribus. *Umbella* 3-4-5-fida. *Folia* inferiora breuia obtusissima, cum mucrone medio minuto. *Flores* et *fructus* proxime praecedentium. *Semina* subglobosa albida: foueolis numerosis.

914. EUPHORBIA *exigua.*

E. umbellâ trifidâ dichotomâ, foliis involucrisque linearibus acutis, involucellis lanceolatis, capsulis glabris.

E. exigua. *Linn. ed. Willd. 2. p. 903. Flor. dan. t. 592. Curt. lond. Hall. hist. n. 1048. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae cultis. Floret aestate. ⊙

Dignoscitur ab affinibus *foliorum* omnium, etiam floralium angustiâ. *Semina* minuta subglobosa obscure cinerea reticulato-rugosa.

915. EUPHORBIA *undulata.*

E. umbellâ subtrifidâ bifidâ, foliis undulatis: caulinis involucrisque oblongo-ouatis obtusis, involucellis reniformibus, capsulis glabris.

Habitat in deserti caucasico-caspii campis apricis argillosis et in campestribus ad Wolgam, inter Zarizyn et Astrachan. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta palmaris basi ramosa diffusa glabra sature viridis. *Radix* repens. *Folia* semuncialia: superiora saepe retusa. *Umbella* interdum quadrifida. *Umbellulae* solitariae axillares sub umbellâ principali. *Involucella* obtusissima mutica. *Calycina* segmenta lunata flauo-viridia, quasi oleo inuncta. *Capsula* laeuis.

916. EUPHORBIA *tenuifolia.*

E. umbella subtrifidâ bifidâ, foliis linearibus acutis remotis, involucris consimilibus, involucellis lato-cordatis acutis, capsulis punctulato-scabris.

E. umbellâ trifidâ simplici et infra pedunculis alternis unifloris, foliis angustis linearibus, bracteis subcordatis. *Lamark dict. 2. p. 428. n. 58.*

Habitat in Tauriae collibus lapidosis, circa Karassubasar. Floret Aprili, Majo. ♃

Radix repens. *Caules* graciles simplices semipedales et pedales. *Folia* longa acuta glabra erecto-patula. *Umbella* saepe 4-5-fida. *Involucella* duplo fere latiora quam longa. *Umbellulae* solitariae axillares sub umbellâ principali. *Petala* lunata.

917. EUPHORBIA *amygdaloides.*

E. umbellâ quinquefidâ bifidâ; foliis spathulato-lanceolatis: inferioribus majoribus aggregatis, involucellis perfoliatis, capsulis glabris.

E. umbellâ multifidâ dichotomâ, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtusis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 924. Hall. hist. n. 1045.*

E. sylvatica. *Jacq. austr. 4. p. 30. t. 375. Lamark dict. 2. p. 437. n. 90. Pall. ind. taur.*

Tithymalus silvestris Citri foliis. *Buxb. cent. 2. p. 27. t. 24.*

Tithymalus amygdaloides minor subglaber. *Barrel. ic. 830.*

Abundat in ſyluis, ſub arboribus. Floret primo vere. ♃

Planta autumno caules profert apice faſciculo *foliorum* majuſculorum coronatos, quae per totam hyemem virent et aetate euadunt coriacea atque nitida. Ex eorum meditullio vere prodit *caulis* floriſer *foliis* multo minoribus teneris veſtitus. *Calycis* ſegmenta lunata *Capſula* ouata glabra et laeuis. *Semina* ſphaerica laeuiſſima ochroleuca.

918. EUPHORBIA *glareoſa.*

E. umbellâ quinquefidâ bifidâ, foliis ſpathulato-lanceolatis mucronatis coriaceis ferrulatis, inuolucris ouatis, inuolucellis reniformibus, calycinis ſegmentis ſubemarginatis, capſulis glabris.

E. glareoſa. *Pall. ind. taur.*

Prouenit in Tauriae et Caucaſi ſterilibus lapidoſis. Floret Majo, Junio. ♃

Radix valida lignoſa nigricans. *Caules* aggregati ſimplices dodrantales. *Folia* glauca firma obſcure trineruia erecta, inferiora conferta: ſuperiora latiora et obtuſiora. *Inuolucra inuolucellaque* teneriora luteſcentia, ſicut folia margine ſubtiliſſime cartilagineo-ferrulata et apice breuiter mucronata. *Radii* umbelliferi axillares ſaepe ſub umbellâ principali. *Calyces* lutei: ſegmentis obſolete lunatis ſeu emarginatis. *Capſulae* laeues. *Semina* albida obſcurius nebuloſa rugoſula.

919. EUPHORBIA *ſaxatilis.*

E. umbellâ quinquefidâ bifidâ, foliis ſpathulato-linearibus canaliculato-mucronatis coriaceis margine ſcabriuſculis, inuolucris ſubcordato-ouatis, inuolucellis reniformibus, calycinis ſegmentis bicorni-appendiculatis, capſulis glabris.

E. umbellâ quinquefidâ bifidâ, inuolucris cordatis, inuolucellis reniformibus mucronatis, foliis ſpathulato-linearibus emarginatis aueniis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 910. Jacq. auſtr. 4. p. 23. t. 345.*

Habitat in Tauriae lapidoſis, cum praecedente florens. ♃

Difficilis hujus a praecedente *diagnoſis*, quamuis *habitu* differat. Humilior eſt et e *radicis* validae capite gemmaſcente *caulículos* fundit breuiores digitales ſeu ſpithamaeos quaquauerſum magis decumbentes. *Folia* minora margine vix ſcabra, nec euidenter ferrulata: ſuperiora inter ſe et ab inuolucro remotiora baſi latiora ſubcordata, quaedam perraro emarginata. *Inuolucra* quoque latiora ſubcordata cum *inuolucellis* vix ferrulata. Segmenta *calycina* juniora flauicantia aetate rubra: utrinque cornu diſtincto apice ſubclauato. Tota *planta* ſenior rubet.

920. EUPHORBIA *Eſula.*

E. umbellâ multifidâ dichotomâ, foliis lineari-lanceolatis glabris, inuolucellis lato-cordatis, ramis ſterilibus, capſulis glabris.

E. umbellâ multifidâ bifidâ, inuolucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilibus, foliis uniformibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 919. Hall. hiſt. n. 1046. Riu. tetrap. p. 145. Habl. taur. p. 145.*

Tithymalus duodecimus Cypariſſius. *Tabern. Kraeut. p. 990.*

β. foliis latioribus lanceolatis, ramis ſterilibus vix ullis.

Tithymalus amygdaloides quartus et Tithymalus amygdaloides latifolius. *Tabern. Kraeut. p. 988.*

Communis in agris, cultis, ad vias. Floret a Majo uſque ad Auguſtum. ♃

Planta polymorpha *foliorum* latitudine et ramoſitate *cauſis; junior* ſaepe ſimplex et latifolia, *adulta* ramis axillaribus folia conferta anguſta ferentibus praedita. *Folia* glaberrima, etiam margine, colore glauco-viridi. *Inuolucra* foliis caulinis ſummis conſimilia. *Calycina* ſegmenta flaua, mox euidenter mox obſcure lunata. *Capſula* laeuis. *Semina* ſphaeroidea laeuia alba. Euphorbiae *Gmel. ſib. 2. p. 231. n. 5. t. 95. f. 2 et p. 234. n. 6. t. 96* ad numeroſas hujus ſpeciei varietates forte etiam reuocandae.

921. EUPHORBIA *agraria.*

E. umbellâ multifidâ bifidâ, foliis caulinis inuolucrisque cordato-oblongis margine scabris subserrulatis, inuolucellis lato-cordatis, capsulis punctulato-scabris.

E. segetalis. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae agris restibilibus locisque sterilibus apricis. Floret aestate. ♂

Statura praecedentis varietatis β. *Folia* breuiora basi latiora obtusa seu obtusiuscula glabriuscula margine apicem versus obscure serrulata. *Inuolucrum* foliis caulinis consimile. *Inuolucella* duplo fere latiora quam longa mucronata. *Umbellulae* axillares *confertae* sub *umbellâ* principali. *Calycina* segmenta lunata flauicantia. *Capsula* angulis exasperata, sulcis laeuis. *Semina* globosa laeuia albida. *Planta* junior apice flauicans, adulta tota viridis. Videtur E. emarginatae *proxima.*

922. EUPHORBIA *rigida.*

E. umbellâ multifidâ bifidâ, foliis lanceolatis mucronato-pungentibus coriaceis *multifariam* imbricatis margine laeuibus, inuolucellis reniformi-cordatis, petalis dilatatis crenulatis, capsulis glabris.

E. Myrsinites. β. *maritima. Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae meridionalis decliuibus siccis mari nigro imminentibus. Floret Majo, Junio. ♃

Planta speciosa rigida et glauca. *Caules* aggregati pedales simplices. *Folia* lato-lanceolata crassa auenia glauca glaberrima: etiam margine, patentia, ordinibus 4-6 imbricata, in defloratâ retrospectantia. *Inuolucra* subouata teneriora flauicantia, mucrone debili. *Calycina* segmenta bicornia: cornubus clauato-appendiculatis. *Petala* majuscula subrotunda crenulata erecta. *Capsula* laeuis ouato-trigona. *Semina* sphaeroidea laeuia albida.

923. EUPHORBIA *Myrſinites.*

E. umbellà multifidâ bifidâ, foliis ſpathulato-oualibus obliquè mucronatis coriaceis ferrulatis confertis, inuolucellis reniformibus, petalis crenulatis, capſulis glabris.

E. umbellâ ſuboctofidâ: bifidâ, inuolucellis ſubouatis, foliis ſpathulatis patentibus carnoſis mucronatis margine ſcabris. *Linn. ed. Willd. 2 p. 921. Pall. ind. taur.*

Tithymalus myrſinites legitimus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 189.*

Tithymalus myrſinites primus. *Tabern. Kraeut. p. 989.*

Habitat in Tauriae glareoſis ad torrentes, cum praecedente florens. ♃

Planta ſubſtantiâ colore et floreſcentiâ praecedenti ſimilis, ſed diſtincta. *Caules* breuiores declinati. *Folia* multo latiora breuioraque: margine nequaquam laeuia, ſed euidenter cartilagineo-ferrulata: mucrone non recto, ſed obliquo uncinato. *Inuolucra* et *inuolucella* quoque ferrulata. *Calyces* ſicut in praecedente bicorni-appendiculati. *Petala* praecedente minora et obſoletius crenulata. *Fructus* praecedentis.

*** *Floribus umbellatis: calycinis ſegmentis integris.*

924. EUPHORBIA *micrantha.*

E. umbellâ trifidâ dichotomâ, foliis ſerratis ſubpiloſis: imis ſpathulatis, ſuperioribus inuolucriſque lanceolatis; inuolucellis lato-cordatis, capſulis verrucoſis.

E. umbellâ trifida dichotomâ, foliis lanceolato-obouatis ſerratis, inuolucellis cordatis, petalis integris, capſulis verrucoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 905.*

Tithymalus incanus hirſutus. *Buxb. cent. 2. p. 28. t. 25.*

Habitat in umbroſis ad fluuium Terek, inter Kiſljar et Moſdok, nec non in Taurià. Floret Majo. ⊙

Affinis maxime inſequenti: a quâ *dignoſcitur umbellâ* trifidâ nec quinquefidâ, *foliorum* ſerraturis diſtinctis rarioribus et colore omnium partium viridi, quum inſequens ſuperne luteſcat. *Umbellulae* axillares ſub umbellâ principali. *Flores* parui: *calycis* ſegmentis truncatis luteis. *Capſula* angulis verrucis par-

uis albidis exasperata, sulcis laevis. *Semina* subglobosa laevia ochroleuca.

925. EUPHORBIA *platyphyllos.*

E. umbellâ quinquefidà trifidâ dichotomâ, foliis caulinis inuolucrisque lanceolatis ferrulatis, inuolucellis cordatis carinâ pilosis, capsulis verrucosis.

E. platyphyllos, *Linn. ed. Willd. 2. p. 918. Jacq. austr. 4. p. 40. t. 376. Hall hist. n. 1053. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae sterilibus lapidosis. Floret Majo. ⊙

Semina exacte praecedentis.

926. EUPHORBIA *condylocarpa.*

E. umbellâ subquinquefidà bifidâ, foliis caulinis inuolucrisque cordato-lanceolatis obtusiusculis denticulatis, inuolucellis reniformi-cordatis, capsulis verrucosis.

Legi in montosis Caucasi, circa acidulam Narzana. ♃

Caules simplices semipedales striato-angulati. *Folia* sessilia; omnia, etiam floralia, euidenter denticulata: *inuolucri* acutiusscula. *Inuolucella* latiora quam longa. *Rami* floriferi approximati ex foliorum superiorum axillis. *Capsulae* undique verrucis paruis purpurascentibus exasperatae, neque vero pubescentes. *Semina* proxime praecedentium, quibus *affinis*, sed perennis.

927. EUPHORBIA *aspera.*

E. umbellâ quinquefidà dichotomà, foliis caulinis inuolucrisque lanceolatis integerrimis pilosis, inuolucellis cordatis glabris, capsulis verrucosis pilosis.

Habitat in nemorosis ad riuum Podkumok, circa fortalitium Georgopolitanum. Floret Junio. ♃

Planta erecta 1-2-pedalis fatnre viridis. *Caulis* simplex pilis sparsis pubescens. *Folia* lato-lanceolata acuta integerrima tenera subtus et margine pilosa petiolata: petiolo in imis ultra duas

lineas longo, adſcedendo ſenſim breuiore. *Inuolucri* foliola ſummis caulinis conſimilia. *Inuolucella* cordata acuta integerrima. *Umbella* quinquefida bis bifida: radiis erectis elongatis. *Umbellulae* ſolitariae axillares ſub umbellâ principali. *Calycina* ſegmenta integra. *Capſula* pubeſcens et verrucis plurimis paruis purpuraſcentibus obſita. *Semina* ſubgloboſa laeuia obſcure cinerea. *Dignoſcitur* ab E. dulci *foliis* acutis petiolatis; *inuolucris* integerrimis; *inuolucellis* cordatis integerrimis, nec denticulatis. E. dulcis *Vahl. ſymb. 2. p. 55*, ob petala bicornia, a noſtrâ et E. dulci *Linn.* diuerſa.

928. EUPHORBIA *muricata.*

E. umbellâ quinquefidâ bifida, foliis caulinis inuolucrisque lanceolatis integerrimis piloſis ſubtus tomentoſis, inuolucellis cordato-rhombeis glabris, capſulis muricatis.

Habitat in Iberiae ſyluis. *D. Steuen.* ♃

Habitus et *affinitas* praecedentis ſumma. *Differt* tantum pube *caulis* et *foliorum* denſiore, *umbellâ* ſemel nec bis bifidâ et imprimis *capſulis* majoribus ultra medium ſetis confertis purpureis ſubramoſis muricatis, non piloſis. *Semina* praecedentis, paldiora.

929. EUPHORBIA *Helioſcopia.*

E. umbellâ quinquefidâ bifidâ dichotomâ, inuolucellis obouatis, foliis cuneiformibus ferratis glabris, capſulis laeuibus. *Linn ed. Willd. 2. p. 914. Vahl. ſymb. 2. p. 55. Flor. dan. t. 725. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1050. Pall. ind. taur.*

Communis in ruderatis et cultis. Floret ab Aprili per totam aeſtatem. ⊙

Semina ſubgloboſa nigro-cinerea reticulato-rugoſa hilo prominulo carinata.

930. EUPHORBIA *procera.*

E. umbellâ quinquefidâ trifidâ dichotomâ, foliis lanceolatis hirſutis apice ſerrulatis, inuolucris latioribus inuolucelliſque oualibus glabris, capſulis glabris.

E. foliis lanceolatis acutis ferratis, fructibus glabris. *Gmel. fib. 2. p. 227. n. 2. t. 94.*

Frequens in virgultis ad fluuium Terek, inter Kifljar et Mofdok. Floret Majo. ♃

Caules 2-4-pedales hirfuti. *Folia* hirfuta fubtus fubtomentofa. *Inuolucra inuolucellaque* flauicantia glabra. *Rami* umbelluliferi plurimi fub umbellâ principali. *Calycina* fegmenta integra rotundata. *Capfula* laeuis et glabra. *Semina* fphaeroidea laeuia albida. Ab E. paluftri et pilofâ *capfulis* laeuibus nec verrucofis *diflincta*, quamuis *flaturâ* et *habitu* fimilis. *Variat* caule foliifque fubglabris.

931. EUPHORBIA *Gerardiana.*

E. umbellâ multifidâ dichotomâ, foliis lineari-lanceolatis imbricatis erectis glabris, inuolucellis cordatis, caulibus fimplicibus, capfulis glabris.

E. umbellâ multifidâ dichotomâ, inuolucellis fubrotundis, petalis integerrimis, ramis nullis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 920. Jacq. auftr. 5. p. 14. t. 436. Hall. hift. n. 1055. Gmel. fib. 2. p. 234. n. 7. Gerard. gallopr. p. 540. n. 18.*

E. linariaefolia. *Lamark dict. 2. p. 437. n. 91.*

E. Cajogala. *Ehrh. catal. 2. p. 102.*

E. Paralias. *Pall ind. taur.*

Tithymalus amygdaloides anguftifolius. *Tabern. Kraeut. p. 988.*

Copiofa in Tauriae et Caucafi fterilibus, praefertim fabulofis. Floret Majo, Junio. ♃

Refert *varietatem* anguftifoliam E. Efulae; facile tamen *dignofcitur* perpetuo *ramorum* fterilium axillarium defectu et *calycis* fegmentis integerrimis. *Hallerum* ex autopfiâ fpeciminum helueticorum huc excitaui.

TETRAGYNIA.

256. CALLIGONUM. Cal. 5-partitus. Cor. 0. Filamenta circiter 16, basi subcoalita. Germen superum tetraedrum. Styli 4. Nux crustâ polypterâ s. polychaetâ, unilocularis.

932. CALLIGONUM *Pallasia.*

C. fructibus alatis: alis membranaceis crispis dentatis. *Herit. in act. soc. linn. lond. 1. p. 180. Linn. ed. Willd. 2. p. 927.*

Pallasia caspica. *Linn. suppl. p. 252.*

Pallasia Pterococcus. *Pall. voss. 2. p. 70. t. 76.*

Pterococcus aphyllus. *Pall. itin. 2. p. 738. t. S.*

Calligonum polygonoides. *Pall. itin. 3. p. 536.*

Occurrit in deserto Cumano, versus mare Caspium, in arenâ mobili. Ad Wolgam, inter Astrachan et Jenotaew frequens. ♄

Demto *fructu* vix a C. polygonoide dignoscendum.

DODECAGYNIA.

257. SEMPERVIVUM. Cal. 12-partitus. Petala 12. Caps. 12, polyspermae.

933. SEMPERVIVUM *tectorum.*

S. foliis ciliatis, propaginibus patulis, floribus dodecandris dodecagyniis, nectariis cuneiformibus carunculatis. *Linn. ed.*

Willd. 2. p. 932. Flor. dan. t. 601. Redouté plant. craſſ. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 949.

In Caucaſi montoſis rupeſtribus hinc inde reperitur. ♃

934. SEMPERUIUUM *pumilum.*

S. foliis lanceolatis acutis piloſis ciliatis, propaginibus globoſis, caule paucifloro, floribus polyandris dodecagyniis.

Habitat in rupibus ad torrentem Terek, circa portas caucaſicas. ♃

Propaginibus numeroſis vix auellanae magnitudine inter muſcos luxuriat. *Folia* pilis erectis albis undique hirta. *Cauliculi* digito minores 1-4-flori pubeſcentes. *Flores* praecedente duplo minores, formâ ſimiles. *Calyx* 12-partitus petalis triplo breuior. *Petala* 12 hirſuta rubella. *Stamina* circiter 20. *Piſtilla* 12. *Facies* S. arachnoidei; ſed quadruplo minus, *cauliculis* paucifloris et *foliis* pilis diſtinctis, nec villis arachnoideis hirſutis diſcrepat.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

258. PHILADELPHUS. Cal. 4-5-partitus, ſuperus. Petala 4-5. Stylus 4-fidus. Capſ. 4-5-locularis, polyſperma.

935. PHILADELPHUS *coronarius.*

Ph. foliis ſubdentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 947. Curt. bot. mag. Willd. arb. berol. p. 204. Duham. arb. ed. nou. 1. p. 69. t. 20. Hall. hiſt. n. 1100. Pall. roſſ. 2. p. 59.*

Occurrit in Iberiae occidentalis ſyluis. ♄

259. PUNICA. Cal. 5-fidus, ſuperus. Petala 5. Pomum multiloculare, polyſpermum.

936. PUNICA *Granatum.*

P. foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 981. Mill. ic. ed. germ. t. 221. Hall. hiſt. n. 1098. Pall. roſſ. 2. p. 67 et ind. taur. Habl. taur. p. 77.*

Creſcit in collibus ſiccis Caucaſi orientalis et in Armeniâ ibericâ: per Tauriam vix ſpontanea. Floret Junio. ♄

Spontanea fruticat, nec arboreſcit. *Rami* ſpinoſi. *Poma minora:* ſuccó acidulo ſaporis grati.

260. AMYGDALUS. Cal. 5-fidus, inferus. Petala 5. Drupa: nuce poris perforatà.

937. AMYGDALUS *communis.*

A. foliorum ſerraturis infimis glanduloſis, floribus ſeſſilibus geminis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 982. Ludw. ect. t. 177. Hall. hiſt. n. 1078. Pall. roſſ. 1. p. 13.*

Occurrit in Iberiae orientalis virgultis. ♄

Spontanea *frutex*, nec arbor.

938. AMYGDALUS *nana.*

A. foliis ouatis basi attenuatis simpliciter argute serratis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 938. Willd. arb. berol. p. 19. n. 4. Pallas rosſ. 1. p. 12. t. 6 et ind. taur. Curt. bot. mag. Gmel. sib. 3. p. 171. n. 2. Munting phytogr. cap. 11. p. 34.*

Armeniaca Persicae foliis, fructu exsucco villoso. *Amm. ruth. p. 194. n. 273. t. 30.*

Copiosa in campestribus. Floret Aprili. ♄

939. AMYGDALUS *incana.*

A. foliis oblongo-lanceolatis serratis subtus tomentosis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 984. Pall. rosſ. 1. p. 13. t. 7.*

Habitat in Iberiae virgultis, circa Tiflin et in Armeniâ iberica. Floret Aprili. ♄

Frutex 3-6-pedalis. An Prunus prostrata *Labillard. syr. 1. t. 6* hujus *varietas* pusilla?

261. PRUNUS. Cal. 5-fidus, inferus. Petala. 5. Drupae nux futuris prominulis.

940. PRUNUS *Padus.*

Pr. floribus racemosis, racemis pendulis. foliis deciduis duplicato-serratis subrugosis, petiolis biglandulosis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 984. Willd. arb. berol. p. 237. Flor. dan. t. 205. Pall. rosſ. 1. p. 16. Hall. hist. n. 1086. Gmel. sib. 3. p. 172. n. 5.*

Occurrit in Caucasi iberici syluis rarius. ♄

941. PRUNUS *Lauro-Cerasus.*

Pr. floribus racemosis, foliis sempervirentibus dorso biglandulosis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 988. Willd. arb. berol. p.*

242. *Duham. arb. 1. t. 133. Pall. roſſ. 1. p. 17. Cluſ. hiſt 1. p. 4.*

In Iberiâ occidentali, Colchidi finitimâ obuia. ♄

942. PRUNUS *Mahaleb.*

Pr. floribus corymboſis terminalibus, foliis ouatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 988. Willd. arb. berol. p. 242. n. 9. Jacq. auſtr. 3. p. 15. t. 227. Hall. hiſt. n. 1084. Pall. roſſ. 1. p. 17 et ind. taur.*

Occurrit in ſyluis et ſepibus Tauriae meridionalis. Floret Aprili, Majo. ♄

943. PRUNUS *auium.*

Pr. umbellis ſeſſilibus, foliis ouato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 991. Willd. arb. berol. p. 246. n. 14. α. Hall. hiſt. n. 1082. Ludw. ect. t. 108. Pall. roſſ. 1. p. 18 et ind. taur. Habl. taur. p. 109.*

In Tauriae et Iberiae ſyluis prouenit. Floret Aprili. ♄

944. PRUNUS *domeſtica.*

Pr. pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato-ouatis conuolutis, ramis muticis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 995. Willd. arb. berol. p. 249. n. 18. Hall. hiſt. n. 1079. Pall. roſſ. 1. p. 18 et ind. taur. Habl. taur. p. 69.*

Prunus. *Tabern. Kraeuterb. p. 1403.*

In Tauriae et Caucaſi orientalis nemoribus hinc inde ſpontanea. ♄

945. PRUNUS *inſiticia.*

Pr. pedunculis geminis, foliis ouatis ſubtus villoſis conuolutis, ramis ſpineſcentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 996. Willd. arb. berol. p. 250. n. 19. Duham. arb. 2. t. 41. Hall. hiſt. n. 1081.*

Pr. fylueſtris. *Habl. taur. p. 108.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi ſyluis atque dumetis. Floret ſub initium Aprilis. ♄

946. PRUNUS *ſpinoſa.*

Pr. pedunculis ſolitariis, foliis elliptico-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus, fructibus rectis, ramis ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 997. Willd. arb. berol. p. 251. n. 21. Duham. arb. 2. p. 186. Ehrh. catal. 4. p. 17. Hall. hiſt. n. 1080. Pall. roſſ. 1. p. 18 et ind. taur. Habl. taur. p. 109.*

Pr. fylueſtris. *Tabern. Kraeut. p. 1405.*

Omnium in nemoribus, dumetis ſepibuſque maxime communis. Floret Aprili. ♄

D I G Y N I A.

262. CRATAEGUS. Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca infera, 2-5-ſperma. (Styli 1-5.)

947. CRATAEGUS *Oxyacantha.*

Cr. foliis ſubtriſidis circumſerratis baſi ſubcordatis, floribus digynis, calycinis ſegmentis oblongis obtuſis patulis glabriuſculis.

Cr. foliis obtuſis ſubtriſidis ſerratis glabris, floribus digynis, pedunculis calycibusque ſubglabriuſculis, calycinis ſegmentis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1005. Jacq. auſtr. 3. p. 50. t. 292. f. 2. Willd. arb. berol. p. 89. n. 9. Flor. dan. t. 634. Hall. hiſt. n. 1087. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 106.*

Meſpilus Oxyacantha. *Ehrh. catal. 7. p. 134.*

Communis in ſylvis et dumetis. Floret Majo. ♄

Folia profunde trifida: lobo terminali trilobo, subtus imprimis pubescentia. *Baccae* sanguineae. *Variat* etiam *stylo* unico. *Gmelinus in Florâ sib. 3. p. 176. sub n. 12* hanc et affines conjunxit.

948. CRATAEGUS *monogyna.*

Cr. foliis subtrifidis antice serratis basi acutiusculis, floribus submonogynis, calycinis segmentis acutis reflexis subpubescentibus.

Cr. foliis acutis subtrifidis serratis glabris, floribus monogynis, pedunculis calycibusque subpubescentibus, calycinis segmentis lanceolatis acuminatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1006. Jacq. austr. 3. p. 50. t. 292. f. 1. Willd. arb. berol. p. 18. n. 8. Pall. ross. 1. p. 26. t. 12 et ind. taur.*

Mespilus monogyna. *Ehrh. catal. 7. p. 133. Allion. pedem. n. 1808.*

β. major, baccis rubro-fuscis.

Frequens in Tauriae montibus syluaticis. Floret cum praecedente. ♄

Altior praecedente, *foliis* minus profunde dissectis glaucis subtus reticulato-venosis, *baccis* mono-s. dipyrenis aliquanto majoribus. *Variat stylo* unico et binis; hinc nomen triuiale videtur immutandum, ne in errorem inducat.

949. CRATAEGUS *melanocarpa.*

Cr. foliis subtrifidis antice serratis basi acutiusculis, floribus subpentagynis, calycinis segmentis acutis reflexis villosis.

Cr. digyna. *Pall. ind. taur.?*

In syluis montosis Tauriae cum praecedentibus obuia. ♄

Foliis aegre a praecedente dignoscitur. *Calycina* segmenta praecedente duplo breuiora, tamen acuta. *Baccae* pentapyrenae, nonnihil minores rotundiores magis succulentae et sapidae, colore Ceraforum nigrorum.

950. CRATAEGUS *orientalis.*

Cr. foliis fubtrifidis inciſo-ferratis hirſutis, floribus pentagynis, calycinis ſegmentis acutiuſculis reflexis hirſutis.

Cr. orientalis. *Pall. ind. taur.*

Meſpilus orientalis. *Habl. taur. p. 108.*

Meſpilus orientalis Apii folio villoſo, fructu magno pentagono purpureo glabro. *Tournef. cor. p. 44 et itin. cum ic.*

Frequens in Tauriae meridionalis collibus Ponto Euxino adjacentibus. Floret Majo. ♄

Frutex totus villis confertis albicans, magnitudine Cr. Oxyacanthae. *Folia* profundius diſſecta. *Spinae* validae. *Baccae* auellanâ majores e glaboſo depreſſae obſcure pentagonae pentapyrenae coloris lateritii pubeſcentes demum calueſcentes ſapidae. *Variat ſtylis* quatuor.

T R I G Y N I A.

263. SORBUS Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca infera, 3-ſperma.

951. SORBUS *aucuparia.*

S. foliis pinnatis utrinque glabris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1008. Willd. arb. berol. p. 366. n. 1. Cranz auſtr. p. 88. t. 1. f. 4. Hall. hiſt. n. 1091. Pall. roſſ. 1. p. 28 et ind. taur. Habl. taur. p. 109. Gmel. ſib. 3. p. 178. n. 19.* ♄

Pyrus aucuparia. *Ehrh. catal. 6. p. 94.*

Occurrit rarius in Caucaſi ſyluis altioribus et in Tauriâ, circa Kokkos. ♄

952. SORBUS *domeſtica.*

S. foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1009. Jacq. auſtr. 5. p. 23. t. 447. Cranz. auſtr. p. 87. t. 2.*

f. 3. Willd. arb. berol. p. 367. n. 3. Hall. hiſt. n. 1092. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 76.

Pyrus domeſtica. *Ehrh. catal. 6. p. 96.*

Prequens in Tauriâ meridionali littorali. Floret Majo. ♄

PENTAGYNIA.

264. MESPILUS. Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca infera, 5-ſperma.

953. MESPILUS *germanica.*

M. inermis, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1010. Pall. roſſ. 1. p. 29. t. 13. f. 1 et ind. taur. Willd. arb. berol. p. 192. n. 1. Hall. hiſt. n. 1094.*

In Caucaſi demiſſioris nemoroſis, nec non in Tauriâ meridionali ſponte prouenit: in pomariis frequenter culta. Floret Majo. ♄

954. MESPILUS *Pyracantha.*

M. ſpinoſa, foliis lanceolato-ouatis crenatis, calycibus fructus obtuſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1011. Pall. roſſ. 1. p. 29. t. 13. f. 2 et ind. taur. Habl. taur. p. 79. Willd. arb. berol. p. 192. n. 2.*

Pyracantha quibuſdam. *J. Bauh. hiſt. 1. lib. 6. p. 51.*

Communis in ſyluis Tauriae et Caucaſi. Floret Majo. ♄

955. MESPILUS *Cotoneaſter.*

M. inermis, foliis ouatis integerrimis acutiuſculis ſubtus tomentoſis, germinibus glabris, baccis di-vel triſpermis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1012. Pall. roſſ. 1. p. 30. t. 14 et ind. taur. Habl. taur. p. 109. Flor. dan. t. 112. Willd. arb. berol. p. 194.*

n. 4. Hall. hiſt. n. 1093. Gmel. ſib. 3. p. 147. n. 10. Ehrh. catal. 4. p. 18.

In Tauriae et Caucaſi ſylueſtribus reperitur. ♄

Vulga *frutex* nanus, in Iberiâ meridionali interdum plus quam orgyalis.

265. PYRUS Cal. 5-fidus. Petala 5. Pomum inferum, 5-loculare, polyſpermum.

956. PYRUS *Amelanchier.*

P. foliis ſubrotundo ellipticis acutis ſubtus pubeſcentibus, floribus racemoſis, petalis lanceolatis, germinibus ſubuillosis, calycinis ſegmentis glabris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1014. Suppl. p. 256. Hall. hiſt. n. 1095.*

Meſpilus Amelanchier. *Linn. ſpec. pl. p. 685. Jacq. auſtr. 3. p. 55. t. 300. Mill. ic. t. 178. f. 1.*

Vitis idaea quarta. *Tabern. Kraeut. p. 1488.*

Creſcit in Caucaſi ſubalpini rupeſtribus: circa acidulam Narzana obuia. ♄

Tomentum foliorum et germinum denſum peractâ floreſcentiâ totum euaneſcit.

957. PYRUS *communis.*

P. foliis ouatis ſerratis, pedunculis corymboſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1016. Willd. arb. berol. p. 260. n. 4. Hall. hiſt. n. 1096. Pall. roſſ. 1. p. 20 et ind. taur. Habl. taur. p. 70.*

Frequens in ſyluis. Floret Aprili. ♄

958. PYRUS *elaeagrifolia.*

P. foliis ouato-lanceolatis integris tomentoſis, floribus corymboſis.

P. elaeagrifolia. *Pall. in. nou. act. petropol. 7. a. 1789. tab. 7.*

P. niualis *Pall. ind. taur.*

P. falicifolia. *Habl. taur. p. 107.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi ſyluis et dumetis. Floret Aprili, Majo. ♄

Nimis *affinis* P. niuali, ſed *folia* minime obtuſa cum mucrone, nec baſi adeo dilatata: quamuis *varietas* detur *foliis* ſubcordatis, quae tamen vulgo baſi attenuata ſunt. *Corymbi calyceſque* valde tomentoſi. *Styli ſtaminibus* breuiores.

959. PYRUS *falicifolia.*

P. foliis lineari-lanceolatis utrinque acutis ſubcrenulatis pubeſcenti-canis, floribus corymboſis.

P. foliis lineari-lonceolatis canis ſubtus albo-tomentoſis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1020. Suppl. p. 255. Palt. roſſ. 1. p. 20. t. 9 et itin. 3. p. 734. app. n. 93. t. N. f. 3. A. B.*

P. ſylueſtris orientalis folio oblongo incano. *Tournef. cor. p. 43.*

Frequens in planitiebus Caucaſo ſubjectis ad fluuios Terek, Kuma, Kuban et alios; in Iberiâ quoque reperitur. Floret Aprili. ♄

Habitus praecedentis, a quâ *differt foliis* anguſtioribus ſubundulatis, interdum obſcure glanduloſo-crenulatis: pube argenteâ minus denſâ; *ſtylis* ſtaminibus longioribus. *Flores* plurimi abortum patiuntur; unde *fructus* ſubſolitarii ſefellerunt autores, ut flores quoque ſolitarios eſſe autumarent.

960. PYRUS *Malus.*

P. umbellis ſeſſilibus, foliis ouato-oblongis acuminatis ſerratis glabris, unguibus calyce breuioribus, ſtylis glabris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1017. Willd. arb. berol. p. 261. n. 6. Hall. hiſt. n. 1097. Pall roſſ. 1. p. 22 et ind. taur. Habl. taur. p. 71.*

Communis in ſyluis et dumetis. Floret Aprili. ♄

961. PYRUS *Cydonia.*

P. foliis ouatis integerrimis ſubtus germinibusque tomentoſis, floribus ſolitariis.

P. foliis integerrimis, floribus ſolitariis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1020. Jacq. auſtr. 4. p. 22. t. 342. Willd. arb. berol. p. 266. n. 12. Pall. roſſ. 1. p. 21 et ind. taur. Habl. taur. p. 76.*

Spontanea naſcitur in Tauriae meridionalis et Caucaſi auſtralioris ſyluis. Floret Majo. ♄

962. PYRUS *Aria.*

P. foliis ſubrotundo-ouatis inciſo-dentatis ſubtus albido-tomentoſis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1021. Willd. arb. berol. p. 267. n. 13. Ehrh. catal. 4. p. 20. Hall. hiſt. n. 1089.*

Crataegus Aria. *Linn. ſpec. pl. p. 681. Flor. dan. t. 302. Pall. roſſ. 1. p. 24 et ind. taur.*

Occurrit in Tauriae montibus ſyluaticis et in ſyluis Caucaſi rarius. ♄

963. PYRUS *torminalis.*

P. foliis cordato-ouatis laciniato-lobatis ſerratis: lobis infimis diuaricatis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1022. Willd. arb. berol. p. 268. n. 15. Ehrh. catal. 6. p. 92. Hall. hiſt. n. 1088.*

Crataegus torminalis. *Linn. ſpec. pl. p. 681. Jacq. auſtr. 5. p. 21. t. 443. Flor. dan. t. 798. Pall. roſſ. 1. p. 24 et ind. taur.*

In Tauriae Caucaſique ſyluis obuia. Floret Majo. ♄

266. SPIRAEA. Cal. 5-fidus. Petala 5. Capſ. polyſpermae.

* *Fruticoſae.*

964. SPIRAEA *hypericifolia.*

Sp. foliis lanceolatis obtuſis integerrimis venoſis, umbellis lateralibus ſeſſilibus.

Sp. foliis obouatis integerrimis, umbellis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1057. Willd. arb. berol. p. 372.*

Sp. crenata. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 110.*

Sp. inter alpinam, chamaedrifoliam et hypericifoliam media. *Pall roſſ. 1. p. 36. t. 26. f. 2.*

Occurrit in Tauriae montoſis. Floret Aprili. ♄

Refert Sp. crenatae varietatem humilem anguſtifoliam; ſed *umbellae* etiam fructiferae ſeſſiles, nec in ramulis lateralibus foliofis terminales; *folia* venoſa nec trineruia. *Taurica* planta ab *Americanâ*, praeter *folia* aliquanto longiora et anguſtiora, non differt.

965. SPIRAEA *crenata.*

Sp. foliis obouatis acutis apice dentatis trineruiis, corymbis confertis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1058. Willd. arb. berol. p. 373. Pall. roſſ. 1. p. 35. t. 19. Gmel. ſib. 3. p. 189. n. 49. Amm. ruth. n. 268 et 270.*

Frequens in promontorio caucaſico et planitiebus adjacentibus. Floret Majo. ♄

Planta quoad *folia* polymorpha. *Varietas foliis* latis obtuſis antice inciſis ſubtrilobis, quae circa Tiflin in rupeſtribus reperitur, refert Sp. thalictroiden. Gmelinus *loc. cit.* ſub hac plures affines confudit.

** *Herbaceae.*

966. SPIRAEA *Aruncus.*

Sp. foliis fupradecompofitis, fpicis paniculatis, floribus dioicis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1060. Pall. roff. 1. p. 39. t. 26. Hall. hift. n. 1134. Gmel. fib. 3. p. 192. n. 57.*

Crefcit in fyluis ad latera montis Befchtau promontorii Caucafici. ♃

967. SPIRAEA *Filipendula.*

Sp. foliis pinnatis: foliolis uniformibus ferratis, caule herbaceo, floribus corymbofis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1061. Flor. dan. t. 635. Hall. hift. n. 1136. Gmel. fib. 3. p. 191. n. 52. Pall. roff. 1. p. 39 et ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Abundat in pratis, praefertim fyluaticis. Floret Majo. ♃

968. SPIRAEA *Ulmaria.*

Sp. foliis pinnatis fubtus tomentofis: impari majore trilobo, lateralibus indiuifis; corymbis proliferis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1061. Flor. dan. t. 547. Curt. lond. Pall. roff. 1. p. 40. Hall. hift. n. 1135. Gmel. fib. 3. p. 191. n. 53.*

In fyluis Caucafi, ad riuulorum margines hinc inde repe-ritur. ♃

POLYGYNIA.

267. ROSA. Petala 5. Cal. urceolatus, 5-fidus, carnofus, collo coarctatus. Sem. plurima, hifpida, calycis interiori lateri affixa.

* *Germinibus fubglobofis.*

969. ROSA *cinnamomea.*

R. germinibus globofis pedunculisque glabris, caule aculeis ftipularibus, petiolis fubinermibus. *Linn. ed. Willd. 2.*

p. 1065. Duroi harb. ed. 2. p. 348. Herrm. monogr. n. 2.

R. collincola. *Ehrh. catal. 2. p. 70.*

R. majalis. *Herrmann mongor, n. 3.*

Occurrit in Caucaſi medii collibus ſterilibus. ♄

Frutex 4-pedalis ramoſiſſimus: aculeis ſparſis mediocribus curuulis. *Foliola* utplurimum quinque obtuſa ſeu obtuſiuſcula: ſerraturis ſimplicibus inaequalibus, ſubtus pallidiora magis villoſa. *Petioli* inermes villoſi. *Stipulae* non acuminatae ferrulatae. *Pedunculi* breues glabri. *Calyces:* foliolis apice appendiculatis indiuiſis ſubſerratis villoſis. *Germina* glabra. *Styli* breuiſſimi hirſuti. *Fructus* ſubgloboſi rubri.

970. ROSA *taurica.*

R. germinibus globoſis pedunculiſque glabris, caule aculeis recuruis, petiolis aculeatis, foliolis hirſutis: ſerraturis laeuibus, ſtylis exſertis glabriuſculis.

Habitat in dumetis Tauriae. *D. Steuen.* ♄

Habitus R. cinnamomeae a quâ *differt foliis* ſubtus magis villoſis minus glauceſcentibus, *petiolis* aculeolis pluribus armatis, *calycinis* ſegmentis breuioribus: quibuſdam baſi appendiculato-pinnatifidis et *ſtylis* dimidiam fere *ſtaminum* longitudinem attingentibus, baſi tantum et *ſtigmate* ſubpubeſcentibus, caeterum glabris. *Pedunculi* ſaepe gemini, quandoque ſolitarii aut terni.

971. ROSA *pimpinellifolia.*

R. germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1067. Willd. arb. berol. p. 308. Pall. roſſ. 2. p. 62. t. 24.*

In Caucaſi ſubalpini collibus ſterilibus obuia. Floret Majo. ♄

Differt a fequente *pedunculis germinibusque* glaberrimis et *aculeis* paucioribus in caule et ramis: caeterum fimillima. An *varietas?*

972. ROSA *fpinofiffima.*

R. germinibus globofis glabris, pedunculis hifpidis, caule petiolisque aculeatiffimis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1067. Herrm. monogr. n. 1. Duroi harbk. ed. 2. p. 339. n. 2. Hall. hift. n. 1106. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 110.*

R. campeftris odora. *Cluf. hift. 1. p. 116.*

R. pumila fpinofiffima, foliis Pimpinellae glabris, flore albo. *J. Bauh. hift. 2. lib. 14. p. 40.*

Frequens in Tauriae montofae fterilibus. Floret Majo, cum praecedente prima congenerum. ♄

Foliola nouena glabra. Cum *pedunculo germinis* quoque bafis faepe aculeata. *Petala* alba, *Styli* hirfuti et *fructus* globofi nigro-nitidi in hac et in antecedente. *Frutices* pygmaei.

973. ROSA *villofa.*

R. germinibus globofis pedunculisque hifpidis, caule aculeis fparfis, petiolis aculeatis, foliis tomentofis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1069. Hall. hift. n. 1105. Pall. roff. 2. p. 63. ind. taur.*

R. pomifera. *Herrm. monogr. n. 11.*

R. pomo fpinofo, folio hirfuto. *J. Bauh. hift. 2. lib. 14. p. 38.*

Occurrit hinc inde in Tauriae montibus fyluaticis: circa praedium Afamat Majo, Junio florentem legi. ♄

Spontanea raro tripedalis. *Foliola* inferiora quina, fumma terna, majufcula lata obtufa mollia. *Petala* fature purpurea. *Styli* breues hirfuti. *Fructus* globofi magni fanguinei aculeis fparfis perfiftentibus germinum exafperati. Taurica *planta difcedit* a vulgari *foliorum* ferraturis fubnudis, nec glanduloso-fer-

rulatis; vix tamen fecundum hanc unicam notam ſpecie diuerſa.

974. ROSA *prouincialis.*

R. germinibus ſubgloboſis pedunculis petiolisque hiſpidis, caule hiſpido: aculeis ſparſis ſubreflexis, foliolis ouatis: ſerraturis paginâque inferiore villoſo-glanduloſis.

R. germinibus ſubrotundis pedunculis petiolisque hiſpidis, aculeis ramorum ſparſis ſubreflexis, foliolis ouatis ſubtus villoſis, ſerraturis glanduloſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1070. Willd. arb. berol. p. 314. n. 9. Duroi harb. ed. 2. p. 349. n. 8.*

Occurrit in ſaxoſis Tauriae. meridionalis. ♄

Frutex vix R. ſpinoſiſſimâ major, ab imo ad ſummum ramis breuibus floriferis, aculeis minutis rectis hiſpidus aliiſque validis reflexis armatus. *Petioli* aculeati hiſpidi. *Foliola* ſubtrijuga cum impari magnitudine et fere formâ R. ſpinoſiſſimae: ſerraturis glanduloſo-ſerrulatis et paginâ inferiore totâ pilis glanduliferis, ſicut in R. rubiginoſâ. *Pedunculi* breues hiſpidi. *Germina* globoſa hiſpida. *Styli* breues glabriuſculi. *Fructus* ſanguinei magnitudine R. ſpinoſiſſimae.

975. ROSA *cuſpidata.*

R. germinibus ſubgloboſis pedunculisque hiſpidis, petiolis aculeatis, caule aculeis recuruis, foliis duplicato-ſerratis ſubtus hirtis, floribus corymboſis.

Habitat in aggeribus inter vineas, circa oppidum Kiſljar. Floret Junio. ♄

Frutex 2-3-pedalis ramoſus. *Aculei* caulini validi baſi valde dilatati recurui ſparſi albidi: caeteroquin hiſpiditas in caule ramisque nulla. *Stipulae* acutae extus undique glanduloſo-villoſae. *Petioli* aculeati et villis glanduloſis hiſpidi. *Folia* ſubtrijuga cum impari, ouato-lanceolata acutiuſcula argute duplicato-ſerrata, ſupra glabriuſcula ſubtus pilis exilibus exaſperata. *Flores* ad ramorum apicem in corymbo compoſito 5-10-

floro, magnitudine R. caninae. *Pedunculi germina calycesque* fetulis glanduliferis valde hiſpida. *Segmenta calycina* cuſpide lineari-lanceolato ferrato ipſis longiore; baſi quoque ſaepius pinnatifido-appendiculata. *Petala* alba. *Styli* villoſi *ſtaminibus* multo breuiores. *Fructus* globoſi hiſpiduli atro-caerulei.

* * *Germinibus ouatis.*

976. ROSA *centifolia.*

R. germinibus ouatis pedunculiſque hiſpidis, caule hiſpido-aculeato, petiolis inermibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1071. Willd. arb. berol. p. 315. n. 10. Duroi harbk. ed. 2. p. 367.*

Habitat in Caucaſi orientalis nemoroſis. Floret Junio. ♄

Spontanea etiam *floribus* polypetalis luxuriare ſolet.

977. ROSA *pumila.*

R. germinibus ouatis pedunculiſque hiſpidis, petiolis cauleque aculeatis, foliis ſubtus glaucis: ferraturis glandulоſis, fructibus pyriformibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1072. Jacq. auſtr. 2. p. 59. t. 198. Allion. pedem. n. 1802. Hall. hiſt. n. 1104. Pall. ind. taur.*

R. ſylueſtris rubella paruo frutice. *J. Bauh. hiſt. 2. lib. 14. p. 35.*

Occurrit in Tauriâ et Caucaſo iberico, ad margines ſyluarum. Floret Junio. ♄

Caulis viridulus ab imo ad ſummum hiſpidus: interſperſis aculeis longioribus rectis baſi vix dilatatis, qui interdum deficiunt. *Styli* hirſuti.

978. ROSA *pygmaea.*

R. germinibus ouatis pedunculis petioliſque hiſpidis, caule ramiſque ſubinermibus, foliolis argute duplicato-ſerratis acutis glabriuſculis, fructibus ouatis.

R. alpina. *Pall. ind. taur.*

R. non ſpinoſa, fructu turbinato. *Gmel. ſib. 3. p. 177. n. 15. (excl. ſynon. Bauh.)?*

Habitat in Tauriae herbidis campeſtribus: in collibus circa Boſphorum frequens. Floret cum praecedente. ♄

Frutex uli praecedens pygmaeus, interdum vix ſpithamalis. *Caulis* fuſco-purpureus, aut inermis aut aculeorum pauciſſimorum aduncorum rudimentis inaequalis: ſummi tantum *ramuli* floriferi hiſpiduli. *Foliola*, non ut in praecedente lata R. gallicae, ſed anguſtiora et acutiora argute ſerrata R. caninae. *Flos* ſpecioſus ſimplex colore R. centifoliae. *Styli* hirſuti. *Fructus* R. caninae.

979. ROSA *rubiginoſa.*

R. germinibus ouatis pedunculiſque hiſpidis, petiolis caulequc aculeatis: aculeis recuruis, foliolis ouatis ſubtus glanduloſo-villoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1073. Willd. arb. berol. p. 317. n. 13. Jacq. auſtr. 1. p. 31. t. 50. Flor. dan. t. 870. Ehrh. catal 4. p. 22. Hall. hiſt. n. 1103.*

R. Eglanteria. *Duroi harbk. 2. p. 363. Herrm. monogr. n. 12. Pall. ind. taur.*

R. ſylueſtris foliis odoratis. *C. B.* floribus incarnatis. *Vaill. paris. p. 172.*

Frequens in Tauriae ſyluaticis et collibus herbidis. Floret Majo, Junio. ♄

Frutex in ſyluis arboribus innixus praealtus, in campeſtribus humilior. *Caulis* aculeis validis recuruis: *ramis* nouellis praetexa hiſpidulis, quae tamen hiſpiditas in annoſiore et in cultà euaneſcere ſolet. *Foliola* ſerraturis glanduloſo-ſerrulatis, ſubtus magis minuſue villoſo-viſcoſa. *Flores* 2–3 ex eodem puncto. *Calycina* ſegmenta elongata: tria inciſo-pinnata. *Corollae* incarnatae. *Styli* pubeſcentes. *Fructus* ouati breues obſcure rubri laeues aut germinum ſpinulis perſiſtentibus ſparſis exaſperati.

980. ROSA *puluerulenta.*

R. germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis, petiolis cauleque hiſpido-aculeatis, foliolis ouatis utrinque glandulofo-villoſis.

Habitat in collibus circa acidulam Narzana Caucaſi ſubalpini. ♄

Frutex pygmaeus interdum palmaris. *Caules ramique* toti ſetis creberrimis interſperſiſque aculeis longioribus rectis tecti. *Foliola* praecedentis: ſerraturis glandulofo-ſerrulatis, diſcoque undique glandulofo-villoſo: ſubtus magis. *Calycina ſegmenta* pinnato-dentata. *Styli* breuiſſimi hirſuti. *Fructus* ouati atrofanguinei. *Florentem* haud vidi.

981. ROSA *collina.*

R. germinibus ouatis pedunculiſque hiſpidis glabriſue, petiolis aculeatis, caule glabro: aculeis recuruis, foliolis villoſis: ſerraturis laeuibus.

R. germinibus ouatis ſubglabris, pedunculis petioliſque glandulofo-hirſutis, caule aculeato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1078. Jacq. auſtr. 2. p. 58. t. 197. Allion. pedem. n. 1801.*

R. gallica. *Pall. ind. taur.*

Copioſa in Tauriae et Caucaſi nemoribus, dumetis, ſepibus. Floret Majo, Junio. ♄

Statura et affinitas maxima R caninae: ſed *germina* pedunculique interdum ſetis glanduliferis hiſpida, *folia* villoſa ſubtus ſubtomentoſa. *Flores* ſaepe gemini: pedunculis breuibus. *Styli* breues hirſuti. Nulla congenerum germinum pedunculorumque hiſpiditate magis hac *variat.* An ad hujus varietatem fructibus hiſpidis etiam referenda R. tomentoſa Smithii?

982. ROSA *canina.*

R. germinibus ouatis pedunculiſque glabris, petiolis aculeatis, caule glabro: aculeis recuruis, foliolis nudiuſculis: ſerraturis argutis laeuibus.

R. germinibus ouatis pedunculiſque glabris, caule petioliſque aculeatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1077. Flor. dan. t. 555. Curt. lond. Willd. arb. berol. p. 321. n. 17. Herrm. monogr. n. 6. Duroi harbk. ed. 2. p. 359. Hall. hiſt. n. 1101. Pall. roſſ. 2. p. 60. Habl. taur. p. 110.*

β. humilior: foliolis minoribus acutis ſubſeptenis.

Occurrit in Tauriae nemoribus et dumetis: *β* ad vias prope riuum Karaſſu minorem. Floret Majo, Junio. ♄

Styli praecedente paullo longiores, baſi tantum cum *ſtigmate* ſubpubeſcentes.

983. ROSA *caucaſica.*

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, petiolis aculeatis, caule glabro: aculeis recuruis, foliolis duplicato-ſerratis pubeſcentibus, floribus umbellatis.

R. caule inermi germinibus pedunculiſque glabris, pedunculis umbellatis aculeatis. *Pall. roſſ. 2. p. 62.*

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♄

Habitus proxime praecedentium. *Petiolorum* aculei inter ſtipulas crebriores validiores: ſingulari notâ. *Foliola* argute duplicato-ſerrata, ſubtus villoſiora, ſubſeptena. *Pedunculi* ex eodem puncto plures breues. *Calycina ſegmenta* longe appendiculata laciniata: denticulis glanduliferis. *Petala* pallide roſea. *Styli* breues hirſuti. *Fructum* non vidi.

268. RUBUS. Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca compoſita: acinis monoſpermis.

* *Fruteſcentes.*

984. RUBUS *Idaeus.*

R. foliis quinato-pinnatis ternatiſque, caule aculeato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1081. Flor. dan. t. 788. Willd. arb. berol. p.*

323. n. 1. Hall. hiſt. n. 1108. Gmel. ſib. 3. p. 178. n. 20. Pall. roſſ. 2. p. 64.

Occurrit in ſylvis ſubalpinis Caucaſi. In Tauriâ non reperitur. ♄

985. RUBUS *caeſius.*

R. foliis ternatis ſubnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1084. Willd. arb. berol. p. 325. n. 3. Bulliard herb. franc. t. 381. Hall. hiſt. n. 1110. Pall. roſſ. 2. p. 65. ind. taur.*

Copioſus tam in Tauriâ, quam ad Caucaſum. Floret a Junio uſque in autumnum. ♄

986. RUBUS *fruticoſus.*

R. foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petioliſque aculeatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1085. Willd. arb. berol. p. 326. n. 4. Schkuhr bot. n. 1325. t. 135. Hall. hiſt. n. 1109. Gmel. ſib. 3. p. 179. n. 21. Habl. taur. p. 109. Pall. roſſ. 2. p. 65.*

β. foliis ſubtus niveo-tomentoſis.

R. fruticoſus. β. *Willd. arb. berol. l. c.*

γ. foliis ſubtus niveo-tomentoſis: ſummis ſimplicibus, corollâ purpuraſcente.

R. ſanctus. *Pall. ind. taur.*

R. ſpecies flore purpureo. *Habl. taur. p. 109.*

Communis in ſterilibus lapidoſis: β in Tauriâ meridionali et in Iberiâ mediâ frequens. Floret a Majo, per totam aeſtatem. ♄

Flagella foliis quinatis: *caules* floriferi ternatis. *Bracteae* ſaepe palmato-tripartitae. *Foliola* ſuperiora in quibuſdam baſi confluunt et ſumma folia ſunt ſimplicia. *Calycina* ſegmenta

lanceolata acuta nec acuminata, quod moneo contra *Hallerum*, in fructu reflexa. *Variat* corollis albis et pallide roseis. An *R. sanctus Schreb.* sufficientibus notis ab hujus varietate β distinctus?

* * *Herbacei.*

987. RUBUS *saxatilis.*

R. foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1088. Fler. dan. t. 134. Willd. arb. berol. p. 327. Hall. hist. n. 1111. Pall. rosс. 2. p. 66.*

In Caucasi montibus altioribus reperitur. ♄

269. FRAGARIA. Cal. 10-fidus. Petala 5. Receptaculum seminum ouatum, baccatum, deciduum.

988. FRAGARIA *vesca.*

Fr. calyce fructus reflexo, pubescentiâ petalorum patentissimâ, pedunculorum adpressâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1091. Schkuhr bot. n. 1342. t. 135. Hall. hist. n. 1112. Gmel. sib. 3. p. 180. n. 24. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 143.*

Fr. vulgaris. *Ehrh. catal. 7. p 21.*

Fragum primum. *Tabern. Kraeuterb. p. 346.*

In umbrosis sylvaticis communis. Floret Aprili, Majo, ante subsequentem. Rosс. *Semljänika.* ♃

Bacca minor sanguinea. *Flores* minores. *Petala* saepe antice crenato-lobata.

989. FRAGARIA *collina.*

Fr. calyce fructus erecto, pubescentiâ pedunculorum erectâ: petiolorum patentissimâ, foliis utrinque pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1093. Ehrh. catal. 7. p. 26. Gmel. sib. 3. p. 180. n. 24. var. flore et fructu majore.*

Fragum fecundum et tertium. *Tabern. Kraeut. p. 346.*

Maxime communis in Tauriae Caucaſique campeſtribus. Floret Majo. Roſſ. *Glubnika.* ♃

Bacca major albo-viridis: plagâ laterali purpureâ. *Flores* majores. *Petala* ſubrotunda integerrima.

990. FRAGARIA *ſterilis.*

Fr. petalis obcordatis calycis longitudine, receptaculo ſicco, pubeſcentiâ petiolorum et pedunculorum patentiſſimâ. *Linn. ed. Willd 2. p. 1093. Curt. lond. Schkuhr. bot. n. 1343. t. 135. Hall. hiſt. n. 1113. Vaill. pariſ. t. 10. f. 1.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi montibus altioribus, locis apricis. Floret Majo. ♃

270. POTENTILLA. Cal. 10-fidus. Petala 5. Semina ſubrotunda, nuda, receptaculo paruo exſucco affixa.

* *Foliis pinnatis.*

991. POTENTILLA *fruticoſa.*

P. foliis pinnatis, caule fruticoſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1094. Willd. arb, berol. p. 235. n. 1. Duhamel. arb. ed. nou. 2. p. 11. t. 4. Amm. ruth. n. 114. 115. t. 17. t. 18. f. 1. Gmel. ſib. 3. p. 180. n. 26.*

In Armeniae ibericae monte Alwar, verſus cacumen legit *D. Adam.* ♄

992. POTENTILLA *agrimonioides.*

P. foliis pinnatis, foliolis ouato-oblongis obtuſis profunde dentatis pubeſcentibus: inferioribus remotioribus diminutis, caule adſcendente.

Potentilla. *Gmel. ſib. 3. t. 38.*

* ♃

Habitat in Armeniae ibericae montoſis. ♃

Foliola nouena, ſeptena, ſaepius quina, fere P. rectae, breuiora et paullo profundius inciſa: laciniis obtuſis; lateralia baſi interiore anguſtiora, extima baſi ſubconnexa, inferiora minora remota. *Stipulae* ſubulatae integrae: aut extus dente uno alteroue. *Flores* magnitudine P. argenteae. *Planta* dodrantalis villoſa viridis, nec ſericea, parum ramoſa. *Icon Gmelini* citata noſtram omnino refert, ad nullam vero ex enumeratis ab autore ſpeciebus allegatur: quod editoris incuriae tribuendum. *Affinis* P. penſyluanicae: an ſatis *diſtincta* a P. cicutariaefoliâ?

993. POTENTILLA *geoides*.

P. foliis pinnatis, foliolis ſubrotundis ſublobatis crenatis hirſutis: extimis majoribus, caulibus erectiuſculis, calycibus obtuſis corollam ſubaequantibus.

P. fragarioides. *Habl. taur. p. 147.*

Geum potentilloides. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae rupeſtribus, ad fontes riui Salgir et in monte Tſchaturdag, verſus cacumen. Floret Majo, Junio. ♃

Facies Gei, ob foliola praeſertim triа extima magna rotundata. *Stipulae* ouatae dentatae. *Panicula* ſubdichotoma. *Flores* vix magnitudine Gei urbani. *Calycina* ſegmenta ouato-oblonga obtuſa: alterna quadruplo minora. *Petala* rotundata lutea. *Hirſuties* totius plantae ſubruſa.

994. POTENTILLA *bifurca*.

P. foliis pinnatis ſubaequalibus: foliolis oblongis ſubbifidis: extimis confluentibus. *Linn. ed Willd. 2. p. 1098. S. G. Gmel. it. 1. p. 149. t. 27. f. 1. Gmel. ſib. 3. p. 182. n. 30. Buxb. cent. 1. p. 30. t. 49. f. 1. Amm. ruth. n. 116.*

Pentaphylloides orientale ſupinum, foliis alatis, bifidis vel trifidis. *Tournef. cor. p. 21.*

Occurrit in Caucaſi demiſſioris et in Iberiae campeſtribus apricis. Floret Junio. ♃

995. POTENTILLA *fupina.*

P. foliis pinnatis, foliolis oblongis profunde dentatis, caule decumbente dichotomo, pedunculis axillaribus folitariis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1099. Jacq. auſtr. 5. p. 3. t. 406. S. G. Gmel. it. 1. p. 149. t. 27. f. 2.*

Pentaphyllum fupinum quorundam, Potentillae facie. *Cluſ. hiſt. 2. p. 107.*

In fterilibus lapidoſis Caucaſi reperitur. Floret aeſtate. ⊙

* * *Foliis digitatis.*

996. POTENTILLA *recta.*

P. foliis feptenatis quinatifque, foliolis lanceolatis groſſe dentatis, petalis obcordatis calyce majoribus, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1099. Jacq. auſtr. 4. p. 43. t. 383. Hall. hiſt. n. 1121. Sabbat. hort. 5. t. 49. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 144.*

Pentaphyllum rectum majus. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 398. b.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi herbidis apricis. Floret Majo, Junio. 2

Planta erecta ramoſa tota pilis fparfis rigidis hirſuta, minime caneſcens. *Foliola* circumferrata: dentibus obtuſiuſculis. *Stipulae* inferiores integrae acuminatae: fuperiores laciniatae. *Calycina* fegmenta omnia lanceolata acuminata. *Petala* calyce paullo majora emarginata pallide lutea. *Variat* foliolis ultra medium pinnatifidis, quae varietas videtur effe *P. hirta Willdenouii.*

997. POTENTILLA *obſcura.*

P. foliis feptenatis quinatisque, foliolis lanceolatis groſſe dentatis, petalis obcordatis longitudine calycis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1100.*

P. recta: var. B. *Poiret in dict. enc. 5. p. 589. ſub n. 14.*

Creſcit in Tauriâ et Caucaſo, cum praecedente. 2

Nimis praecedenti *affinis* et forte *varietas*. *Hirſuties* major magiſque incana, praeſertim baſeos calycis. *Foliorum* ſerraturae obtuſiores. *Flores* paullo minores: *petalis* calycem vix aequantibus.

998. POTENTILLA *aſtracanica.*

P. foliis radicalibus quinatis oblongis dentatis: ſummis tripartitis, corollis calyce mojoribus, caule adſcendente. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1105. Jacq. ic. rar. 1. t. 92.*

Habitat in planitiebus Caucaſo finitimis et in ipſius promontorii caucaſici campeſtribus. Floret Majo, Junio. 2

Accedit ad praecedentes *habitu* et *ſtaturâ*. *Hirſuties* fere P. obſcurae. *Foliola* breuiora et latiora baſi integra: ſerraturis paucioribus et breuioribus quam praecedentium, obtuſis. *Flores* majores. *Calyces* hirſutiſſimi: ſegmentis neruoſo-reticulatis, ſeminiferorum valde inaequalibus: exterioribus ſubulatis, interioribus dilatatis acutis. *Petala* flaua emarginata calyce longiora.

999. POTENTILLA *hirta.*

P. foliis ſeptenatis quinatiſque ſubtus ſericeo-piloſis, foliolis cuneiformibus apice ſerratis, caulibus adſcendentibus hirtis, petalis calyce acuminato longioribus.

P. foliis ſeptenatis quinatiſque cuneiformibus inciſis piloſis, caule adſcendente. *Linn. ſpec. pl. p. 712. Poiret in dict. enc. bot. 5. p. 591. n. 18. Allion. pedem. n. 1478. t. 71. f. 1. Pall. ind. taur.*

Quinquefolium montanum erectum hirſutum luteum. *Magnol. monſp. 216.*

Creſcit in Tauriae montibus altioribus: in monte Tſchaturdag verſus cacumen frequens. Floret aeſtate. ♃

Facies praecedentis. *Folia raro* ſeptenata, plerumque quinata. *Foliola* cuneiformia antice tantum ſerrata, ſubtus et margine pilis longis incumbentibus ſericeis veſtita. *Caules* ſemipedales ramoſi hirti. *Flores* magnitudine P. rectae: *calycibus* valde pilosis, ſegmentis ſubaequalibus acuminatis; *petalis* calyce majoribus emarginatis aureis. *Foliolorum* formâ et pube *florumque* colore accedit ad P. auream; ſed major eſt et *calycibus* acuminatis hirſutis diſtincta. P. hirta *Kniph. cent. 4. n. 65* eſt *varietas* P. rectae, quam cum eo recentiores multi pro P. hirtâ Linn. propoſuere.

1000. POTENTILLA *argentea.*

P. foliis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1101. Flor. dan. t. 865. Hall. hiſt. n. 1124. Gmel. ſib. 3. p. 184. n. 37. Pall. ind. taur.*

Quinquefolium petraeum majus. *Tabern. Kraeut. p. 353.*

Frequens tam in Tauriâ, quam Caucaſo. Floret Majo, Junio. ♃

1001. POTENTILLA *inclinata.*

P. foliis inferioribus quinatis lanceolatis dentatis ſubtus caneſcentibus; caulinis ternatis oblongis, caule adſcendente, petalis calyce longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1102. Villars delph. 3. p. 567. t. 45.*

Quinquefolium quartum flauo flore, prima ſpecies. *Cluſ. hiſt. 2. p. 106.*

Creſcit in Caucaſi herbidis apricis. Floret cum praecedentibus. ♃

Refert P. opacae varietatem habitiorem. *Differt caulibus* ſpithamaeis adſcendentibus, *foliolis* latioribus et obtuſioribus

ſubtus pilis incumbentibus ſericeis: radicalibus minoribus quinatis nec ſeptenatis, *pedunculis* minus elongatis et gracilibus, *floribus* paullo majoribus. *Calyces* ſericeo-piloſi: foliolis omnibus lanceolatis acutis, exterioribus paullo breuioribus. *Petala* lutea calyce majora.

1002. POTENTILLA *opaca.*

P. foliis radicalibus ſeptenatis quinatisque lineari-cuneiformibus dentatis, petalis retuſis calycis longitudine, caulibus filiformibus decumbentibus hirtis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1103. Jacq. ic. rar. 1. t. 91. Hall. hiſt. n. 1120.*

Quinquefolium quartum flauo flore, ſecunda ſpecies. *Cluſ. hiſt. 2. p. 106.*

In planitiebus Caucaſo rutheno occidentali adjucentibus reperitur. Floret Majo. ♃

Foliis radicalibus magnis obſcure viridibus et inter ea *caulículis* gracilibus ramoſis facillime ab affinibus *dignoſcitur.*

1003. POTENTILLA *verna.*

P. foliis quinatis obouatis dentatis pubeſcentibus, petalis obcordatis calyce majoribus, caulibus declinatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1104. Allion. pedem. n. 1481. t. 24. f. 2. Cranz auſtr. p. 74. n. 6. t. 1. f. 1. Hall. hiſt. n. 1119. Pall. ind. taur.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi montoſis. Floret Aprili, Majo. ♃

Caulium pedunculorumque pubeſcentia patentiſſima; *folia* etiam hirſuta, nec incana.

1004. POTENTILLA *alba.*

P. foliis quinatis apice conniuenti-ſerratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1106. Jacq. auſtr. 2. t. 115.*

Pentaphyllum majus flore albo. *Cluſ. hiſt. 2. p. 105.*

In Caucaſi iberici herbidis inuenitur. ♃

1005. POTENTILLA *reptans.*

P. foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1108. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1118. Pall. ind. taur.*

Communis in incultis, ad vias et aggeres. Floret aeſtate. ♃

**** Foliis ternatis.*

1006. POTENTILLA *grandiflora.*

P. foliis ternatis dentatis utrinque ſubpiloſis, caule decumbente foliis longiore. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1110. Hall. hiſt. n. 1114. t. 21. Gmel. ſib. 3. p. 183. n. 32. t. 35. f. 1. 2.*

In alpibus caucaſicis reperitur. ♃

Planta pubeſcens viridis. *Foliola* breuia lata apice profunde dentata. *Stipulae* latae integrae. *Calycina* ſegmenta obtuſa. *Petala* obcordata lutea calyce duplo longiora. *Caucaſica* minor eſt *Sibiricâ*, ſaepe vix digitalis.

1007. POTENTILLA *ſubacaulis.*

P. foliis ternatis dentatis hirſutis canis, caule decumbente, pubeſcentiâ erecto-patulâ.

P. foliis radicalibus ternatis dentatis utrinque tomentoſis, caulibus ſubfolioſis. *Gerard gallopr. p. 469. Jacq. collect. 2. p. 145. ic. rar. 3. t. 491.*

P. verna. *δ. Linn. ed. Willd. 2. p. 1104.*

β. pumila, ſcapis aphyllis.

P. (*ſubacaulis*) foliis ternatis dentatis utrinque tomentoſis, ſcapo decumbente. *Linn. ſpec. pl. p. 715. ed. Willd. 3. p.*

1111. Gmel. ſib. 3. p. 183. n. 34. t. 36. f. 2. Amm. ruth. n. 110.

Frequens in apricis campeſtribus, ad radices Caucaſi et inde ad Wolgam et Tanain uſque. Floret Aprili, Majo. ♃

Eſt ſpecies *diuerſa* a P. vernâ, quamuis plurimis notis conueniat. *Dignoſcitur foliis* etiam imis ſaepiſſime ternatis: accedente rarius foliolo quarto et quinto obſoleto, tum *pilis* ſericeis crebris patentiuſculis ſurſum imbricatis, quibus tota plantula et praeſertim foliorum pagina inferior caneſcit; quum P. verna, pilis patentiſſimis undique hirſuta perpetuo vireſcat.

271. TORMENTILLA. Cal. 8-fidus. Petala 4. Sem. ſubrotunda, nuda, receptaculo paruo exſucco affixa.

1008. TORMENTILLA *erecta.*

T. caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 2 p. 1112. Flor. dan. t. 589. Hall. hiſt. n. 1117. Gmel. ſib. 3. p. 180. n. 25.*

T. officinalis. *Curt. lond.*

Occurrit rarius in pratis montanis Caucaſi. Floret Junio, Julio. ♃

272. GEUM. Cal. 10-fidus. Petala 5. Sem. ariſtâ geniculatâ.

1009. GEUM *urbanum.*

G. floribus erectis: ariſtis uncinatis nudis, pedunculis tomentoſis, calycinis ſegmentis alternis minimis, foliis caulinis ternatis: radicalibus lyrato-pinnatis.

G. floribus erectis, ariſtis uncinatis nudis, foliis caulinis ternatis: radicalibus lyrato-pinnatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1113. Flor. dan. t. 672. Curt. lond. Gmel. ſib. 3. p. 183. n. 45. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

Commune in umbroſis et ad ſepes. Floret aeſtate. ♃

1010. GEUM *intermedium.*

G. floribus erectis: ariſtis uncinatis nudis, pedunculis villoſis, calycinis ſegmentis alternis duplo minoribus, foliis caulinis ternatis: radicalibus lyrato-pinnatis.

G. intermedium. *Ehrh. catal. 6. p. 143. Linn. ed. Willd. 2. p. 1114. n. 3. β.*

Occurrit cum praecedente, nec minus copioſum. ♃

G. urbani *pedunculi* leui tomento pubeſcunt, intermedii pilis erectis hirſuti; urbano *ſegmenta* calycina exteriora minima, intermedio duplo ſaltim majora; huic *ſemina* plura, illi pauciora longius ariſtata. Ergo *ſpecies* diſtinctae.

1011. GEUM *riuale.*

G. floribus nutantibus, petalis longitudine calycis, ariſtis plumoſis medio tortis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1115. Flor. dan. t. 722. Hall. hiſt. n. 1129. Gmel. ſib. 3. p. 183. n. 46.*

Hinc inde in Tauriae Caucaſique pratis montanis humidiuſculis obuium. ♃

273. DRYAS. Cal. fimplex, 8-fidus. Petala 8. Sem. caudata, pilofa.

1012. DRYAS *octopetala.*

Dr. floribus octopetalis, foliis fimplicibus. *Linn. ed. Willd.* 2. *p.* 1118. *Flor. dan. t.* 51. *Hall. hiſt. n.* 1133. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 188. *n.* 44.

Chamaedrys tertia f. montana. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 351.

Crefcit in alpibus caucaficis. ♃

ADDENDA ET EMENDANDA.

MONANDRIA DIGYNIA.

4. CORISPERMUM *hyſſopifolium.*

Synonymis adde: C. glabrum majus longiſſimis foliis: ſpecies prior. *Amm. ruth. n. 225.*

DIANDRIA MONOGYNIA.

8. IASMINUM *fruticans.*

Synonymis adde: *Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 93. t. 27.*

9. IASMINUM *officinale.*

Synonymis adde: *Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 102. t. 28.*

12. CIRCAEA *lutetiana.*

Synonymis adde: *Retz obſ. 1. p. 9.*

24. VERONICA *latifolia.*

Huic typographi errore appoſitum *ſignum* ⊙, pro quo pone *ſignum* ♃.

25. VERONICA *proſtrata.*

Synonymis adde: *Habl. taur. p. 144.*

28. VERONICA *umbroſa.*

Haec *definiatur:* V. racemis lateralibus, foliis ſcabris: inferioribus ouatis groſſe ſerratis, ſuperioribus oblongis ſubſerratis; caulibus repentibus, calyce aequali corollam ſubaequante.

Folia ramorum tantum ſterilium ſumma ſubintegerrima. *Calyx* corollâ ſpecioſâ paullo breuior.

46. ZIZIPHORA *taurica.*

Stamina 2 caſtrata intra tubum corollae, praeter fertilia exſerta.

47. ZIZIPHORA *ſerpillacea.* β.

Synonymis adde: Z. *(Muſſini)* foliis linearibus punctatis, floribus faſciculatis terminalibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 43. n. 2.* (*)

48. ZIZIPHORA *daſyantha.*

Synonymis adde: Z. *(Puſchkini)* foliis ouato-ſubrotundis, capitulis verticillatis, calicibus piloſiſſimis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 42. n. 1.*

TRIANDRIA MONOGYNIA.

67. VALERIANA *montana.*

Synonymis adde: V. *(alpina)* floribus triandris, foliis radicalibus et inferioribus caulinis oblongo-ouatis ſubintegerrimis

(*) Florae hujus Tomo primo, maximâ ex parte, typis expreſſo, demum mihi innotuit opus: *Weber und Mohr Beytraege zur Naturkunde.* 1r *Band. Kiel* 1805; continens Decades quinque nouarum ſpecierum plantarum Caucaſi et Iberiae, quas in itinere Comitis Muſſin-Puſchkin obſeruauit et definitionibus atque deſcriptionibus illuſtrauit *D. J. Fr. Adam.*

petiolatis: ſummis cordatis dentatis ſeſſilibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 45. n. 4.*

68. VALERIANA *macrophylla.*

Synonymis adde: V. *(alliariaefolia)* floribus triandris, foliis cordatis dentatis: radicalibus et inferioribus caulinis petiolatis, ſummis ſubamplexicaulibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 44. n. 3.*

70. VALERIANA *dentata.*

Icon Moriſonii citata 33 noſtrae minus reſpondet, quam f. 35 noſtram ad amuſſim exprimens.

71. VALERIANA *coronata.*

Synonymis adde: Valerianella Scabioſae ſemine minor Blaefenſis. *Moriſ. hiſt. 3. ſect. 7. t. 16. f. 30.*

76. CROCUS *reticulatus. β.*

Synonymis adde: *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 45. n. 5.*

Poſt n. 97 inſeratur.

1013. SCIRPUS *Caricis.* (*)

Sc. culmo ſubtriquetro nudo, ſpicâ diſtichâ compreſſâ, involucro monophyllo. *Linn. ed. Willd. 1. p. 292. Hall. hiſt. n. 1342. Scheuchz. agroſt. p. 490. t. 11. f. 6.*

Schoenus compreſſus. *Linn. ſpec. pl. p. 65. Leers herb. n. 32. t. 1. f. 1.*

Carex uliginoſa. *Linn. ſpec. pl. p. 1381.*

(*) Primis Florae hujus claſſibus typis jam jam mandatis, gramina complura, huicce ſupplemento inſerenda, ex itinere Taurico retulit et mecum communicauit amiciſſ. *Steuen.*

In Tauriae paludosis, circa praedium Sabli legit *D. Steuen.* ♃

104. SCIRPUS *syluaticus.*

Synonymis adde: *Leers herb. n. 36. t. 1. f. 4.*

106. ERIOPHORUM *polystachyon.*

Synonymis adde: E. latifolium. *Hoppe enchirid. a. 1800. p. 108. n. 6.*

108. NARDUS *aristata.*

Gramen monandrum digynum, propter habitum tamen vix ab hoc genere remouendum.

TRIANDRIA DIGYNIA.

N. 111 excipiat

1014. PHALARIS *Bellardi.*

Ph. spicâ muticâ cylindricâ, glumis carinatis laeuibus glabris: neruo utrinque laterali prominulo, culmis genu procumbentibus.

Ph. Bellardi. *Willd. in nou. act. nat. cur. berol. 3.*

Ph. *(satiua)* spicâ cylindricâ, glumis carinatis glabris margine membranaceis. *Persoon enchirid. 1. p. 78.*

Crescit in Tauriâ meridionali. ⊙

Gramen exile glabrum laeue. *Culmi* declinati ad genicula fracti. *Folia* breuia plana: ligulâ exsertâ lacerâ albâ; superiorum vaginis tumidulis. *Spica* uncialis vel sesquiuncialis cylindrica tenuis ab ultimo folio remota. *Spiculae* ouatae compresso-planae imbricatae, praeter neruum carinalem et utrinque unicum lateralem albo-membranaceae.

136. AGROSTIS *holciformis.*

Habitu ad Milium paradoxum accedit, a quo *ſpicu-* duplo majoribus variegatis potiſſimum dignoſcitur. An ideo ad Milium referenda?

Poſt n. 141 inſeratur

1015. AGROSTIS *ſtolonifera.*

A. paniculâ confertâ muticâ, calycibus aequalibus coloratis corollâ paullo longioribus, ſtolonibus reptantibus.

A. paniculae ramulis patentibus muticis, culmo reptante calycibus aequalibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 369. Flor. dan. t. 564. Hall. hiſt. n. 1473.*

Occurrit in Taurîâ meridionali. 2

Differt ab A. albâ *culmorum* baſi decumbentium crebre radicantium internodiis breuioribus, *foliis* breuioribus rigidis bus, *paniculâ* anguſtiore: ramis fere ad baſin ſpiculis co tis, *calycibus* coloratis, *corollis* proportione calycis longio valuulis valde inaequalibus, alterâ duplo ſaltim minore.

142. AGROSTIS *denſa.*

In Tauriae humentibus etiam reperitur. Anne A. ſtoloni fera *Smithii (flor. brit)* hanc potius, quam A. ſtoloniferam *Linn* indigitat?

147. AIRA *caryophyllea.*

Synonymis adde: *Curtis flor. lond.*

152. POA *aquatica.*

Synonymis adde: *Curtis flor. lond.*

Poſt n. 163 ponet

1016. POA *pulchella.*

P. paniculâ coarctatâ racemoſâ ſecundâ, ſpiculis lin teretibus ſubocto floris: glumis obtuſiuſculis eneruiis

P. pulchella. *Steuen.*

Habitat in Tauriae montosae meridionalis saxosis, nec non in sabulis ad littora maris nigri. Floret Majo, Junio. ⊙

Gramen pusillum digito minus glabrum glauco-viride. *Radix* exilis fibrosa alba. *Culmi* e radice nonnulli simplices. *Folia* sesquiuncialia seu uncialia angusta planiuscula acuta: vaginis arctis, ligulâ breui. *Panicula* angusta saepe culmo paullo brevior: basi ramis nonnullis brevibus alternis, apice spiculis alternis racemosis. *Spiculae* lineares teretiuscalae distichae erectae breue pedicellatae pallidae longitudine P. Eragrostidis, sed angustiores: *flosculis* subpubescentibus obtusiuscalis, apiculo albicante. Nimis *affinis* P. rigidae, a quâ *differt colore* glauco, *paniculâ* mimis compositâ angustiore, *spiculis* minoribus, *flosculis* vulgo pauciovibus et *glumis* obtusis.

174. FESTUCA *Myurus.*

Varietas major occurrit in Tauriae meridionalis campis apricis, quae specie non videtur differre. *Folia* angustissima canaliculato-setacea breuia: vaginis latioribus striatis. *Panicula* elongata subracemosa secunda, vix nutans. *Calycina* valvula altera minutissima, ut vix animaduertatur. *Flosculorum* gluma exterior scabra.

N. 174 subnectatur

1017. FESTUCA *ciliata.*

F. culmo adscedente, foliis subconuolutis, spicâ racemosâ, calycinâ valuulâ altera minimâ: corollinâ exteriore margine villosâ ciliatâ. *Link ap. Schrader ephem. 2. p. 315. Persoon enchirid. I. p. 94.*

Crescit in Tauriae meridionalis siccis. ⊙

Habitus, folia et *inflorescentia* exacte praecedentis. *Differt paniculae* rachi pubescenti-scabrâ et *corollae* glumâ exteriore ciliisque marginalibus crebris elongatis mollibus albis instructâ. *Calyx* et huic paruus glaber: valuulâ alterâ minutissimâ. Quaero

an haec potius F. Alopecurus *Schousb?* an etiam planta maroccana a lusitanicâ vere diuersa? neutram enim vidi.

N. 176 excipiat

1018. FESTUCA *phleoides.*

F. paniculâ spicatâ lobatâ cylindricâ, spiculis ouatis compressis subsexfloris hirsutis aristatis.

F. phleoides. *Host gram. austr. 3. t. 21.*

Occurrit in Tauriae campis apricis. ⊙

Radix breuis fibris plurimis albis capillata multicaulis. *Culmi* digitales seu dodrantales teretes basi ramosi, sub paniculâ nudi glabri. *Folia* plana lata striata cum vaginis hirsuta. *Panicula* spiciformis cylindrica facie Alopecuri pratensis. *Spiculae* sessiles aggregatae ouatae compresso-planae hirsutae subsexflorae. *Calyx* inaequalis: glumâ alterâ flosculis simili, alterâ breuiore angustioreque. *Flosculorum* glumae exteriores lanceolatae virides neruoso-striatae margine scarioso albo cinctae: aristâ capillari breui.

N. 179 sequatur

1019. BROMUS *aruensis.*

Br. paniculâ nutante, spiculis oauto-oblongis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 434. Flor. dan. t. 293. Weigel obs. p. 6. t. 1. f. 3. Leers herb. n. 84. t. 11. f. 3. Hall. hist. n. 1509. Scheuchz. agrost. p. 262. t. 5. f. 15.*

In Tauriâ reperitur. ⊙

Panicula valde sparsa: ramis capillaribus pluribus ex uno puncto, inferioribus ramosis. *Spiculae* quoad formam accedunt ad Br. secalinum suboctoflorae leuissime pubescentes saepe amethystinae. *Glumae* albo-marginatae: apiculo bifido breui *Aristae* purpureae erecto-patulae: summae gluma longiores, nec duplo.

187. BROMUS *giganteus.*

Synonymis adde: *Curtis flor. lond.*

189. BROMUS *gracilis.*

Synonymis adde: Gramen bromoides paniculâ minus ſparſâ. *Buxb. cent. 3. p. 32. t. 56. f. 2.*

197. AUENA *macra.*

In Tauriâ meridionali etiam reperitur et quandoque *ſpiculis* 6-floris *variat.*

205. LOLIUM *ſpecioſum.*

In Tauriâ meridionali quoque occurrit.

211. HORDEUM *bulboſum.*

Synonymis adde: Gramen fecalinum chalepenſe, radice tuberoſâ. *Moriſ. hiſt. 3. p. 179. ſect. 8. t. 6. f. 7.*

222. TRITICUM *imbricatum.*

An huc Tr. caucaſicum *Biehler cent. plant. nou. herb. Sprengelii (Halae Sax. 1807)?*

223. TRITICUM *junceum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 916.*

TETRANDRIA MONOGYNIA.

253. ASPERULA *taurina.*

Synonymis adde: *Barrel. ic. 547.*

264. GALIUM *tenuiſſimum.*

Corollae ſaepe viridi purpureae.

271. CRUCIANELLA *aſpera.*

Synonymis adde: Cr. *(proſtrata)* diffuſa, foliis ſenis linearibus, floribus capitatis quinquefidis, capitulis oppoſitis: inferioribus pedunculatis, ſummis ſeſſilibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 46. n. 6.*

286. ELAEAGNUS *hortenſis. α.*

Synonymis adde: E. anguſtifolia. *Duham. arb. ed. nou. 2. p. 80. t. 24.*

291. ALCHEMILLA *Aphanes.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 937.*

TETRANDRIA TETRAGYNIA.

296. ILEX *Aquifolium.*

Synonymis adde: *Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 1. t. 1.*

PENTANDRIA MONOGYNIA.

304. MYOSOTIS *macrophylla.*

Synonymis adde: M. ſeminibus laeuibus, foliis radicalibus magnis cordatis longiſſime petiolatis: caulinis cordato-ouatis obliquis acutis, racemis paniculatis nudis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 46. n. 7.*

318. ANCHUSA *ochroleuca.*

Deleatur *ſynonymon: Tourneſ. cor. p. 6.*

321. ANCHUSA *lutea. β.*

Deleantur *Synonyma: Tourneſ. cor. p. 6. Buxb. cent. 2. p. 21. t. 13. f. 2.*

Poſt n. 340 inſeratur

1020. ECHIUM *violaceum.*

E. corollis ſtamina aequantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 788. Retz obſ. 2. p. 9.*

In Tauriâ meridionali rarius legit *D. Steuen.* ⊙

Staminum breuitate facile a congeneribus, per Tauriam et Caucaſum naſcentibus *dignoſcitur.*

349. PRIMULA *longifoliá.*

Synonymis adde: Pr. *(algida)* foliis ouato-lanceolatis argute dentatis glaberrimis, calycibus quinquefidis: tubo corollae longitudine fere aequalibus, petalis profunde obcordatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 46. n. 8.*

N. 365 ſubnectatur

1021. CONUOLUULUS *hirſutus.*

C. foliis cordatis acutis ſubhaſtatis hirſutis: auriculis dentato-angulatis, pedunculis ſubbifloris, caule hirſuto.

Habitat in collibus aridis, mari nigro vicinis, prope Tauriae meridionalis pagum Gurſuph. *D. Steuen.* ♃

Facies eminus C. aruenſis, ſed major et totus villo multo albo hirſutus *Folia* cordato-haſtata, ad petioli inſertionem utrinque ſinu ſemicirculari exciſa: auriculis *foliorum inferiorum* rotundatis ſubdentato-angulatis, ſuperiorum productioribus ſubbifidis acutis. *Petioli* fere longitudine folii, adſcendendo decreſcentes. *Pedunculi* axillares folio multo longiores biflori aut uniflori vix triflori: adſcendendo breuiores. *Pedicelli* inaequales: intermedio longitudine circiter calycis; lateralibus, ſi qui, longioribus. *Bracteae* oppoſitae ſubulatae paruae ſub quouis flore, ſpatio calycis longitudine ab eo remotae. *Flos* magnitudine C. Scammoniae. *Calyx* hirſutus: foliolis ouato-lanceolatis acuminatis ſubaequalibus. *Corolla* intus tota, extus plicis luteſcens: angulis purpuraſcens hirſuta. *Affinis* C. lanuginoſo videtur; ſed

dinerſus foliis latioribus villis longiuſculis albis nec tomento ferrugineo tectis, *pedunculis* 1-2-floris nec 3-floris et *calycinis* foliolis omnibus ouato lanceolatis acuminatis nec tribus exterioribus tantum ouato-acuminatis.

383. CAMPANULA *lamiifoliâ.*

Synonymis adde: C. (capſulis obtectis) hirſuta, caulibus erectis ſubramoſis, foliis cordatis crenatis: inferioribus petiolatis, ſummis ſeſſilibus; racemis ſecundis cernuis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 48. n. 10.*

387. CAMPANULA *Adami.*

Synonymis adde: C. (*bellidifolia*) (capſulis obtectis) foliis ſpathulatis crenatis, caulibus ſimplicibus adſcendentibus unifloris. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 47. n. 9.*

415. LYCIUM *ruthenicum.*

Synonymis adde: L. ruthenicum. b. paruiflorum. *Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 127. n. 15.*

418. RHAMNUS *Erythroxylon.*

Synonymis adde: *Poiret in dict. enc. 4. p. 466. n. 11. β.*

420. RHAMNUS *Frangula.*

Synonymis adde: *Duham. arb. ed. nou. 2. p. 44. t. 15.*

421. ZIZYPHUS *Paliurus.*

Synonymis adde: Paliurus orientalis. *Duham. arb. ed. nou. 2. p. 57. t. 17.*

423. EUONYMUS *verrucoſus.*

Synonymis adde: *Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 25. t. 8.*

424. EUONYMUS *latifolius.*

Synonymis adde: *Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 24. t. 7.*

PENTANDRIA DIGYNIA.

460. SALSOLA *Kali.*

Excludatur *icon Florae fibiricae 3. t. 17. f. 2*, quam ad Polycnemum monandrum ſpectare, nunc video.

470. SALSOLA *ericoides.*

Synonymis adde: *Buxb. cent. 1. p. 8. t. 14. f. 1.*

475. SALSOLA *ſedoides.*

Synonymis adde: S. foliis linearibus alternis, caule lanugi-noſo, ramis parallelis. *Gmel. ſib. 3. p. 95. n. 74. t. 20. f. 1.*

520. CAUCALIS *leptophylla.*

Synonymis adde: C. daucoides. *Jacq. hort. vind. 2. t. 195.*

536. SELINUM *latifolium.*

Hoc, propter *habitum*, forte melius ſub *Angelicâ* militabit; *characteres* enim diſtinctinos inter Selina et Angelicas nondum hinc conſtitutos eſſe, alii jam animaduerterunt.

571. SCANDIX *auſtralis.*

Synonymis adde: Sc. cretica minor. C. B. *Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. p. 304. t. 11. f. 4.*

Addatur quoque *varietas β.* major, radians.

Sc. falcata. *Londes in act. ſoc. nat. cur. moſq. 1. p. 57. t. 5.*

Sc. cretica major C. B. *Moris. hiſt. 3. ſect. 9. p. 304. t. 11. f. 2.*

Varietas haec, per Tauriam communis et inter Sc. auſtralem grandifloramque quaſi media diſcedit *umbellis* oppoſitifoliis 2-3-fidis, pedunculo communi breuiſſimo impoſitis: terminalibus 3-5 fidis, *umbellularum* pedunculis glabriuſculis patentiſſimis,

floſculis ambitus valde radiantibus, *Petalum* exterius obouatum integrum aut leuiſſime emarginatum in hâc et in vulgari.

5?3. SCANDIX *iberica* (pro falcatâ).

Excludatur *ſynonymon act. nat. cur. moſq.* ad Sc. auſtralis varietatem β relatum, quapropter et *nomen* triuiale immutandum fuit.

HEXANDRIA MONOGYNIA.

660. LILIUM *monadelphum.*

Synonymis adde: L. foliis lanceolatis ſparſis, corollis campanulatis cernuis intus maculatis, ſtaminibus monadelphis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 49. n. 12.*

664. FRITILLARIA *latifolia.*

Synonymis adde: Fr. *(eſculenta)* foliis canaliculatis glaucis: caulinis alternis lanceolatis, floralibus lanceolato-linearibus flore terminali breuioribus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 52. n. 16.*

665. FRITILLARIA *lutea.*

Synonymis adde: Fr. *(collina)* foliis linearibus planis glauceſcentibus: caulinis alternis, floralibus ternatis florem terminalem cernuum aequantibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 50. n. 14.*

666. FRITILLARIA *tenella.*

Synonymis adde: Fr. *(orientalis)* foliolis linearibus planis: caulinis alternis oppoſitisue, floralibus ternatis flore terminali erecto longioribus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 50. n. 13.*

667. FRITILLARIA *tulipifolia*.

Synonymis adde: Fr. *(caucafica)* foliis omnibus alternis lanceolatis planis glaucis: infimo latiore, flore terminali folitario. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 51. n. 15.*

N. 693 fubjungatur

1022. CONUALLARIA *verticillata.*

C. foliis verticillatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 161. Flor. dan. t. 86. Hall. hift. n. 1244.*

In nemorofis Caucafi iberici reperitur. ♃

HEXANDRIA TRIGYNIA.

725. MERENDERA *caucafica.*

Synonymon adde: Bulbocodium *(trigynium)* foliis linearibus canaliculatis, floribus trig nis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 49. n. 11.*

OCTANDRIA MONOGYNIA.

737. DAPHNE *glomerata.*

Synonymis adde: D. *(comofa)* umbellis terminalibus, pedunculis aggregatis, bracteis lanceolatis: fummis fterilibus confertis elongatis, foliis fpathulato-lanceolatis integerrimis nitidis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 53. n. 17.*

OCTANDRIA TRIGYNIA.

743. POLYGONUM *viuiparum.*

Synonymis adde: *Amm. ruth. n. 243.*

755. POLYGONUM *Conuoluulus.*

Synonymis adde: *Curtis flor. lond.*

DECANDRIA DIGYNIA.

778. SAXIFRAGA *juniperina.*

Synonymon adde: S. *(juniperifolia)* foliis ſubulatis triquetris imbricatis baſi ferrulato-ſcabris apice ſpinoſis glabris, caule ſubnudo multifloro, floribus congeſtis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 53. n. 18.*

793. GYPSOPHILA *glomerata.*

Synonymis adde: G. caule ſimplici, foliis linearibus carnoſis, floribus glomeratis terminalibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 54. n. 19.*

809. DIANTHUS *campeſtris.*

Synonymon adde: D. *(bicolor)* floribus ſolitariis, caulibus paucifloris, ſquamis calycinis 4 ſubrotundis acuminatis, petalis erofo-dentatis bicoloribus, foliis lanceolato-linearibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 55. n. 21.*

810. DIANTHUS *caucaſicus.*

Synonymis adde: D. (floribus ſolitariis, pluribus in eodem caule) ſquamis calycinis ſubſenis oblongo lanceolatis tubo calycis breuioribus: extimis longioribus patentiſſimis ad baſin margine ſcatioſis, petalis incifo-ferratis maculatis barbatis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis margine ſcabris. *Henckel a Donnerſmark plant. ſelect. hort. haiens. p. 23.*

814. DIANTHUS *pomeridianus.*

Synonymis adde: D. *(cretaceus)* (floribus ſolitariis, pluribus in eodem caule) floribus ſolitariis, ſquamis calycinis quatuor ouatis acutis breuiſſimis: alternis minoribus, tubo ſtriato apice attenuato, petalis crenatis imberbibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 56. n. 22.*

817. DIANTHUS *fragrans.*

Synonymis adde: D. (caule unifloro herbaceo) caulibus fubunifloris, fquamis calycinis fenis ouatis acuminatis tubo dimidio breuioribus, corollis laciniatis, foliis lineari-fubulatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 56. n. 23.*

819. DIANTHUS *fimbriatus.*

Synonymis adde: D. (*orientalis*) (floribus folitariis, caulibus multifloris) fquamis calycinis fenis aequalibus rectis acutis tubo apice attenuato triplo breuioribus, petalis multifidis imberbibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 54. n. 20.*

DECANDRIA TRIGYNIA.

821. CUCUBALUS *fimbriatus.*

Synonymis adde: C. (*multifidus*) calycibus campanulatis, petalis multifidis, foliis ouatis acuminatis, floribus paniculatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 57. n. 24.*

ERRATA.

pag. 1. *lin. ultima loco* articulus *lege* utriculus.
– – 6. *lin.* 23 *pro* remotuiſculis *lege* remotiuſculis.
– – 15. *lin.* 18 *pro* magno flore *lege* flore albo.
– – *eâd. lin.* 19 *dele:* excluſo ſynonymo Tournefortii.
– – 25. *lin. penult. pro* Hall. hiſt. n. 24 *lege* Hall. hiſt. n. 214.
– – 59. *lin. ult. pro* corolli is *lege* corollinis.
– – 78. *lin.* 19 *in fine adde* ſignum ♃
– – 82. *lin.* 13 *pro* diſtinguetur *lege* diſtinguatur.
– – 92. *lin.* 15 *pro* Hall. hiſt. n. 99 *lege* Hall. hiſt. n. 199.
– – 93. *lin.* 5 *pro* raidantibus *lege* radiantibus.
– – 98. *lin. penult. pro* Rabitat *lege* Habitat.
– – 99. *lin.* 14 *pro* ſemine *lege* ſemina.
– – 100. *lin.* 18 *dele:* Habl. taur. p. 154.
– – 109. *lin. penult. pro* urben *lege* urbem.
– – 181. *lin. ult. pro* impoſita *lege* impoſiti.
– – 192. *lin.* 6 *loco* foliique *lege* foliisque,
– – 201. *lin.* 1 *pro* caeruleo *lege* ſtellato.
– – 224. *lin.* 23 *pro* pinn. ulae *lege* pinnulae.
– – 262. *ſub init. loco* PENTANDRIA *lege* HEXANDRIA.
– – 305. *lin.* 8 *pro* romoſo *lege* ramoſo.
– – 388. *lin.* 4 *pro* Prequens *lege* Frequens.
– – 589. *lin.* 4 *pro* Vulga *lege* Vulgo.

FLORA
TAURICO-CAUCASICA

EXHIBENS

STIRPES PHAENOGAMAS,

IN

CHERSONESO TAURICA

ET

REGIONIBUS CAUCASICIS

SPONTE CRESCENTES.

AUCTORE

L. B. FRIDERICO MARSCHALL A BIEBERSTEIN,

AUG. RUTH. IMP. CONS. STAT. ORD.

S. WLAD. EQ.

Tomus II.

Mo. Bot. Garden,
1895.

CHARKOVIAE:

TYPIS ACADEMICIS.

A. 1808.

* * * \

FLORA
TAURICO-CAUCASICA.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

274. CAPPARIS. Cal. 4-phyllus, coriaceus. Petala 4. Stam. longa. Capsula corticosa, unilocularis, pedunculata.

1023. CAPPARIS *ovata.*

C. pedunculis unifloris solitariis, stipulis spinosis, foliis subrotundo-ovatis mucronatis, capsulis pyriformibus, caulibus herbaceis procumbentibus.

C. pedunculis unifloris solitariis, stipulis spinosis, foliis subrotundo-ovatis acutis glabris, capsulis oualibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1131.*

C. spinosa. *β. Linn. spec. pl. p. 720. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 112. Gmel. sib. 4. p. 179. n. 5.*

C. ficula duplicatâ spinâ, folio acuto. *Bocc. sic. p. 79. t. 42. f. 3.*

Perfrequens in ſterilibus ſubſalſis Tauriae, ad Pontum Euxinum et in planitiebus caſpico-caucaſicis. Colliguntur Capparides ab incolis oppidi Kiſljar et per omnem Roſſiam diuenduntur. Floret aeſtate. ♃

Minime fruticat, ſed *virgis* annotinis longe lateque humiſtratis luxuriat. *Folia* non acuta, ſed oualia, cum ſpinulâ mediâ minimâ ſubreflexâ. *Foliolum calycinum* imum extus gibbum, intus ſoueolatum: ad recipiendum callum nectariferum baſeos *petalorum* inferiorum.

275. ACTAEA. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus. Bacca 1-locularis. Sem. ſemiorbiculata.

1024. ACTAEA *ſpicata.*

A. racemo ouato, fructibus baccatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1139. Flor. dan. t. 498. Hall. hiſt. n. 1076. Gmel. ſib. 4. p. 181. n. 9.*

Chriſtophoriana. *Cluſ. hiſt. 2. p. 86.*

Legi in ſyluis ad latera montis Beſchtau Caucaſi. ♃

276. CHELIDONIUM. Cor. 4-petala. Cal. 2-phyllus. Siliqua linearis.

1025. CHELIDONIUM *majus.*

Ch. pedunculis umbellatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1141. Flor. dan. t. 542. Hall. hiſt. n. 1059. Gmel. ſib. 4. p. 180. n. 7. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

Ad muros, ſepes et ſaxa inumbrata reperitur. Floret Majo. ♃

1026. CHELIDONIUM *Glaucium.*

Ch. pedunculis multiforis, foliis amplexicaulibus ſinuatis, caule glabro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1142. Flor. dan. t. 585. Sabb. hort. 4. t. 86. Medicus ap. Uſteri ann. 3. p. 15. Hall. hiſt. n. 1060. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 119.*

Papauer corniculatum, flauo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 91.*

Creſcit in Tauriâ meridionali, imprimis circa pagum littoralem Kutſchuk-Lambat. Floret aeſtate. ⊙

1027. CHELIDONIUM *corniculatum.*

Ch. pedunculis unifloris, foliis ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1143. Curt. lond. Sabbat. hort. 4. t. 85. Medicus ap. Uſteri ann. 3. p. 15. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 118.*

Papauer corniculatum, phoeniceo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 91.*

Frequens ad vias et agrorum verſuras. Floret cum praecedente. ⊙

1028. CHELIDONIUM *hybridum.*

Ch. pedunculis unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule laeui, ſiliquis triualuibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1143. Kniph. cent. 10. n. 19.*

Ch. violaceum. *Pall. ind. taur.*

Roemeria violacea. *Medic. ap. Uſteri ann. 3. p. 15.*

Papauer corniculatum, violaceo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 92.*

Legi in Tauriâ meridionali, ad pagos Tujak et Kuru-Uſen, inter olera, Majo. ⊙

Caulis villis albis mollibus. *Calyx* piloſus. *Capſula* ſetis pellucidis adpreſſis. *Foliorum* lacinulae apice pilo loco mucronis. Praecedentibus quadruplo minus et tenerius.

277. PAPAUER. Cor. 4-petala. Cal. 2-phyllus. Capſ. 1-locularis, ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens.

* *Capſulis hiſpidis.*

1029. PAPAUER *hybridum.*

P. capſulis ſubgloboſis foroſis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1144. Pall. ind. taur.*

Argemone capitulo breuiore. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 83. Moriſ. hiſt. 2. ſect. 3. t. 14. f. 9.*

Creſcit in Tauriae ſterilibus et incultis. Floret Majo. ⊙

Corolla violacea. *Stigma* ſexpartitum.

1030. PAPAUER *Argemone.*

P. capſulis clauatis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1144. Flor. dan. t. 867. Subbat. hort. 4. t. 66. Hall. hiſt. n. 1063. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.*

Argemone capitulo lougiore. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 83. Moris. hiſt. 2. ſect. 3. t. 14. f. 10.*

Occurrit in Tauriae meridionalis ſabuloſis maritimis, praecedente rarius; eodem tempore floret. ⊙

Corolla coloris lateritii. *Stigma* quadripartitum.

* * *Capſulis glabris.*

1031. PAPAUER *Rhoeas.*

P. capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1146. Hall. hiſt. 2. p. 16. n. 1064. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 132. Knipli. cent. 5. n. 63 et 64.*

Papauer erraticum majus. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 966.*

Copioſum in ruderatis et cultis. Floret aeſtate. ⊙

1032. PAPAUER *dubium.*

P. capſulis oblongis glabris, caule multifloro ſetis confertis patulis: pedunculorum adpreſſis, foliis pinnatifidis inciſis.

P. capſulis oblongis glabris, caule multifloro ſetis adpreſſis, foliis pinnatifidis inciſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1146. Schkuhr bot. n. 1384. t. 140. Hall. hiſt. 2. p. 15. n. 1065. Lachenal in act. helu. 8. p. 145. obſ. 25. Pall. ind. taur.*

Argemone capitulis longioribus glabris. *Morif. hift. 2. fect. 3. t. 14. f. 11.*

β. flore albo. *Jacq. auftr. 1. p. 17. t. 24.*

Occurrit in Tauriae agris et campis. Var. *β* frequentior. Floret Majo. ⊙

1033. PAPAUER *caucaficum.*

P. capfulis oblongis glabris, caule ramofiffimo virgato pedunculifque fetis fparfis erectis enanidis, foliis pinnatifidis incifis.

Habitat in glareofis circa torrentem Terek, verfus portas caucaficas et ad radices alpis Kafbek, ubi Septembri paffim adhuc florens, ut plurimum vero maturis fructibus onuftum legi. ⊙

Affine P. dubio, fed magis omnino *ramofum* et *pube* multo rariore veftitum. *Caules* pedunculique pilis caducis rariffimis. *Petala* phoenicea immaculata: colore Chelidonii corniculati, admodum fugacia. *Stigma* quadripartitum. P. fugax *Poiret in dict. enc. 5. p. 118. n. 11. differt* a noftro capfulis globofis, quoad reliqua affine.

1034. PAPAUER *orientale.*

P. capfulis glabris, caulibus unifloris fcabris folioſis, foliis pinnatis ferratis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1148. Curt. bot. mag.*

P. orientale hirfutiffimum, flore magno. *Tournef. cor. p. 17. itin. 3. t. 127. Comm. rar. t. 34.*

Occurrit ad latera montis Befchtau Caucafi. 2

Caulis non modo fcaber, fed totus fetis validis obtectus. Summum *folium* fub ipfo calyce. *Corolla* fpecioſa fanguinea: fundo atro-violaceo.

278. NYMPHAEA. Cor. polypetala. Cal. 4-f. 5-phyllus. Bacca multilocularis: loculis polyfpermis.

1035. NYMPHAEA *lutea.*

N. foliis cordatis integerrimis: lobis approximatis, calyce pentaphyllo petalis longiore. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1151. Flor. dan. t. 603. Hall. hiſt. n. 1066. Gmel. ſib. 4. p. 184. n. 12.*

Occurrit hinc inde in aquis ſtagnantibus et lentius fluentibus, ad Caucaſum. Floret aeſtate.

379. TILIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-partitus. Capſula coriacea, globoſa, 5-locularis, 5-valvis, baſi dehiſcens, monoſperma.

1036. TILIA *platyphyllos.*

T. foliis cordato-ſubrotundis acuminatis inaequaliter ſerratis, capſulâ turbinatâ: coſtis prominentibus, lignoſâ craſſâ. *Ventenat in diar. ſoc. philomat. vol. 3. ſect. 1. 2. n. 35. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 226. t. 50. Hall. hiſt. n. 1030. α. Scop. carn. ed. 2. n. 641.*

T. grandifolia. *Schkuhr bot. n. 1389. Hoffm. germ. p. 184.*

T. europaea. *Duroi harbk. ed. 2. p. 461. n. 1. Pall. roſſ. 2. p. 8 et ind. taur. Habl. taur. p. 96.*

T. europaea. α. grandifolia. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1161.*

T. vulgaris platyphyllos. *J. Bauh. hiſt. 1. lib. 8. p. 133.*

T. foemina, folio majore. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 1397.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi ſylvis rarius. Floret Julio. ħ

Gmelinus in *Florâ ſibiricâ 4. p. 179. n. 6* hanc et paruifoliam intelligit.

280. CISTUS. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus: foliolis duobus minoribus. Capſula.

* *Exſtipulati, fruticoſi.*

1037. CISTUS *creticus.*

C. fruticoſus exſtipulatus, foliis ſpathulato-ouatis petiolatis rugoſis hirtis margine undulatis, pedunculis breuibus unifloris, foliis calycinis mucronatis villoſis. *Lamark dict. 2. p. 13. n. 2. Linn. ed. Willd. 2. p. 1186. Jacq. ic. rar. 1. t. 95.*

C. ſaluifolius. *Pall. ind. taur.*

C. ladaniſera cretica flore purpureo. *Tournef. cor. p. 19. Buxb. cent. 3. p. 34. t. 64. f. 1. Alp. exot. 89. t. 88.*

In Tauriae meridionalis collibus mari nigro vicinis, locis petroſis minime rarus. Floret Junio, Julio. ♄

Frutex 2-3-pedalis ramoſus inconditus. *Petioli* vix baſi connati. *Folia* rugoſa venoſa non trineruia undulato-plicata. *Flores* verſus ramorum apices nonnulli alterni oppoſitiue breuiter pedunculati. *Calycis* foliola 3 exteriora viridia ſubtrineruia, 2 interiora magis gibba albicantia ſubtomentoſa eneruia. *Corolla* purpurea.

** *Exſtipulati, ſuffruticoſi.*

1038. CISTUS *Fumana.*

C. ſuffruticoſus procumbens exſtipulatus, foliis alternis linearibus margine ſcabris, pedunculis unifloris. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1191. Jacq. auſtr. 3. p. 30. t. 252. Willd. arb. berol. p. 62. n. 2. Hall. hiſt. n. 1032. Barrel. ic. 286. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 156.*

Frequens in Tauriae et Caucaſi collibus lapidoſis. Floret aeſtate. ♄

1039. CISTUS *marifolius.*

C. ſuffruticoſus exſtipulatus dinaricatus, foliis ouatis acutis oppoſitis petiolatis planis ſubtus tomentoſis, floribus racemoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1193. Cauan. hiſp. 2. p. 34. t. 143.*

C. canus. *Jacq. auſtr. 3. p. 42. t. 277.*

C. myrtifolius. *Lamark dict. 2. p. 20. n. 31.*

C. italicus. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 164.*

Chamaeciſtus tertius. *Cluſ. hiſt. 1. p. 74.*

In Tauriae et Caucaſi lapidoſis, imprimis calcareis, minime rarus. Floret a Majo per totam aeſtatem. ♄

Folia acuta, ſupra villoſa viridia, ſubtus tomentoſa alba. *Flores* parui racemoſi. *Petala* aurea. *Synonyma Jacquini* et *Cluſii* ſub C. cano *Linn.* cui tribuuntur *folia* obouata obtuſa et flores umbellati, ſtare nequeunt.

*** *Stipulati, herbacei.*

1040. CISTUS *ſalicifolius.*

C. herbaceus patulus villoſus ſtipulatus, floribus axillaribus, pedunculis horizontalibus calyce longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1200. Cauan. hiſp. 2. p. 35. t. 144.*

C. (*ledifolius*) herbaceus procumbens, foliis oblongis rugoſis ſtipulaceis, pedunculis alternis bracteae ſimplici oppoſitis. *Loeſl. itin. ed. ſuec. p. 291.*

C. aegyptius. *Pall. ind. taur.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi herbidis apricis. Floret Majo. ⊙

Radix exilis albida multicaulis. *Caules* vix digitales: medio erecto, caeteris declinatis. *Folia* villoſa, ſicut tota plantula: inferiora ſpathulato-ouata, ſuperiora ſpathulato-lanceolata. *Racemus* terminalis foliatus. *Bracteae* foliis minores, inferiores ſtipulatae: ſuperiores, interdum et omnes exſtipulatae. *Pedun-*

culi horizontales, aut longitudine calycis, aut paullo longiores, non axillares, ſed bracteis mox ſtricte oppoſiti, mox paullo inferius poſiti. *Petala* obouata lutea calycis longitudine fugacia. *Capſula* glabra calycem aequans.

1041. CISTUS *niloticus.*

C. herbaceus ſtipulatus erectus ſubtomentoſus, floribus racemoſis ſolitariis ſeſſilibus oppoſitifoliis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1200.*

C. *(ſalicifolius)* herbaceus erectus, foliis oblongo-lanceolatis ſtipulaceis, floribus alternis ſeſſilibus bracteae triplici oppoſitis. *Loeſl. itin. ed. ſuec. p. 291.*

Occurrit in apricis ſiccis ad Caucaſum. Floret Aprili, Majo. ⊙

Praecedente triplo *major*, etiam *floribus*. *Folium* cum binis *ſtipulis flori* breuiſſime pedunculato oppoſitum, qui alterius folii ſtipulati locum obtinet. *Capſula* pubeſcens calyce breuior. Nimis *affinis* C. lediſolio: an *varietas ?*

**** *Stipulati, ſuffruticoſi.*

1042. CISTUS *Helianthemum.*

C. ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis ſubpiloſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1209. Flor. dan. t. 101. Curt. lond. Willd. arb. berol. p. 63. n. 2. Hall. hiſt. n. 1033. Pall. ind. taur.*

C. barbatus. *Lamark dict. 2. p. 24. n. 50.*

Chamaeciſtus vulgaris flore luteo. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 1474. Loeſ. pruſſ. p. 43. t. 8.*

β. magis tomentoſus, foliis rotundioribus, floribus minoribus, caule baſi ramoſiſſimo declinato.

C. Helianthemum. *Lamark dict. 2. p. 24. n. 49.*

C. helianthemoides. *Cranz faſc. 2. p. 101. t. 6. f. 2.*

C. nummularius. *Habl. taur. p. 146.*

Helianthemum vulgare flore luteo. *I. Bauh. hiſt. 2. lib. 15. p. 15.*

Copioſus locis editis apricis, β in abruptis lapidoſis ſteriliſſimis. Floret a Majo uſque in autumnum. ♄

DIGYNIA.

281. PAEONIA. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Styli 0. Capſ. altero latere dehiſcentes, polyſpermae.

1043. PAEONIA *corallina.*

P. foliis biternatis, foliolis ouatis integris nudis, capſulis recuruatis tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1221. Retz. obſ. 3. p. 34.*

P. integra. *Murr. in com. goett. a. 1784 et 1785. p. 92.*

P. triternata. *Pall. ind. taur.*

P. officinalis. β. *Linn. ſpec. pl. p. 747. Habl. taur. p. 116. Pall. roſſ. 2. p. 93. (deſcriptio nec ſynonyma.)*

P. quarta Aquilinae foliis. *Cluſ. hiſt. 1. p. 280.*

In Tauriae nemoroſis umbroſis haud rara. Floret Aprili. ♃

Radix fibroſa. *Foliorum* coſtae laterales ſaepe *foliolis* tantum binis: interiore ſcilicet deficiente. *Foliola* plicato-undata caeterum integerrima glauca. *Flos* ſpecioſus P. officinalis roſeus nec ſanguineus. *Capſulae* ternae valde tomentoſae.

1044. PAEONIA *hybrida.*

P. foliis nudis decompoſitis laciniatis: laciniis lineari-lanceolatis, capſulis recuruatis tomentoſis.

P. foliis biternatis, foliolis multipartitis nudis: laciniis linearibus, germinibus pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1223.*

P. foliis ternato-multifidis, laciniis linearibus, germinibus pubescentibus. *Pall. ross. 2. p. 94. t. 86 et ind. taur.*

In promontorii Caucasici herbidis, imprimis circa Stauropolin reperitur; in Tauriâ perrara. Floret Majo. 2

Est *species* bene distincta, seminibus sese multiplicans, nec planta hybrida. *Statura, flores* et *fructus* insequentis, a quâ *foliorum* laciniis latis potissimum differt.

1045. PAEONIA *tenuifolia.*

P. foliis nudis decompositis: laciniis lineari-filiformibus, capsulis recurvis tomentosis.

P foliis biternatis, foliolis multipartitis nudis, laciniis linearì-subulatis, capsulis tomentosis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1223. dec. 1. p. 9. t. 5. Gmel. sib. 4. p. 185. n. 15. t. 73. Pall. ross. 2. p. 95. t. 87 et ind. taur. Habl. taur. p. 116.*

Frequens in Tauriae campestribus et collibus apricis. Floret Aprili, Majo. ♄

Radix filipendulacea. *Flores* sanguinei. *Capsulae* binae.

TRIGYNIA.

282. DELPHINIUM. Cal. o. Petala 5: supremum calcaratum. Nectarium postice cornutum, petalo vaginatum. Siliquae 3-1.

* *Unicapsularia.*

1046. DELPHINIUM *Consolida.*

D. nectariis monophyllis, caule subdiviso. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1226. Flor. dan. t. 683. Hall. hist. n. 1203. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Copioſum in agris et campis. Floret a Majo, uſque in autumnum. ⊙

1047. DELPHINIUM *Ajacis.*

D. nectariis monophyllis, caule ſimplici. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1226. Hall. hiſt. n. 1202. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 118.*

D. elatius. *Cluſ. hiſt. 2. p. 206.*

In cultis haud rarum. Floret Majo, Junio. ⊙

* * *Tricapſularia.*

1048. DELPHINIUM *ſpecioſum.*

D. nectariis diphyllis: labellis bipartitis, laciniis rotundato-ouatis inaequalibus, corollis hirſutis, foliis quinquepartitis inciſo-ſerratis, bracteis calycinis lanceolatis.

Habitat in alpe Kaiſchaur, ubi Septembri florens legi. ♃

Planta bipedalis. *Caulis* villoſus ſtriatus. *Folia* fere Aconiti Lycoctoni pubeſcentia. *Racemi* villoſo-viſcoſi. *Flores* omnium congenerum maximi, Aquilegiae vulgaris fere magnitudine. *Bracteae* villoſo-viſcoſae lanceolatae ad baſin pedunculorum et binae minores ſub flore. *Petala* valde hirſuta caerulea: ſummi galeâ reflexo-patulâ, calcare apice curuulo. *Nectaria* atro-fuſca: galeâ glabrâ obtuſe bidentatâ, labello unguiculato: laminâ latâ bipartitâ, laciniis rotundato-ouatis inaequalibus diſco villis flauis margine pilis albidis. *Capſulae* glabrae. Hoc refert Delphinium *Gmel. ſib. 4. p. 187. t. 79:* an idem?

1049. DELPHINIUM *flexuoſum.*

D. nectariis diphyllis: labellis bipartitis, laciniis lanceolatis ſubaequalibus, foliis quinquepartitis inciſis caule flexuoſo petiolisque piloſiuſculis.

Habitat in Caucaſo iberico. ♃

Caules rubicundi: pilis vagis rectis albis, caeterum glabri. *Petioli* pilis pluribus. *Folia* praecedente profundius incisa: laciniis acutioribus, venis eminentibus pilosis. *Flores* caerulei magnitudine D. elati. *Bracteae* lineares: duae minores coloratae *petalis* adpressae, ut flos quasi calyculatus. *Nectarii* atrofusci galea acuta et inaequaliter bidentata, labellum barbatum bipartitum: laciniis lanceolatis acutis.

1050. DELPHINIUM *hybridum.*

D. **nectariis** diphyllis: labellis bipartitis laciniis falcato-lanceolatis subaequalibus, foliis hirsutis digitato-tripartitis incisis: laciniis linear-lanceolatis.

D. nectariis diphyllis: labellis ouatis bifidis laciniis breuissimis inaequalibus, foliis tripartitis, laciniis trifidis linearibus utrinque pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1229. Gmel. sib. 4. p. 187. n. 16. II. t. 77.*

D. tauricum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Taurià et Caucaso demissiore. Floret aestate. ♂

Planta tota hirsutie canescens. *Radix* crassiuscula breuis. *Caulis* 1-2-pedalis subsimplex. *Folia* profunde dissecta. *Bracteae* subulatae, sub flore alternae. *Flos* magnitudine Consolidae caeruleus extus pubescens: nectariis concoloribus. *Nectarii* galea truncato-emarginata; labellum bipartitum barbâ longâ albâ. *Capsulae* pubescentes. *Variat* rarius floribus ochroleucis. An distinctum D. hybridum *Gouan illustr?* et D. fissum *Waldst. et Kit. rar. hung. I. t. 81?* *Gmelinus* in *Florâ sibiricâ loc. cit.* hoc et affines conjunxit.

1051. DELPHINIUM *puniceum.*

D. nectariis diphyllis: labellis bipartitis laciniis lanceolatis aequalibus, corollae calcare resupinato emarginato, foliis hirsutis digitato-tripartitis incisis: laciniis linearibus.

D. nectariis diphyllis, labellis oblongis bifidis laciniis lanceolatis aequalibus, germinibus pedunculisque villosis, foliis tripartitis, laciniis multifidis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1230. Pall. it. 3. p. 736. n. 96.*

Occurrit in campeſtribus ad Caucaſum hinc inde. Floret Majo, Junio. ♂

Simillimum praecedenti, a quo *differt florum* colore puniceo et calcaris *corollae* formâ peculiari. *Pedunculi* tribracteati, ut in praecedente.

Monendum puto, *Delphinia tricapſularia* hactenus recenſita *nectario* inſtrui vere tetraphyllo: duobus ſuperioribus calcaratis conniuentibus ſupremo petalo reconditis, duobus lateralibus unguiculatis bifidis barbatis: quae apud *Linnaeum* labellorum nomine veniunt.

283. ACONITUM. Cal. o. Petala 5: ſupremo fornicato. Nectaria 2, pedunculata, recurua, petalo recondita. Siliquae 3 f. 5.

* *Corollis flauis vel albis.*

1052. ACONITUM *ochroleucum.*

A. cuculli calcare arcuato obtuſo: labio lanceolato emarginato, galeâ conicâ elongatâ; foliis ſubtus pubeſcentibus palmato-quinquelobis: laciniis tripartitis inciſo-dentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1233.*

A. Lycoctonum orientale flore magno albo. *Tournef. cor. p. 30.*

Habitat in pratis montanis Caucaſi, circa acidulam Narzana frequens. Floret aeſtate. 2

Planta 3-4-pedalis: *caule* ramiſque ſtrictis, laete viridis leuiter hirſuta. *Folia* fere A. Lycoctoni, cui affinis. *Galea* longior apicem verſus anguſtior, baſi latior: acumine rectiuſculo. *Nectarii* pedicellus ſub labello extus curuato-gibbus villoſus, apice recuruus obtuſus; in A. Lycoctono latus glaber et praeter apicem rectus.

1053. ACONITUM *Anthora.*

A. cuculli calcare refracto uncinato: labio adscendente obcordato, galeâ conicâ rotundatâ, foliis multifidis: laciniis linearibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1234. Jacq. austr. 4. t. 382. Sabbat. hort. 7. t. 58. Koelle monogr. n. 24. Hall. hist. n. 1199. Gmel. sib. 4. p. 190. n. 22.*

Anthora vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 98.*

In pratis montanis Caucasi obuium. Floret Julio, Augusto. ♃

** *Corollis caeruleis.*

1054. ACONITUM *Cammarum.*

A. cuculli calcare adunco obtuso: labio lanceolato recto acute emarginato, galeâ conicâ elongatâ, foliis opacis quinquepartitis: laciniis oblongo-cuneiformibus trifidis dentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1258. Jacq. austr. 5. p. 11. t. 424. Koelle monogr. n. 17. Hall. hist. n. 1198.*

A. lycoctonum nonum judenbergense. *Clus. hist. 2. p. 97.*

Crescit in herbidis syluaticis Caucasi, ad latera montis Beschtau et circa acidulam Narzana. Floret Julio, Augusto. ♃

PENTAGYNIA.

284. AQUILEGIA. Cal. o. Petala 5. Nectaria 5, cornieulata, inter petala. Capsl. 5. distinctae.

1055. AQUILEGIA *vulgaris.*

A. nectariis incuruis, caule folioso multifloro.

A. nectariis incuruis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1245. Flor. dan. t. 695. Hall. hist. n. 1195. Ehrh. catal. 7. p. 145.*

Occurrit in Caucaso iberico rarius. ♃

285. NIGELLA. Cal. o. Pet. 5. Nectar. 5, trifida, intra corollam. Capf. 5, connexae.

* *Pentagynae.*

1056. NIGELLA *fegetalis.*

N. piftillis quinis, capfulis turbinatis, antheris apice nudis.

N. aruenfis. *Pall. ind. taur.*

Melanthium fimplici flore creticum. *Cluf. hift. 2. p. 207. 208. Morif. hift. 3. p. 515. fect. 12. t. 18. f. 2.*

Melanthium fylueftre fextum. *Tabern. Kraeuterb. p. 182.*

In Tauriae agris, inter fegetes minime rara. Floret Majo, Junio. ⊙

1057. NIGELLA *aruenfis.*

N. piftillis quinis, capfulis turbinatis, antheris filamento apiculatis.

N. piftillis quinis, petalis integris, capfulis turbinatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1248. Bulliard herb. franc. t. 126. Schkuhr bot. n. 1437. t. 146. Habl. taur. p. 153.*

N. doliata: *Pall. ind. taur.*

N. flore nudo, filiquarum cornubus longiffimis. *Hall. hift. n. 1194.*

Melanthium vulgare. *Cluf. hift. 2. p. 207. 208.*

Melanthium aruenfe quintum, Nigella aruenfis cornuta. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 183. Morif. hift. 3. p. 515. fect. 12. t. 18. f. 1.*

Inter fegetes Tauriae frequens, cum praecedente. ⊙

Affinis praecedenti magis glauceſcens, *pedunculi* longiores minus incraſſati, *petala* magis undulata acutiora pallidiora magis venoſa, *nectaria* majora: ſtriis duabus tranſuerſalibus ſaturatioribus, *antherae* laterales. *Synonyma* hujus et praecedentis apud autores confuſa.

1058. NIGELLA *damaſcena.*

N. floribus involucro foliofo cinctis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1248. Mill. ic. ed. germ. t. 194. f. 2. Pall. ind. taur.*

N. romana ſativa. *Moriſ. hiſt. 3. p. 516. ſect. 12. t. 18. f. 7.*

Melanthium damaſcenum. *Tabern. Kraeut. p. 182. Cluſ. hiſt. 2. p. 208.*

In Tauriâ meridionali, inter ſegetes rarius obuia. Floret cum praecedentibus. ⊙

* * *Decagynae.*

1059. NIGELLA *orientalis.*

N. piſtillis denis corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1249. Mill. ic. ed. germ. t. 194. f. 1.*

N. orientalis flore flaueſcente, ſemine alato plano. *Tournef. cor. p. 19.*

N. chalepenſis lutea corniculis longioribus. *Moriſ. hiſt. 3. p. 516. ſect. 12. t. 18. f. 10.*

In Caucaſi orientalis et Iberiae mediae campis apricis et inter ſegetes reperitur. Floret Majo. ⊙

286. REAUMURIA. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Capſ. 5-locularis, 5-ualuis, polyſperma. Sem. lanata.

1060. REAUMURIA *vermiculata.*

R. foliis lanceolatis ſubulatisue carnoſis.

R. foliis ſubulatis ſemiteretibus. *Linn. ed. Willd. 2. p 1249. Lamark illuſtr. t. 489. f. 1. Gmel. it. 4. p. 108. t. 18. Bocc. ſic. t. 6. f. 7. Barrel. ic. 888.*

β. latifolia, minus carnoſa.

R. (*ciſtoides*) foliis lanceolatis planis glaucis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 60. n. 28.*

R. hypericoides. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1250. Lamark illuſtr. t. 489. f. 2.*

Hypericum (*alternifolium*) floribus pentagynis, calycibus foliaceis, caule herbaceo, foliis alternis ouatis acutis. *Billard. ſyriac. dec. 2. p. 17. t. 10.*

Ciſto affinis, flore purpureo. *Buxb. cent. 2. p. 33. t. 35.*

Occurrit in Caucaſi orientalis et Iberiae meridionalis collibus apricis ſiccioribus, β in ſaxoſis ſteriliſſimis. Floret Junio, Julio. ♃

Planta latifolia primo intuitu ſuae ſpeciei videtur, conjungitur autem cum *anguſtifolia* ſpeciminibus innumeris intermediis. *Folia* glauca excauato-punctulata. *Flores* alterni ad apicem caulis et ramorum. *Calyces* baſi ſolioſi. *Petala* oblonga obtuſa carnea: altero latere quaſi abſciſſa integra, altero ciliato-lacera: ſquamis ſupra baſin duabus paruis obtuſis laceris. *Semina* oblonga tota villis candidis obuoluta. *Varietas* β eſt planta illa dubia Buxbaumina, quam botanophilis extricandam commendauit *Linnaeus in amoenit. acad. 7. p. 445.*

P O L Y G Y N I A.

287. ANEMONE. Cal. o. Petala 6-9. Sem. plura.

* *Pulſatillae pedunculo inuolucrato, ſeminibus caudatis.*

2061. ANEMONE *Pulſatilla.*

A. pedunculo inuolucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1274. Flor. dan. t. 153. Relhan cantabr. n. 395. cum icone. Hall. hiſt. n. 1146. Gmel. ſib. 4. p. 195. n. 34. Breyn cent. t. 61. Pall. ind. taur.*

A. pratenſis. *Habl. taur. p. 114.*

Copioſa in Tauriae et Caucaſi collibus campiſque apricis. Floret Aprili. 2

Dignoſcitur ab affini A. pratenſi *fore* majore dilutiore, *caule* tempore floreſcentiae breui maxime tomentoſo, *foliis* poſt florem erumpentibus: antea aegre ab A. patente diſcernenda.

** *Anemonoides caule folioſo, ſeminibus ecaudatis.*

1062. ANEMONE *ſylueſtris.*

A. caule biflore foliofo, foliis tripartitis: laciniis trifidis dentatis, ſeminibus ſubrotundis lanatis, ſtigmate perſiſtente. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1278. Gmel. ſib. 4. p. 196. n. 36. Hall. hiſt. n. 1150.*

A. major alba. *Tabern. Kraeut. p. 73.*

Occurrit in montoſis Caucaſi. Floret Majo. 2

1063. ANEMONE *nemoroſa.*

A. caule unifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis lanceolatis trifidis dentatis, corollâ hexapetalâ. *Linn ed. Willd. 2. p. 1281. Flor. dan. t. 549. Hall. hiſt. n. 1154. Gmel. ſib. 4. p. 198. n. 38.*

Ranunculus nemoroſus albus. *Tabern. Kreuterb. p. 109.*

In Caucaſi nemoribus umbroſis reperitur, minus communis. Floret primo vere. 2

1064. ANEMONE *apennina.*

A. caule unifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis lanceolatis incifo-dentatis, corollâ polypetala. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1282. Curt. lond.*

Ranunculus nemoroſus flore caeruleo, apennini montis. *Menz. pugill. t. 8. f. 2.*

A. fecunda. *Tabern. Kraeut. p. 73.*

In Caucaſo iberico reperitur. 2

Minor praecedente. *Radix:* tuber ſimplex ſubgloboſum Auellanâ minus. *Flos* caeruleus. *Petala* linearia obtuſa.

1065. ANEMONE *ranunculoides.*

A. caule ſubbifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis ſubtrifidis apice dentatis, petalis oblongis obtuſis patentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1283. Flor. dan. t. 140. Hall. hiſt. n. 1153. Gmel. ſib. 4. p. 199. n. 40.*

Ranunculus nemoroſus luteus. *Tabern. Kraeut. p. 108.*

Occurrit in Caucaſi nemoroſis umbroſis rarius. Floret cum proxime praecedentibus primo vere. 2

1066. ANEMONE *narciſſiflora.*

A. floribus umbellatis inuolucratis, foliis radicalibus palmatis incifo-dentatis. *Linn. ed. Willd 2. p. 1283. Jacq. auſtr. 2. t. 157. Hall. hiſt. n. 1155. Gmel. ſib. 4. p. 200. n. 42.*

Ranunculus orientalis Aconiti Lycoctoni folio, flore magno albo. *Tournef. cor. p. 20. itin. 3. t. 92.*

Creſcit in alpibus Caucaſicis. 2

288. CLEMATIS. Cal. o. Petala 4-5. Sem. caudata.

* *Scandentes.*

1067. CLEMATIS *orientalis.*

Cl. foliis compoſitis, foliolis cuneiformibus trilobis ſubdentatis acuminatis, petalis interne villoſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1289. Lamark dict. 2. p. 42. n. 5. Dill. elth. f. 145.*

Cl orientalis Apii folio, flore e viridi flaueſcente poſterius reflexo. *Tournef. cor. p. 20.*

In Caucaſi virgultis reperitur. Floret Julio. ♃

1068. CLEMATIS *Vitalba.*

Cl. foliis pinnatis, foliolis ſcandentibus cordatis inciſo-lobatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1292. Jacq. auſtr. 4. p. 4. t. 308. Curt. lond. Willd. arb. berol. p. 67. n. 5. Lamark dict. 2. p. 41. n. 1. Hall. hiſt. n. 1142. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

Communis in ſyluis, arboribus et fruticibus implicata. Floret aeſtate. ♄

1069. CLEMATIS *Flammula.*

Cl. foliis inferioribus pinnatis laciniatis; ſummis ſimplicibus integerrimis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1293. Willd. arb. berol. p. 68. n. 6. Lamark dict. 2. p. 42. n. 4. Hall. hiſt. n. 1143.*

Creſcit in aggeribus, ad viam publicam, inter caſtella Georgopolitanum et Alexandrinum Caucaſi; mihi alibi non viſa. Floret Julio, Auguſto. ♃

Cl. rectae nimis eſt *affinis.*

* * *Erectae.*

1070. CLEMATIS *integrifolia.*

Cl. foliis ſimplicibus ſeſſilibus ouato-lanceolatis, floribus cernuis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1295. Jacq. auſtr. 4. p. 33. t. 363. Lamark dict. 2. p. 45. n. 15. Gmel. ſib. 4. p. 194. n. 31. Curt. bot. mag.*

Cl. caerulea pannonica. *Cluſ. hiſt. 1. p. 123.*

In Caucaſi collibus lapidoſis paſſim obuia. Floret Majo, Junio. ♃

289. THALICTRUM. Cal. o. Petala 4-5. Sem. ecaudata.

1071. THALICTRUM *foetidum.*

Th. caule paniculato filiformi ramosissimo foliosо. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1295. Wadst. et Kit. rar. hung. 2. t. 174. Hall. hist. n. 1140.*

In Caucaso iberico reperitur. 2

Planta pedalis. *Foliola* parua ouata obtusa subtriloba hirsuta. *Flores* erecti, *staminibus* circiter 15.

1072. THALICTRUM *minus.*

Th. foliolis subrotundis trifidis incisis, floribus cernuis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1297. Jacq. austr. 5. p. 9. t. 419. Flor. dan. t. 732. Hall. hist. n. 1139. Gmel. sib. 4. p. 193. n. 30.*

Th. medium. *Pall. ind. taur.*

Copiosum in Tauriae Caucasique graminosis. Floret Majo, Junio. 2

Planta taurico-caucasica vulgari altior est et *floribus*, ob *pedicellos* ipsis paullo longiores, confertioribus: caetera conueniunt. *Stamina* 12-15. *Pistilla* 5-8.

1073. THALICTRUM *flauum.*

Th caule foliosо sulcato, paniculâ multiplici erectâ. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1300. Kniph. cent. 5. n. 87. Hall. hist. n. 1138. Gmel. sib. 4. p. 193. n. 29. Habl. taur. p. 146.*

Occurrit hinc inde in herbidis ad fluuium Terek, inter Kisljar et Mosdok. Floret Junio, Julio. 2

290. ADONIS. Cal. 5-phyllus. Petala quinis plura, abſque nectario. Semina nuda.

1074. ADONIS *autumnalis.*

A. floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1304. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1158.*

A. miniata. *Jacq. auſtr. 4. p. 28. t. 354.*

A. aeſtivalis. *Pall. ind. taur.*

Flos Adonis ſecundus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 336.*

Communis inter ſegetes. Floret Majo, Junio. ☉

Caulis baſi villoſus ſuperne calueſcens. *Folia* glabra. *Corolla* miniata ſubtus pallida, fundo phaeo.

1075. ADONIS *vernalis.*

A. floribus dodecapetalis, fructu ouato pubeſcente, foliorum laciniis omnibus filiformi-ſubulatis.

A. flore dodecapetalo, fructu ouato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1304. Curt. bot. mag. Mill. ic. t. 14. Gouan. illuſtr. p. 33. Hall. hiſt. n. 1157. Gmel. ſib. 4. p. 200. n. 43. Habl. taur. p. 115.*

A. apennina. *Jacq. auſtr. 1. p. 27. t. 44. Pall. ind. taur.*

Frequens in pratis et campeſtribus Tauriae et Caucaſi. Floret Aprili cum Pulſatillâ, Scillis, Fumariis bulboſis. ♃

Similis: *flore* minore, *caule* ſuperne magis ramoſo ſubpatulo, *foliorum* lacinulis ultimis abbreuiatis ſ. laciniis inciſo-ferratis in planitiebus Tanaicenſibus et Wolgicis cum priore occurrit. An haec *A. apennina Linn.*? an prioris *varietas*?

291. RANUNCULUS. Cal. 5-phyllus. Petala 5, intra ungues poro mellifero. Sem. nuda.

* *Foliis ſimplicibus.*

1076. RANUNCULUS *Lingua.*

R. foliis lanceolatis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1308. Flor. dan. t. 785. Hall. hiſt. n. 1181. Gmel. lib. 4. p. 201. n. 44.*

Legi in udis ſyluaticis Caucaſi orientalis, Junio florentem. 2

1077. RANUNCULUS *Ficaria.*

R. foliis cordatis angulatis petiolatis, caule unifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1312. Flor. dan. t. 499. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1160. Pall. ind. taur.*

Communis locis umbroſis roridis. Floret Aprili. 2

* * *Foliis diſſectis et diuiſis.*

1078. RANUNCULUS *auricomus.*

R. foliis radicalibus reniformibus crenatis incisis: caulinis digitatis lineatibus, caule multifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1314. Flor. dan. t. 665. Hall. hiſt. n. 1177. Gmel. ſib. 4. p. 202. n. 47.*

R. polymorphus. *Allion. pedem. n. 1449. t. 82. f. 2.*

Occurrit in pratis ſyluaticis, ad Caucaſum. Floret Aprili, Majo. 2

1079. RANUNCULUS *ſceleratus.*

R foliis inferioribus palmatis: ſummis digitatis, fructibus oblongis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1315. Flor. dan. t. 371. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1175. Gmel. ſib. 4. p. 203. n. 48. t. 83. A. Pall. ind. taur.*

Abundat locis humentibus. Floret a Majo, uſque in Auguſtum. ⊙

1080. RANUNCULUS *polyrhizos.*

R. foliis inferioribus reniformibus incisis crenatis: ſuperioribus digitatis linearibus, caulibus dichotomis proſtratis.

R. foliis radicalibus palmatis, caulinis ſeſſilibus digitatis, caule multifloro, radice faſciculata. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1324.*

R. niuali affinis. *Pall. nou. itin. 1. p. 76.*

In campeſtribus ad fluuium Terek et in deſerto Cumano hinc inde reperitur: ad Wolgam circa coloniam Sareptanam frequens. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta glaberrima lucida, ſicut praecedens. *Nectarium*: porus ſimpliciſſimus labello deſtitutus. *Fructus* globoſus. *Semina* minuta mutica, ut in praecedente.

1081. RANUNCULUS *illyricus.*

R. foliis ſericeo-villoſis ternatis; foliolis trifidis inciſis integerrimis, calyce reflexo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1317. Jacq. auſtr. 3. p 13. t. 222. Pall. ind. taur.*

R. gramineus. *Habl. taur. p. 149.*

R. illyricus; R. lanuginoſus anguſtiſolius grumoſâ radice minor. *C. B. Tabern. Kraeuterb. p. 111.*

R. grumoſâ radice quartus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 240.*

In paſcuis collibusque apricis minime rarus. Floret Majo. ♃

1082. RANUNCULUS *diſſectus.*

R. foliis radicalibus multipartitis: laciniis oblongis acutiuſculis, caulinis digitatis linearibus; caule erecto pauciſloro, calycibus patentibus hirſutis.

R. niualis. *Pall. ind. taur.*

R. montanus tenuiſolius luteus. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 416? Hall. hiſt. n. 1168. β?*

Ad montis Tſchaturdag ſcrobes, niue tardius deliqueſcente repletas Majo, et verſus cacumen Julio flore. tem legi. ♃

Radix faſciculata: fibris filiformibus. *Caulis* digitalis dodrantalis pubeſcens 1-2-3-florus. *Folia* circumſcriptione ſubrotunda pinnato-quinquepartita: lobis ſubternis trifidis, pubeſcentia; ſuperiora digitata linearia ſubintegra. *Pedunculi* teretes ſub flore tomentoſi. *Flos* magnitudine et colore R. acris. *Calyx*

coloratiuſculus villoſus. *Affinis* R. montano, ſed *folia* magis diſſecta et *planta* tota pubeſcens.

1083. RANUNCULUS *repens.*

R. calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſarmentis reptantibus, foliis compoſitis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1325. Flor. dan. t. 745. Curt. lond. Retz. obſ. 1. p. 21. Hall. hiſt. n. 1173. Gmel. ſib. 4. p. 206. n. 54. t. 84.*

In incultis, ad vias et foſſas hinc inde reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

1084. RANUNCULUS *polyanthemos.*

R. calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1325. Hall. hiſt. n. 1171.*

R. ſylueſtris. *Tabern. Kraeut. p. 107.*

In herbidis, tam Tauriae, quam Caucaſi obuius. Floret Majo, Junio. ♃

Flores R. acri nonnihil majores. *Calyces* punctis purpureis aſperi, e quibus villi.

1085. RANUNCULUS *acris.*

R. calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: ſummis linearibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1326. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1169. Gmel. ſib. 4. p. 206. n. 53. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 144.*

Communis in pratis et graminoſis aliis. Floret aeſtate. ♃

1086. RANUNCULUS *lanuginoſus.*

R calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule petiolisque hirſutis, foliis triſidis lobatis crenatis holoſericeis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1327. Flor. dan. t. 397. Scop carn. ed. 2. n. 691. Hall. hiſt. n. 1172. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

R. nemorosus hirsutus, foliis Caryophyllatae. *Loes. pruss. t. 71.*

β. spithamaeus, caule simplici subunifloro.

Crescit in graminosis sylvaticis altioribus Tauriae. β in summo monte Tschaturdag. Floret Majo: varietas β Junio, Julio. ♃

Folia inferiora triloba, minus dissecta quam R. polyanthemi et acris. *Varietas* β, praeter hirsutiem, R. montano similis.

1087. RANUNCULUS *caucasicus.*

R. calycibus patulis, pedunculis teretibus foliis pubescentibus: inferioribus tripartito-compositis, segmentis subtrifidis incisis: lobis cuneiformibus, superioribus trilobis.

Habitat in Caucaso subalpino; in collibus herbidis circa acidulam Narzana frequens. Floret Junio, Julio, Augusto. ♃

Facies et *statura* R. acris, sed praeter basin *caulis* et *pedunculos* minus hirsutus. *Folia* inferiora segmentis primis pedicellatis, hinc vere composita ternata: omnia serraturis apice callosis, venis praesertim subtus valde prominulis. *Flos* R. acris formâ magnitudine et colore. *Fructus* etiam R. acris.

1088. RANUNCULUS *oxyspermus.*

R. foliis hirsutis: radicalibus subtrilobis inciso-serratis, rameis linearibus; caule nudo ramis fastigiatis, seminibus muricatis aristatis.

R. foliis radicalibus oblongis obtusis sinuato-dentatis: caulinis sessilibus digitatis incisis, seminibus aristatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1328.*

Frequens in Tauriae et Caucasi, etiam Iberiae, campestribus. Floret Majo. ♃

Radix grumosa brevis. *Caulis* praeter ramos nudus. *Pedunculi* longi fructiferi rigescentes. *Fructus* oblongi. *Semina* compressa subulato acuminata, disco muricato-scabra.

1089. RANUNCULUS *aruenſis.*

R. feminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1329. Flor. dan. t. 219. Bulliard herb. franc. t. 117. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1176. Gmel. ſib. 4. p. 205. n. 52. Pall. ind. taur.*

Inter ſegetes Tauriae meridionalis Majo florentem legi. ⊙

1090. RANUNCULUS *muricatus.*

R. feminibus aculeatis, foliis ſimplicibus lobatis obtuſis pedunculo longioribus, caule diffuſo.

R. feminibus aculeatis, foliis ſimplicibus lobatis obtuſis glabris, caule diffuſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1329. Schkuhr bot. n. 1520. t. 152. Pall. ind. taur.*

R. paruiflorus. *Smith. brit.*

R. praecox tertius Apuleji dictus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 233.*

In Tauriae meridionalis ſepibus inumbratis reperitur, Majo florens. ⊙

Folia non ſunt glabra, ſed pilis ſparſis raris obſita margine piloſo-ciliata. *Semina* compreſſo-plana rotunda cum acumine rigido curuo, diſco aculeata.

R. paruiflorus *Smith brit.* cui ſemina aculeis aduncis munita videtur huc referendus; nequit enim eſſe R. paruiflorus *Linn.* cui ſemina tribuuntur tuberculata, nec aculeata.

1091. RANUNCULUS *paruiflorus.*

R. feminibus muricatis, foliis lobatis inciſis pedunculo breuioribus, caule debili ramoſo.

R. feminibus muricatis, foliis ſimplicibus laciniatis acutis hirſutis, caule diffuſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1330. Roth catal. 1. p. 127.*

R. hirſutus annuus flore minimo. *Ray ſynops. ed. 3. p. 248. t. 12. f. 1.*

In Tauria meridionali cum praecedente occurrit. ⊙

Praecedente magis elongatus et pilosus. *Flores* minores. *Semina* tuberculis tantum exasperata. nec aculeis. R. parvulus *Smith brit.* forsitan ad hunc revocandus: suo enim *Linnaeus* tribuit florem fere foliis majorem.

1092. RANUNCULUS *falcatus*

R. foliis cuneiformibus tripartitis: laciniis multifidis filiformibus, seminibus falcatis. scapo nudo unifloro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1330. Jacq. austr. 1. p. 30. t. 48. Falck it. 2. t. 10. Pall ind. taur. Bocc. sic. p 28. t. 14. f. 3.*

Ceratocephalus falcatus *Persoon enchirid. 1. p. 341.*

Ceratocephala spicata. *Moench. method. p. 218.*

Myosurus foliis ramosis. *Linn. hort. cliff. p 117.*

Crataeogonum hispanicum. *Barrel. ic. 376. f. 2.*

Abundat in campis siccis incultis. Floret Aprili. ☉

1093. RANUNCULUS *aquatilis.*

R. foliis omnibus capillaceis, laciniis diuergentibus. *Hoffm. germ. p. 197 et ed. nou. p. 257. Linn. ed. Willd. 2. p. 1332. n. 60. γ. Hall. hist. n. 1162. Gmel. sib. 4. p. 207. n. 55. Schkuhr bot. n. 1527. t. 152. Pall. ind. taur.*

R. rigidus. *Persoon ap. Usteri ann. 14. p. 39. Crome ap. Hoppe enchirid. a. 1802. p. 22. n. 2.*

Foeniculum aquaticum tertium. *Tabern. Kraeut. p. 187.*

Aquis stagnantibus passim innatat. Floret Majo. Junio. ♃

Varietas foliis emersis peltatis mihi non occurrit.

292. TROLLIUS. Cal. o. Petala circiter 14. Capsl. plurimae, ouatae, polyspermae.

1094. TROLLIUS *europaeus.*

Tr. corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1333. Flor. dan. t. 133. Hall. hist. n. 1189. Gmel. sib. 4. p. 190. n. 23.*

R. glomerato flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 237.*

Occurrit in pratis altioribus Caucaſi. 4

293. HELLEBORUS. Cal. o. Petala 5 ſ. plura. Nectaria bilabiata, tubulata. Capſ. polyſpermae, erectiuſculae.

1095. HELLEBORUS *ranunculinus.*

H. caule uniflоro foliоſo ſimplici, foliis palmatis: lobis inciſo-dentatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1336. Smith. ic. ined. 1. p. 37. t. 37.*

H. niger orientalis Ranunc. folio, flore nequaquam globoſo. *Tournef. cor. p. 20.*

Trollius humilis flore patulo. *Buxb. cent. 1. p. 15. t. 22.*

Occurrit in montibus Iberiae. *D. Steuen.* 4

Planta digitalis. *Folia* formâ Trollii europaei. *Caulis* ſub flore foliis ſeſſilibus. *Flos* magnitudine et colore Trollii, ſed pentapetalus et patens. *Nectaria* Trollii linearia longitudine ſtaminum. *Species* inter Helleboros et Trollios ambigens.

1096. HELLEBORUS *viridis.*

H. caule bifido, ramis foliоſis biflоris, foliis digitatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1336. Jacq auſtr. 2. t. 106. Hall. hiſt. n. 1192.*

Occurrit in ſyluis Caucaſi iberici, circa Ananur et Duſchet; nec non ad Aragi fluvii in Cyrum oſtia, circa Mzcheta. 4

Planta pedalis. *Folia* magna vix pubeſcentia pedata, nec vere digitata; floralia triloba ſerrata: lobis lanceolatis. *Caulis* ramoſus ſubquadriflorus. *Corollae* virides purpureo-tinctae.

294. CALTHA. Cal. o. Petala 5. Nectaria o. Capſ. plures, polyſpermae.

1097. CALTHA *paluſtris.*

C. caule erecto. *Linn. ed. Will. 2. p. 1378. Flor. dan. t. 668. Hall. hiſt. n. 1188. Gmel. ſib. 4. p. 191. n. 25.*

Perrara in regionibus de quibus ſermonem facimus planta, alpeſtribus adſcripta, quam in paludibus alpis Kaiſchaur et in humentibus ad torrentem Aragum Caucaſi iberici vidi. ♃

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

295. AJUGA. Corollae labium ſuperius minimum, bidentatum, ſtaminibus breuius.

* Bugulae *floribus caeruleis.*

1098. AJUGA *orientalis.*

A. foliis ouatis, corollis pubeſcentibus reſupinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 8. Schreb. unilab. p. 22. n. 1. Sabbat. hort. 3. t. 100. Pall. ind. taur.*

Bugula orientalis villoſa, flore inuerſo candido, cum oris purpureis. *Tournef. cor. p. 8. Dill. elth. f. 61.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi montoſis ſiccis. Floret Aprili, Majo. ♃

Stamina huic incluſa longitudine tubi corollae. *Corolla* albida, limbo caeruleſcente.

1099. AJUGA *pyramidalis.*

A. tetragono-pyramidalis villoſa, foliis radicalibus maximis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 8. Flor. dan. t. 185. Billiard herb. franc. t. 361. Schreb. unilab. p. 23. n. 3. α. Habl. taur. p. 144. Leers herb. n. 443. Roth germ. 2. p. 17. Retz obſ. 2. p. 19. n. 56.*

Occurrit in graminoſis, ad fluuium Terek. Floret Majo. ♃

Planta hirſuta viridis, nec incana. *Folia* lata. *Bracteae* trilobae coloratae. *Flores* caerulei 4-5 uarinque in quouis verticillo.

1100. AJUGA *alpina*.

A. caule simplici, foliis caulinis radicalia aequantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 9. Leers herb. n. 444. Roth germ. 2. p. 17. Retz obs. 2. p. 19 sub. n. 56. Hall. hist. n. 283. β.*

A. pyramidalis. γ. foliis inferioribus angustioribus: floralibus integris. *Schreb. unilab. p. 23. n. 3.*

In Tauriâ et Caucaso reperitur, praecedente magis communis. 2

Tota hirsutie canescens. *Bracteae* grosse dentatae virides. *Flores* caerulei.

1101. AJUGA *genevensis*.

A. foliis radicalibus caulinis minoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 9.*

A. foliis tomentosis lineatis, calycibus hirsutis. *Linn. spec. plant. p. 785. Leers herb. n. 445. Roth. germ. 2. p. 18. Retz obs. 2. p. 19 sub n. 56. Hall. hist. n. 283. Pall. ind. taur.*

A. pyramidalis. β. foliis infimis angustioribus: floralibus plerisque trilobis. *Schreb. unilab. p. 23. n. 3.*

Bugula hirsuta genevensis. *Moris. hist. 3. p. 391. sect. 11. t. 5. f. 3.*

In Tauriâ cum praecedentibus obvia. 2

Tota hirsutie canescens. *Folia* angustiora basi magis attenuata. *Bracteae* trilobae coloratae. *Flores* colore caeruleo roseo et albo magis reliquis ludunt.

A. *pyramidalis*, *alpina* et *genevensis* ita sunt affines, ut limites difficillime inveniantur. An ex autoritate *Schreberi* et *Cranzii* pro varietatibus habendae?

1102. AJUGA *reptans*.

A. stolonibus reptantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 10. Schreb. unilab. p. 22. n. 2. Hall. hist. n. 282.*

Bugula. *Riu. monop. irreg. t. 75.*

Bugula media pratenſis caerulea. *Moriſ. hiſt. 3. p. 391. ſect. 11. t. 5. f. 1.*

In herbidis ad fluuium Terek obuia, cum praecedentibus. ♃

* * Chamaepites *floribus luteis.*

1103. AJUGA *Chamaepitys.*

A. foliis trifidis, floribus axillaribus ſolitariis folio breuioribus, caule diffuſo. *Schreb. unilab. p. 24. n. 4. Linn. ed. Willd. 3. p. 10. Hall. hiſt. n. 284.*

Teucrium Chamaepithys. *Linn. ſpec. pl. p. 787. Flor. dan. t. 733. Gmel. it. 1. p. 149. t. 26. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Communis in ſterilibus lapidoſis, praeſertim ad torrentium latera, etiam in aruis. Floret à Majo, uſque in autumnum. ☉ ♂

Variat magnitudine florum; tum caule foliorum baſi *calycibuſque* albo-tomentoſis, vel *caule* glabriuſculo *calycibus* margine tantum pilis rarioribus ciliatis.

1104. AJUGA *ſalicifolia.*

A. foliis lanceolato-ellipticis ſubintegris, calycibus ſolitariis: dente ſuperiore minimo.

A. foliis lanceolato-ellipticis obtuſiuſculis integerrimis, calycibus ſolitariis quadrifidis. *Schreb. unilab. p. 26. n. 6. Linn. ed. Willd. 3. p. 12.*

Teucrium ſalicifolium. *Linn. mant. p. 90. Schreb. dec. 1. p. 17. t. 9. Pall. ind. taur.*

Chamaepitys orientalis ſalicis folio. *Tournef. cor. p. 14.*

Creſcit in Tauriae collibus apricis, circa praedium Aſamat. Floret Majo, Junio. ♃

Folia ſubinde ferraturâ unâ alterâue verſus apicem.

296. TEUCRIUM. Corollae labium ſuperius nullum; ſed fiſſura ejus loco, in quâ Stamina jacent.

1105. TEUCRIUM *orientale.*

T. foliis multifidis linearibus, racemo compoſito, pedicellis brevibus. *Schreb. unilab. p. 30. n. 17. Linn. ed. Willd. 3. p. 14.*

T. orientale anguſtifolium laciniatum, flore magno ſubcaeruleo. *Tournef. cor. p. 14. Commel. rar. t. 25. Riu. monop. irreg. t. 19.*

Creſcit in collibus lapidoſis Iberiae, circa Tiflin. Floret aeſtate, in autumnum uſque. ♃

Flos ſpecioſus azureus: labio magno porrecto nauiculari.

1106. TEUCRIUM *Laxmanni.*

T. foliis ouato-oblongis villoſis ſubintegerrimis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 20. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 69. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi orientalis atque Iberiae collibus apricis, nec non in campeſtribus tanaicenſibus. Floret Majo, Junio. ♃

Radix repens. *Flores* axillares gemini ſecundi. *Calyces* ampli: dentibus 5 aequalibus. *Corolla* albida venis purpureis: formâ Ajugae ſalicifoliae. Videtur ad *Ajugam* amandandum.

1107. TEUCRIUM *hyrcanicum.*

T. foliis cordato-oblongis obtuſis, caule brachiato dichotomo, ſpicis longiſſimis terminalibus ſeſſilibus ſpiralibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 24. Schreb. unilab. p. 40. n 36. Hall. in comment. goett. a. 1752. p. 343. t. 13. Arduin. ſpec. 13. t. 4.*

T. tataricum foliis cordatis crenatis, ſpicis oblongis denſiſſimis. *Sabbat. hort. 3. t. 94.*

In pratis ſyluaticis et ad ſepes Caucaſi orientalis, nec non in Iberiâ obuium. Floret aeſtate. ♃

1108. TEUCRIUM *Scordium.*

T. foliis oblongis cordatis amplexicaulibus crenatis lanuginoſis, floribus axillaribus pedunculatis geminis. *Schreb. unilab. p. 37. n. 30. Linn. ed. Willd. 3. p. 27. Flor. dan. t. 593. Hall. hiſt. n. 288. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

β. magis ramoſum et hirſutum, floribus minoribus.

T. arenarium. *S. G. Gmel. it. 1. p. 149. t. 26. f. 2.*

Occurrit in Tauriae humentibus ad rinum Salgir, circa Sympheropolin: β in arenà ad Kumam riuum, circa pagum Fedorofkam. Floret aeſtate. ♃

1109. TEUCRIUM *Chamaedrys.*

T. foliis cuneiformi-ouatis inciſis crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus ſubpiloſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 28. Schreb. unilab. p. 32. n. 21. Retz obſ. 1. p. 21. Hall. hiſt. n. 286. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Chamaedrys vulgaris. *Cluſ. hiſt. 1. p. 351.*

Abundat in ſiccis lapidoſis. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

1110. TEUCRIUM *montanum.*

T. corymbis terminalibus multifloris, foliis elliptico-lanceolatis integerrimis utrinque tomentoſis, caulibus procumbentibus.

T. corymbis terminalibus, calycinis dentibus acutis muticis, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 31. Hall. hiſt. n. 285. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 163.*

Polium montanum primum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 361.*

Polium quintum foemina. *Tabern. Kraeut. p. 750.*

In ſummo Tauriae monte Tſchaturdag Auguſto florens légi. ♄

Diſtincta a T. ſupino ſpecies; non *calycis* figurâ, qui in utroque dentibus ſubulato-mucronatis, ſed *foliis* latioribus breuioribus utrinque tomentoſis ſubtus albidioribus; nec ſupra viridibus ſubtus incanis ſubtomentoſis.

1111. TEUCRIUM *Polium.*

T. capitulis ſubrotundis pedunculatis, foliis lanceolatis obtuſis crenatis margine reuolutis tomentoſis, caule decumbente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 36. Lamark dict. 2. p. 699. n. 35. Pall. ind. taur.*

T. Teuthrion. *Schreb. unilab. p. 46. n. 47.*

T. capitatum. *Habl. taur. p. 153.*

Polium montanum erectum crenatum anguſtifolium, flore albo. *Barrel. ic. 1050.*

Polium montanum primum. *Tabern. Kraeut. p. 749.*

β. foliis latioribus.

Polium montanum album ferratum latifolium erectum. *Barrel. ic. 1079.*

Copioſum in Tauriae et Caucaſi apricis ſiccis. Floret Julio, Auguſto. ♄

Caules floriferi erecti. *Folia* baſi integra, apicem verſus crenata. *Capitula* breuiter pedunculata conſtituunt corymbum compoſitum. *Flores* albi: *antheris* badiis. *Planta* tota tomento albicans.

297. SATUREJA. Corollae laciniae ſubaequales. Stamina diſtantia.

1112. SATUREJA *montana.*

S. pedunculis axillaribus cymoſis ſubſecundis, calycinis ſegmentis acuminatis mucronatis, foliis lineari-lanceolatis inte-

gerrimis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 43. Willd. arb. iberol. p. 358. n. 1. Sabb. hort. 3. t. 64. Scop. carn. ed. 2. n. 738. t. 30. Wulffen ap. Jacq. collect. 2. p. 132.*

S. Juliana. *Pall. ind. taur.*

Frequens in montibus calcareis Tauriae, imprimis circa Karaſſubaſar. Floret Julio, Aug ſto. ♄

Folia glabra utrinque excauato-punctulata. *Pedunculi* trifidi: medio unifloro, lateralibus trifloris. *Calyx* dentibus ſubulatis. *Corolla* dilutiſſime purpuraſcens. *Varietatem* vidi *flore* regulari hypocrateriformi quinquefido pentandro.

1113. SATUREJA *hortenſis.*

S. pedunculis axillaribus ſubcymoſis, foliis lanceolatis integerrimis, caule brachiato. *Linn. ed. Willd. 2. p. 45. Sabb. hort. 3. t. 70. Blackw. t. 419. Habl. taur. p. 130.*

Creſcit in glareoſis ad torrentem Terek, verſus portas caucaſicas et in collibus lapidoſis circa Tiflin, ubi Septembri paſſim adhuc florentem legi. In Taurià meridionali rarius occurrit. ⊙

298. HYSSOPUS. Cor. labium inferius tripartitum: lacinulâ intermediâ ſubcrenatâ. Stam. recta, diſtantia.

1114. HYSSOPUS *anguſtifolius.*

H. verticillis ſexfloris racemoſis ſecundis, laciniâ corollae intermediâ bilobâ integerrimâ, foliis linearibus.

H. officinalis. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

Habitat in Tauriae et Iberiae ſiccis lapidoſis. ♄

Folia ima, quae ex ſtipite baſeos ligneſcente prodeunt, ſubtomentoſa obſolete crenata, fere ut in T. Polio. *Differt* ab affini H. officinali *caulibus* utplurimum paniculato-ramoſis: ramis ſecundis floriferis; *foliis* duplo anguſtioribus reflexo-patulis;

verticillis ſexfloris, nec glomerato-multifloris; *corollae* tubo *calyce* longiore, qui in H. officinali calycem vix aequat.

299. NEPETA. Cor. labium inferius lacinulâ intermediâ crenatâ, faux margine reflexo. Stam. ſub labio ſuperiore conniuentia.

1115. NEPETA *Cataria.*

N. floribus ſpicatis, verticillis ſubpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ferratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 49. Flor. dan. t. 580. Hall. hiſt. n. 246. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

Ad ſepes et muros obuia. Floret aeſtate. ♃

1116. NEPETA *Muſſini.*

N. verticillis ſubſexfloris pedicellatis: inferioribus remotis, foliis petiolatis cordatis obtuſis crenulatis tomentoſis, corollae tubo calyce duplo longiore, caulibus diffuſis.

N. foliis cordato-ouatis crenatis undulatis, verticillis pedunculatis ſecundis ſpicatis, calycibus longis *neruoſo*-piloſis. *Henckel a Donnerſmark plant. ſelect. hort. halenſ. p. 15.*

Cataria montana folio Veronicae pratenſis. *Buxb. cent. 3. p. 27. t. 50. f. 1.*

Cataria orientalis Teucrii folio, floribus rarioribus. *Tournef. cor. p. 13.*

Habitat in Iberiae collibus ſterilibus lapidoſis: circa Tiflin frequens. ♃

Facies N. longiflorae *Ventenat. Caules* dodrantales aggregati ſubramoſi diffuſi tomento tenui albicantes. *Folia* quadruplo N. Catariâ minora venoſa rugoſula: *petiolis* inferioribus longitudine fere folii. *Verticilli* pedicellis geminis 3-4-floris, ſummi tantum ſubcontigui. *Calyx* tomentoſo-lanatus: dentibus inaequalibus ſubulatis. *Bracteae* minutae ſubulatae. *Flores* caerulei N. Catariâ majores, tubo tenui curuulo. *Planta ſpontanea*, prae-

fertim rupibus adnascens, tomento exili tota argentea; *culia* praeter foliorum paginam inferiorem viret. *Accedit* etiam ad N. crispam; sed *folia* non dentibus, ut in N. crispâ, verum crenis plurimis minutis.

1117. NEPETA *serpyllifolia.*

N. cymis pedunculatis dichotomis, foliis integerrimis petiolatis sericeis: inferioribus subrotundis, superioribus ellipticis; calycibus obtusis, caulibus diffusis.

Habitat in Tauriae rupestribus, circa ruinas castelli Inkiermen. Floret Julio. ♃

Stirps elegantissima, inter Nepetas et Thymos quasi media, tota tomento exili argentata. *Caules* aggregati ex stipite lignescente saxis infixo semipedales obscure tetragoni graciles ramosi. *Folia* parua, quandoque Serpyllo paullo majora, saltim superiora. *Cymae* dichotomae multiflorae laxae *folio* multo longiores, *Bracteae* minutissimae. *Flores* magnitudine Thymi Acini. *Calyx* obtusus 10-striatus: dentibus aequalibus minutissimis. *Corolla* calyce duplo longior incarnata extus pubescens: fauce punctis purpureis; labio superiore obtuso, sub quo *stamina*, inferiore reflexo: lacinià medià latâ concauâ crenulatà. *Facies* N. marifoliae *Cauan. hisp. 6. t. 576*: sed huic *folia* subtus fusco-punctata, quod non in nostrâ.

1118. NEPETA *incana.*

N. cymis pedunculatis dichotomis, foliis petiolatis oblongis subcordatis serratis pubescentibus, bracteis corollaeque tubo calyce curuo tomentoso breuioribus, caulibus diffusis.

N. cymis pedunculatis multifloris, foliis petiolatis oblongis subcordatis crenatis tomentosis. *Ait. Kew. 2. p. 285. Linn. ed. Willd. 3. p. 52. (exclusis synonymis Lamarkii et Tournefortii.)*

Caulis inde a basi opposite ramosus: *ramis* ramosis aequantibus diffusis. *Cymae* confertim dichotomae multiflorae

ſuperne ex omnium foliorum axillis: floribus ſecundis ſubſeſſilibus. *Bracteae* ſubulato-lanceolatae calyce breuiores. *Calyx* albotomentoſus curuulus: dentibus ſubulatis, ſupremo duplo majore. *Corolla* calyce paullo longior albido-purpurea extus tomentoſa: labio inferiore purpureo-punctato. *Planta* tota exili pube ſubincana. *Affinis* N. heliotropiſoliae: ſed *foliis* omnibus obiter remote ferratis diſtincta.

1119. NEPETA *paruiflora.*

N. cymis pedunculatis dichotomis, foliis petiolatis ferratis villoſis: *inferioribus* cordatis ſuperioribus lanceolatis, calycibus villoſis corollam aequantibus: dentibus ſubulato-ariſtatis, caule ramoſiſſimo brachiato.

Habitat in Tauriae et Caucaſi etiam iberici campis collibusque ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

Facies et affinitas maxima *Teucrii ſibirici,* quod *differt* foliis nudis calycibusque coloratis tomentoſis longitudine tubi *corollae. Caulis* a baſi ramoſiſſimus: *ramis* oppoſitis ramoſis patentibus. *Folia* groſſe remoteque ſerrata ſubtus imprimis villoſa. *Cymae* dichotomae: *floribus* ſubſeſſilibus. *Bracteae* ſubulato-ariſtatae calycis fere longitudine. *Calycis* dentes ſubaequales patuli ſubulato-ariſtati. *Corolla* parua caerulea. *Labium* ſuperius obtuſum bifidum, ſub quo ſtamina; inferioris lacinia media concaua crenata, ut in omnibus congeneribus.

Teucrium ſibiricum. huic quoad floris ſtructuram ſimile reuocetur ad *Nepetam* et diſiniatur: N. cymis pedunculatis dichotomis, foliis petiolatis ferratis nudiuſculis: inferioribus cordatis ſummis lanceolatis, calycibus tomentoſis corollâ breuioribus dentibus ſubulato-ariſtatis, caulibus ramoſiſſimis patulis.

1120. NEPETA *ucranica.*

N. cymis multifloris racemoſis paniculatis, foliis cordato-lanceolatis ferratis nudiuſculis: ſuperioribus ſeſſilibus, calycibus ſubcylindricis corollae tubum ſubaequantibus.

N. floribus paniculatis, foliis lanceolatis ferratis feſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 52. Pall. ind. taur.*

Frequens in graminoſis ſyluaticis tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret aeſtate. ♃

Differt ab affinibus N. pannonicâ et nudâ *floribus* duplo fere minoribus *foliisque* anguſtioribus. *Folia* inferiora breuiter petiolata. *Calycis* hirſuti incani tubus dentibus ſubaequalibus duplo longior. *Corollae* albidae tubus calycem vix excedens; labii lacinia infima fauce barbata, diſco punctis purpureis variegata. Gmelinus in *florâ ſibiricâ 3. p. 239 ſub n. 65* hanc et affines conjungere videtur.

1121. NEPETA *nuda.*

N. cymis multifloris racemoſis, foliis cordato-oblongis ferratis nudiuſculis: ſuperioribus ſeſſilibus, calycibus collo coarctatis corollae tubum ſubaequantibus.

N. florum racemis verticillatis nudis, foliis cordato-oblongis ſeſſilibus ferratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 53. Hall. hiſt. n. 248. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 163.*

N. pannonica. *Jacq. auſtr. 2. p. 18. t. 129.*

Occurrit in Caucaſi iberici meridionalis ſyluis. ♃

Folia praecedenti ſimilia aliquanto-latiora. *Racemi* verticillati non paniculati. *Calycis* minus incani tubus dentibus ſubaequantibus paullo longior. *Corolla* caeruleſcens.

1122. NEPETA *grandiflora.*

N. cymis multifloris racemoſis, foliis cordatis crenatis petiolatis pubeſcentibus, calycibus curuis apice latioribus incanis corollae tubo breuioribus.

N. pannonicae varietas ſibirica, floribus caeruleis duplo majoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 51. n. 5. in notâ.*

Cataria orientalis foliis oblongis, floribus ſpicatis, calyce purpureo. *Tournef. cor. p. 13.*

Habitat in omnis Caucaſi graminoſis montanis ſyluaticis. Floret aeſtate. ♃

Planta ſtaturâ N. nudae tota viridis leuiter hirſuta. *Cymae* pedunculatae confertim dichotomae multiflorae. *Bracteae* ſubulatae calyce triplo breuiores. *Flores* ſpecioſi omnibus hactenus recenſitis majores. *Calyces* apicem verſus cum dentibus tribus ſuperioribus longioribus amethyſtini. *Corollae* violaceae lacinulae laterales reflexae, media ampla faucem verſus barbata.

300. SIDERITIS. Cal. 5-fidus. Cor. ringens: labio ſuperiore bifido, inferiore tripartito. Stamina intra tubum corollae. Stigma breuius vaginans alterum.

* *Ebracteatae.*

1123. SIDERITIS *montana.*

S. herbacea ebracteata, calycibus corollâ majoribus ſpinoſis, labio ſuperiore trifido. *Linn. ed. Willd. 3. p. 64. Jacq. auſtr. 5. p. 16. t. 434. Pall. ind. taur.*

S. ſexta pannonica. *Cluſ. hiſt. 2. p. 41.*

In agris et campis ſterilibus haud rara. Floret a Majo, uſque in autumnum. ☉

Corolla reſupinata: unde labium ſuperius trifidum, inferius bifidum.

* * *Bracteatae: bracteis integerrimis.*

1124. SIDERITIS *taurica.*

S. ſuffruticoſa tomentoſa, foliis lanceolatis crenatis, floribus verticillato-ſpicatis: verticillis approximatis, bracteis cordatis acuminatis neruoſo-reticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 66.*

S. ſyriaca. *Pall. ind. taur.*

S. incana. *Habl. taur. p. 148.*

S. orientalis phlomidis folio. *Tournef. cor. p. 12. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

Habitat in Tauriae montibus calcareis, circa Kuaſſubaſar frequens. Floret aeſtate. ♄

Planta lanuginoſa ſicut Stachys lanata. *Bracteae* latae flauicantes. *Verticilli* multiflori. *Calyx* dentibus mucronato-pungentibus. *Corolla* ſulphurea: labio ſuperiore recto bifido, inferiore trifido: mediâ majore rotundatâ.

301. MENTHA. Cor. ſubaequalis, 4-fida: laciniâ latiore emarginatâ. Stamina erecta diſtantia.

* *Spicatae.*

1125. MENTHA *ſylueſtris.*

M. ſpicis oblongis, foliis oblongis tomentoſis ſubſeſſilibus argute inaequaliter ſerratis, ſtaminibus corollâ longioribus breuioribusue.

M. ſpicis villoſis ſubcontinuis, foliis dentato-ſerratis ſubtus praecipue tomentoſis, bracteis ſubulatis. *Smith brit.*

α. ſtaminibus corollâ longioribus.

M. ſpicis oblongis, foliis oblongis tomentoſis ſeſſilibus argute inaequaliter ſerratis, ſtaminibus corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 74. Hall. hiſt. n. 227. Gmel. ſib. 3. p. 247. n. 86. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 135.*

β. ſtaminibus corollâ breuioribus.

M. foliis elliptico-lanceolatis ſubtus tomentoſis, ſpicis cylindricis, ſtaminibus floris tubo aequalibus. *Hall. hiſt. n. 228.*

Copioſa ad foſſas et riuulos. Floret Julio, Auguſto. ♃

Calyces undique hirſuti: dentibus etiam valde villoſis. *Stamina* ſubaequalia, in aliis corollâ duplo longiora patentia, in aliis breuia intra tubum corollae latentia. *M. nemoroſa Willd.* ab utrâque *varietate differt foliis* latioribus aequaliter ſerratis. *Halleri ſynonymon* ad M. gratiſſimam Willdenouius trahit, quod mihi noſtrae *varietati* β magis videtur eſſe adaequatum.

* * *Capitatae.*

1126. MENTHA *hirſuta.*

M. floribus capitatis, foliis ouatis ferratis ſubſeſſilibus pubeſcentibus, ſtaminibus corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 78. Pall. ind. taur.*

M. floribus capitatis verticillatisue, foliis petiolatis ouatis, calyce undique hirſuto, pedicellis retrorſum hiſpidis. *Smith brit.*

In udis Tauriae, ad riuum Karaſſu minorem legi. Floret cum praecedente. ♃

Herba et *tomentum* praecedentis: *ſpica* vero ouata baſi verticillis florum remotis aucta inſequentis. *Pedicelli* hirſuti: pilis crebris retrorſum imbricatis. *Calyces* undique inſigniter hirſuti. Media quaſi inter praecedentem et ſubſequentem, quâcum conjungunt *Cl. Smith* et alii.

1127. MENTHA *aquatica.*

M. floribus capitatis, foliis ouatis ferratis petiolatis, ſtaminibus corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 78. Sole menth. n. 10. 11. Blackw. t. 32. Hall. hiſt. n. 225. Gmel. ſib. 3. p. 248. n. 87. Pall. ind. taur.*

M. paluſtris ſpicata. *Riu. monop. t. 40.*

Communis in foſſis et ad riuulos. Floret cum praecedentibus. ♃

Pedicelli hirti: pilis retrorſum imbricatis. *Calyx* undique villis breuibus hirtus.

* * * *Verticillatae.*

1128. MENTHA *aruenſis.*

M. floribus verticillatis, foliis ouatis acutis ferratis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 80. Flor. dan. t. 512. Hall. hiſt. n. 223. Gmel. ſib. 3. p. 247. n. 85.*

M. floribus verticillatis, foliis ouatis, caule ramoſiſſimo, calycibus campanulatis undique hirſutis: pilis horizontalibus. *Smith brit. Sole menth n. 12.*

Creſcit in glareoſis ad riuum Podkumok, prope caſtellum Georgopolitanum Caucaſi. Floret Auguſto. ♃

Radix repens. *Caules foliaque* villis ſparſis criſpis. *Pedicelli* leuiter pubeſcentes. *Calyces* undique hirti et caneſcentes. *Corollae* etiam villoſulae: lacinulâ infima obtuſâ quaſi truncatâ. *Stamina* corollae tubo paullo longiora.

1129. MENTHA *Pulegium.*

M. floribus verticillatis, foliis ouatis obtuſis ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus, ſtaminibus corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 82. Sabbat. hort. 3. t. 49. Hall. hiſt. n. 221. Habl. taur. p. 137.*

M. floribus verticillatis, foliis ouatis, caule proſtrato, pedicellis calycibusque undique tomentoſis: dentibus ciliatis. *Smith brit. Sole menth. n. 23.*

Pulegium. *Riu. monop. t. 23. f. 1.*

Occurrit in Tauriae meridionalis glareoſis inundatis. Floret Julio, Auguſto. ♃

302. GLECHOMA. Antherarum ſingulum par in formam crucis conniuens. Cal. 5-fidus.

1130. GLECHOMA *hederacea.*

Gl. foliis reniformibus crenatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 85. Flor. dan. t. 789. Curt. lond. Gmel. ſib. 3. p. 242. n. 75. Hall. hiſt. n. 245. Vaill. pariſ. t. 5. f. 4. 5. 6. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Communis in herbidis, ad ſepes, muros et in cultis. Floret Aprili. Majo. ♃

303. LAMIUM. Corollae labium fuperius integrum, fornicatum: inferius bilobum; faux utrinque margine dentata.

1131. LAMIUM *maculatum*.

L. foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 87. Schkuhr bot. n. 1597. t. 159. Dreues et Hayne ic. germ. 2. t. 110. Hall. hiſt. n. 270. Roth catal. 1. p. 29. Pall. ind. taur.*

L. (*hirſutum*) foliis cordatis pubeſcentibus, caule hirſuto, tubo incuruo calyce longiore. *Lamark dict. 3. p. 410. n. 5.*

L. purpureum foliis lineâ albâ notatis. *C. B. Moriſ. hiſt. 3. p. 384. ſect. 11. t. 11. f. 2.*

In Tauriae ſyluis ſub arboribus reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

Verticilli ad ſumma *folia* pauci ſubſexflori. *Corollae* purpureae tubus baſi incuruus verſus *calycinos* dentes inferiores inclinatus.

1132. LAMIUM *album*.

L. foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis, verticillis vigintifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 88. Flor. dan. t. 594. Curt. lond. Dreues et Hayne ic. germ. 2. t. 111. Hall. hiſt. n. 271. Gmel. ſib. 3. p. 240. n. 70.*

In virgultis ad fluuium Terek, haud procul oppido Kiſljar, Majo florens legi: alioquin rarum. ♃

Verticilli a tertiâ parte caulis et ramorum ad apicem: *floribus* 12-20. *Calyx* tubo glaber: dentibus piloſo-ſcaber. *Corollae* albae faux utrinque bidentata: ſuperiore minimo.

1133. LAMIUM *purpureum*.

L. foliis cordatis obtuſis aequaliter obtuſe dentatis petiolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 88. Flor. dan. t. 523. Curt*

lond. Hall. hiſt. n. 272. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.

Commune in incultis. Floret Aprili, Majo. ☉

1134. LAMIUM *amplexicaule.*

L. foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 90. Flor. dan. t. 752 Curt. lond. Hall. hiſt. n. 273. Gmel. ſib. 3. p. 240. n. 71. Pall. ind. taur.*

Frequens in ruderatis et arvis. Floret Aprili, Majo. ☉

Faux utrinque bidentata: ſuperiore ſetaceo.

304. GALEOPSIS. Corollae labium ſuperius ſubcrenatum, fornicatum: inferius ſupra bidentatum.

1135. GALEOPSIS *Tetrahit.*

G. internodiis caulinis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis, calycibus pungentibus, corollis calyce parum longioribus, caule hirto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 92. Kniph. cent. 8. n. 43. Hall. hiſt. n. 268. Gmel. ſib. 3. p. 240. n. 69.*

Cannabis ſpuria. *Riu. monop. t. 44*

Creſcit hinc inde in Caucaſi demiſſioris ruderatis, circa Stauropolin. ☉

305. BETONICA. Cal. ariſtatus. Corollae labium ſuperius adſcendens, planiuſculum: tubus cylindricus.

1136. BETONICA *officinalis.*

B. ſpicâ interruptâ, corollarum labii laciniâ intermediâ emarginatâ. *Roy. lugdb. p. 316. Linn. ed. Willd. 3. p. 93. Flor. dan. t. 726. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 264. Gmel. ſib. 3. p. 239. n. 66. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.*

Frequens in pratis ſyluaticis. Floret aeſtate. ♃

1137. BETONICA *grandiflora.*

B. ſpicâ ſolioſâ interruptâ, corollarum galeâ integrâ: labio ſubemarginato, tubo incurvo calyce triplo longiore.

B. ſpicâ ſolioſâ interruptâ, calycibus margine villoſis: dentibus ſubulatis, corollis galeâ obcordatâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 96. Curt. bot. mag.*

B. orientalis latifolia, caule breui, flore maximo. *Tournef. cor. p. 13. (ex autopſia ſpecim. ibericorum herb. Tournef.)*

Habitat in pratis montanis, circa acidulam Narzana Caucaſi. Floret Junio, Julio. ♃

306. STACHYS Cor. labium ſuperius fornicatum: inferius lateribus reflexum, intermediâ majore emarginatâ. Stam. deflorata verſus latera reflexa.

1138. STACHYS *ſyluatica.*

St. verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 97. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 276. Pall. ind. taur.*

Galeopſis legitima. *Cluſ. hiſt. 2. p. 56.*

Crefcit in ſyluis ſub arboribus. Floret aeſtate. ♃

1139. STACHYS *paluſtris.*

St. verticillis ſubſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 98. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 257. Hubl. taur. p. 151.*

St. aquatica. *Tabern. Kraeut. p. 767.*

Ad foſſas riuuloſque haud rara. Floret aeſtate. ♃

1140. STACHYS *germanica.*

St. verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis; caule lanato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 99. Jacq. auſtr. 4. p. 10.*

Mo. Bot. Garden, 1895.

t. 319. Flor. dan. t. 683. Hall. hiſt. n. 255. Gmel. ſib. 3. p. 239. n. 67. Pall. ind. taur.

Frequens in Tauriae praeſertim ſterilibus, lapidoſis et paſcuis aridioribus. Floret aeſtate. ♃

Planta tota lanuginoſa, praeter *foliorum* paginam ſuperiorem candida.

1141 STACHYS *lanata.*

St. verticillis multifloris, caule foliisque crenulatis utrinque lanatis candidis: inferioribus baſi attenuatis obtuſis.

St. verticillis multifloris, foliis lanatis, caulibus baſi procumbentibus et radicantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 100. Jacq. ic. rar. 1. t. 107. miſc. 2. p. 342. n. 34. Pall. ind. taur.*

Galeopſis longifolia villoſa et incana. *Amm. ruth. n. 61.*

Communis in Tauriae campis apricis, etiam ad Caucaſum. Floret cum praecedente. ♃

Minor praecedente baſi *ramoſa*, neque tamen procumbens, undique candidiſſima.

1142. STACHYS *recta.*

St. verticillis ſubſpicatis, foliis oblongis baſi attenuatis ſerratis hirtis: inferioribus obtuſis, bracteis calycibuſque mucronato-ſpinoſis.

St. verticillis ſubſpicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis ſcabris, caulibus adſcendentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 104. Jacq. auſtr. 4. p. 31. t. 359. Hall. hiſt. n. 262. Hoppe enchirid. a. 1794. p. 58. Pall. ind. taur.*

Sideritis prima. *Cluſ. hiſt. 2. p. 39.*

Sideritis flore luteolo. *Riu. monop. t. 70.*

Communis in herbidis apricis. Floret Majo, Junio. ♃

Folia etiam ima baſi attenuata, nequaquam cordata: inferiora mutica, ſuperiora *bracteaeque* mucronata. *Verticilli* flori-

bus 6-10. *Corolla* albida: lineolâ utrinque bafeos labii fuperioris marginali purpureâ; labio inferiore immaculato: laciniis lateralibus breuiffimis, mediâ rotundatâ emarginatâ.

1143. STACHYS *iberica.*

St. verticillis fubfpicatis, foliis oblongis baſi attenuatis ferratis hirtis: inferioribus obtufis, bracteis muticis, calycibus mucronato-fpinofis.

Habitat in Iberiae apricis ficcis. ♃

Statura et *habitus* omnis praecedentis, ut *varietatem* primo intuitu crederes. *Folia* fuperiora *bracteaeque* mucrone deftituta. *Verticilli* fubfexflori. *Calyx* villis albis hirfutus purpurafcens. *Corolla* purpurea: labii inferioris laciniulis lateralibus oblongis emarginatis, mediâ rotundatâ crenatâ.

1144. STACHYS *annua.*

St. verticillis fexfloris, foliis ouato-lanceolatis trineruiis laeuibus petiolatis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 105. Jacq. auſtr. 4. p. 31. t. 360. Hall. hiſt. n. 263. Hoppe enchirid. a. 1794. p. 57. Pall. ind. taur.*

Sideritis fecunda. *Cluſ. hiſt. 2. p. 39.*

Sideritis flore albo, barbâ luteolâ. *Riu. monop. t. 69.*

Communis in incultis et inter fegetes. Floret a Junio, ufque in autumnum. ☉

1145. STACHYS *fruticulofa.*

St. verticillis bifloris, foliis elliptico-lanceolatis denticulatis, caule ligneſcente ramoſiſſimo diuaricato.

St. caule ligneſcente ramoſiſſimo diuaricato, foliis elliptico-lanceolatis ſubintegris, verticillis pauciflorис. *Marſch. caſp. app. p. 177. n. 47.*

Habitat in Caucaſi orientalis et Iberiae lapidoſis montoſis. Floret Majo, Junio. ♄

Folia denticulis breuibus remotis. *Corolla* pallide purpurea magnitudine St. rectae: galeâ emarginato-bifidâ; labii fegmentis rotundatis, medio latiore crenato-emarginato.

1146. STACHYS *anguſtifolia.*

St. verticillis bifloris, foliis linearibus nudis: inferioribus pinnatifido-dentatis.

St. tenuifolia. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae meridionalis petrofis ſyluaticis, circa pagum Temirdſchi. 2

Statura St. rectae, tota viridis et glabra. *Folia* linearia peranguſta: inferiora dentibus elongatis linearibus, ſuperiora dentato-ſerrata, floralia integra. *Flores* oppoſiti pedicellati St. rectâ minores. *Calyces* ſubcampanulati: dentibus ſubulato-mucronatis. *Corolla* roſea immaculata.

307. BALLOTA. Cal. hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-ſtriatus. Corollae labium ſuperius crenatum, concauum.

1147. BALLOTA *nigra.*

B. foliis cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus acuminatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 107. Schkuhr bot. n. 1614. t. 161. Hall. hiſt. n. 259. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.*

Communis in incultis et ad ſepes. Floret Junio, Julio, Auguſto. 2

308. MARRUBIUM. Cal. hypocrateriformis, rigidus, 10-ſtriatus. Corollae labium ſuperius biſidum, lineare, rectum.

* *Calycibus quinquedentatis.*

1148. MARRUBIUM *aſtracanicum.*

M. foliis ouatis crenatis ſubtus tomentoſis: imis ſubcordatis, bracteis ſubulatis calycis tubo breuioribus, dentibus calycinis reflexo-uncinatis.

M. foliis ellipticis obtufis crenatis tomentofis rugofis, calicibus bracteisque lanceolatis villofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 109. Jacq. ic. rar. 1. t. 109. mifc. 2. p. 306.*

M. orientale folio fubrotundo, flore purpureo. *Tournef. cor. p. 12. Buxb. cent. 3. p. 28. t. 50. f. 2.*

Creícit in lapidofis ad riuum Podkumok Caucafi, haud procul acidulâ Narzana; ubi Auguſto florens legi. ♃

Folia fere Ballotae nigrae: crenis magnis obtufis, fubtus tomento albicantia. *Flores* magnitudine M. peregrini. *Corolla* purpurea; galeâ bifidâ, laciniis fubulatis conniuentibus reflexis; labii inferioris laciniis lateralibus linearibus: mediâ latâ obcordatâ crenulatâ.

1149. MARRUBIUM *catariaefolium.*

M. foliis ouatis crenatis fubtus tomentofis: imis reniformi-cordatis, bracteis fubulatis calycis tubum aequantibus, deutibus calycinis patentibus nudis.

M. foliis ouatis fubuiridibus profunde crenatis, dentibus calycinis fubulatis glabris patentibus. *Desrouff. in dict. enc. 3. p. 771. n. 9. Linn. ed. Willd. 3. p. 111.*

M. orientale Catariae folio, flore albo. *Tournef. cor. p. 12.*

Ad muros arcis Tiflifienfis reperitur. *D. Steuen.* ♃

Facies praecedentis. *Folia* fimilia latiora ima rotundata. *Bracteae* fubulatae multo longiores. *Calyces* magis oblongi incani: dentibus mucronatis patulis. *Corolla* alba: galeâ argute bifidâ; labii laciniis lateralibus oblongis, mediâ dilatatâ fubemarginatâ.

1150. MARRUBIUM *peregrinum.*

M. foliis oblongis crenulatis rugofo-venofis incanis, bracteis fubulatis calycis tubo breuioribus, dentibus calycinis fubulatis rectis.

M. foliis oblongis incanis rugofo-venofis dentatis: dentibus apicem verfus majoribus, calycum denticulis fubulatis.

Linn. ed. Willd. 3. p. 110, Jacq. auſtr. 2. p. 39. t. 160. Dill. elth. f. 215. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.

M. paniculatum. *Deſrouſſ. dict. enc. 3. p. 716. n. 5.*

M. alterum pannonicum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 34.*

Copioſum in ſterilibus ſiccis et in ruderatis. Floret aeſtate. ♃

Corollae albae labium inferius lacinulis obtuſis: mediâ duplo latiore.

* * *Calycibus decemdentatis.*

1151. MARRUBIUM *vulgare.*

M. foliis ſubrotundoovatis dentatis rugoſo-venoſis, calycinis dentibus ſetaceis uncinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 111. Sabbat. hort. 3. t. 59. Hall. hiſt. n. 258. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138. Cluſ. hiſt. 2. p. 34.*

Commune in ſterilibus, incultis. Floret aeſtate. ♃

309. LEONURUS. Cal. 5-dentatus. Corollae labium ſuperius planum, integrum: inferius 3-partitum, laciniâ mediâ bidiuiſâ.

1152. LEONURUS *Cardiaca.*

L. foliis cuneiformi-ovatis trilobis dentatis, corollis calyce pungente majoribus: laciniâ mediâ labii inferioris acutâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 114. Flor. dan. t. 727. Hall. hiſt. n. 274. Gmel. ſib. 3. p. 238. n. 62. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Ad vias, ſepes, in ruderatis frequens. Floret aeſtate. ♃

1153. LEONURUS *Marrubiaſtrum.*

L. foliis oblongis dentatis, corollis calyce ſubpungente vix longioribus: laciniâ mediâ labii inferioris ſubrotundâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 115. Jacq. auſtr. 5. p. 3. t. 405.*

Occurrit ad vias et ſepes Caucaſi demiſſioris. Floret aeſtate. ♃

Corollae forma a *Leonuro* aliena, potius *Nepetae*, ad quam ſpecies haec forte tranſferenda.

310. PHLOMIS. Cal. angulatus. Corollae labium ſuperius incumbens, compreſſum, villoſum.

1154. PHLOMIS *laciniata.*

Phl. foliis alternatim pinnatis: foliolis laciniatis, calycibus lanatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 120. Poiret in dict. enc. 5. p. 273. n. 8.*

Phl. orientalis foliis laciniatis. *Tourneſ. cor. p. 10.*

Creſcit in apricis Caucaſi orientalis et in collibus lapidoſis circa Mzchetam (Harmozicam) Iberiae. Floret Majo, Junio. ♃

Caulis 2-3-pedalis ſuperne ramoſus erectus lanuginoſus inſtar Verbaſci. *Folia* viridia hirſuta: inferiora magna decompoſita, adſcendendo ſimpliciora: pinnis longis inciſo-ferratis alternis. *Verticilli* ſpicati 10-flori maxime lanuginoſi. *Bracteae* propriae calycum ſubulatae breues. *Calycina* ſegmenta lata obtuſa, cum ſpinulâ mediâ minutâ. *Corolla* magnitudine Phl. frutiçoſae: *galeâ* erectiuſculâ intus villoſiſſimâ albidâ; *labio* lurido amplo trifido: lateralibus obtuſis reflexis, mediâ latâ obcordato-emarginatâ. *Semina* tetragono-pyramidalia apice truncata baſi villoſa.

1155. PHLOMIS *pungens.*

Phl. foliis petiolatis ſuperne ſcabris ſubtus tomentoſis: caulinis ouato-lanceolatis ferratis, floralibus lineari-lanceolatis integerrimis; calycinis dentibus patentibus bracteiſque ſubulatis mucronatis.

Phl. involucri radiis ſetaceis ſubhirſutis. *Gmel. ſib. 3. p. 242. n. 74.*

α. calycibus bracteisque nudis incanis.

Phl. (*pungens*) foliis petiolatis oblongo-lanceolatis apice ferratis supeine scabris subtus tomentosis, calycinis dentibus subulatis patentibus, bracteis calycis longitudine subulatis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 121.*

Phl. orientalis hormini folio, flore minore, calyce glabro. *Tournef. cor. p. 10. Amm ruth. n. 50.*

β. calycibus bracteisque tuberculatis hispidis.

Phl. pungens: varietas bracteis et calycibus ciliatis. *Willd. loc. cit. in notâ.*

Frequens in campestribus Caucasicis. Floret aestate. ♃

Differt a subsequente *foliis* angustioribus obiter ferratis utrinque venis parum prominulis nec venoso-rugosis: floralibus integerrimis, *caulis foliorumque* tomento mimus denso. *Florum* magnitudine subsequenti non cedit, nec bracteorum longitudine, quae cum *calycibus* in varietate β hispidae sunt, sicut in subsequente. *Variat* flore albo.

1156. PHLOMIS *Herba venti.*

Phl. foliis venoso-rugosis subtus tomentosis ferratis: inferioribus cordato-ovatis petiolatis, floralibus lanceolatis subsessilibus; calycinis dentibus patentibus bracteisque subulatis mucronatis.

Phl. foliis ovato-oblongis ferratis subtus hirtis, calycinis dentibus lanceolato-subulatis erectis, bracteis subulatis caulesque hirtis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 122. Sabbat. hort. 3. t. 17. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.*

Phl. narbonensis hormini folio flore purpurascente. *Tournef. inst. p. 178.*

Crescit in Tauriae herbidis apricis. Floret cum praecedente. ♃

Calycis dentes et huic subulati acutissimi patuli.

1157. PHLOMIS *tuberosa.*

Phl. foliis radicalibus cordatis scabris: floralibus oblongo-lanceolatis, bracteis subulatis hispidis, caule glabro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 12.. Kniph. cent. 4. n. 62. Schkuhr bot. n. 167. t. 163. Gmel. sib. 3. p. 241. n. 73. Amm. ruth. n. 48. Pall. ind. taur Habl. taur. p. 151.*

Galeopsis maxima foliis Hormini. *Buxb. cent. 1. p. 4. t. 6.*

Abundat in herbidis sylvaticis. Floret Junio. ♃

311. CLINOPODIUM. Involucrum multisetum, verticillo subjectum. Cal. bilabiatus. Corollae labium superius planum, obcordatum, rectum.

1158. CLINOPODIUM *vulgare.*

Cl. capitulis verticillatis, bracteis setaceis hispidis, foliis supernе pilosis remote dentatis, caule subsimplici. *Linn. ed. Willd. 3. p. 131. Sabb. hort. 3. t. 65. 66. Hall. hist. n. 239. Gmel. sib. 3. p. 244. n. 79. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

Commune in dumetis et ad sepes. Floret Julio, Augusto. ♃

312. ORIGANUM. Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens. Corollae labium superius erectum, planum: inferius tripartitum, laciniis aequalibus.

1159. ORIGANUM *vulgare.*

O. spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 135. Flor. dan. t. 638. Sabbat. hort. 3. t. 75. Hall. hist. n. 233. Gmel. sib. 3. p. 244. n. 78. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

β. ſpicis longioribus, bracteis viridibus, corollis albis, ſtaminibus ſubinclusis.

O. vulgare. β. *Cranz. auſtr. p. 282.*

Copioſum in graminoſis apricis; β in collibus herbidis Boſphoro Tauriae vicinis. Floret aeſtate. ♃

313. THYMUS. Calycis bilabiati faux villis clauſa.

* *Suffruticoſi:* Serpylla.

1160. THYMUS *Serpyllum.*

Th. floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 138. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 235. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130. Gmel. ſib. 3. p. 245. n. 81.*

Creſcit ad latera montium Caucaſi ſubalpini. ♄

Caucaſica planta *folia* habet *vulgari* magis utrinque excauato-punctulata et ſubtus neruis magis prominentibus. *Labii calycini* ſuperioris denticuli ſubaequales latiuſculi breues diuergentes.

1161. THYMUS *nummularius.*

Th. floribus verticillato-capitatis, caulibus filiformibus repentibus piloſis, foliis planis ſubrotundis neruoſis piloſiuſculis baſi ciliatis.

β. caule foliisque undique hirſutis.

Habitat in alpibus Caucaſicis, ubi Septembri paſſim adhuc florentem legi. ♄ 2

Planta praecedente quadruplo major. *Caules* pedales filiformes procumbentes purpuraſcentes pilis albis longis patulis magis minuſue hirſuti, apice floriferi adſcendentes. *Folia* magnitudine fere Anagallidis aruenſis lata rotundata petiolata ſubtriplineruia: petiolo, margine baſeos neruiſque piloſis; interdum

in var. β undique pilis confertis hirſuta: ima ſubcordata. *Verticilli* approximati in capitulum. *Calyces* undique hirſuti: dentibus ciliatis, ſuperioribus ſubaequalibus ſubulatis. *Stamina* corollam ſubaequantia.

1162. THYMUS *Marſchallianus.*

Th. floribus verticillato-ſpicatis. caule ſuffruticoſo procumbente: ramis floriferis adſcendentibus, foliis lineari-ellipticis planis ſubtriplineruiis baſi ciliatis.

α. latifolius, erectiuſculus.

Th. (*marſchallianus*) floribus verticillato-ſpicatis, caule ſuffruticoſo erecto, foliil ineari-lanceolatis obtuſiuſculis planis ſubtriplineruiis baſi ciliatis. *Linn. ep. Willd. 3. p. 141.*

Serpyllum odoratiſſimum glabrum longiore anguſtioreque folio. *Amn. ruth. n. 67. Gmel. ſib. 3. p. 246. ſub n. 81. var 3.*

β. anguſtiſolius, procumbens.

Th. Zygis. *Pall. ind. taur.*

Thymus: folio longiori ciliato. *Hall. hiſt. n. 235. var. 6.*

Serpyllum anguſto glabroque folio pannonicum ſecundum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 359.*

Copioſus in apricis herbidis et collibus lapidoſis. Var. β ex loco natali arenoſo vel glareoſo. Floret a Majo, uſque ad Auguſtum. ♄

Folia utrinque excauato-punctulata, praeſertim in varietate β. *Calyces* undique hirſuti: dentibus ciliatis, ſuperioribus breuibus acutis. *Varietas latifolia* accedit magis ad Th. ſerpylli varietates anguſtifolias, quam *varietas anguſtifolia* ad Th. Zygin. *Gmelinus loc. cit.* hunc cum Th. Serpyllo conjungit.

1163. THYMUS *hirſutus.*

Th. floribus ſubcapitatis, caulibus procumbentibus, foliis lineari-ſubulatis planis undique piloſiſſimis.

Th. villoſus? *Pall. ind. taur.*

Th. foliis ellipticis hirfutis. *Hall. hift. n. 236.*

Thymus. *Gmel. fib. 3. p. 246. n. 81. var. 2.*

Serpyllum ramofiffimum hirfutum anguftifolium, floralis violaceis. *Amm. ruth. n. 68.*

Serpyllum pannonicum tertium. *Cluf. hift. 1. p. 360.*

Occurrit in Tauriae meridionalis rupeftribus rarius. ♄

Habitus et *affinitas* fumma praecedentis varietatis *β. Differt caulibus* breuioribus cum *foliis* pilis conferti, erectis totis obtectis et albicantibus. An *varietas?*

Th. montanus *Waldft. et Kit.* uti video ex fpecimin:bus ficcis hungaricis aliisque a me in Gallicia Poloniae lectis, eft Serpyllum pannonicum primum, nec tertium *Clufii;* quod mo-neo, quum hoc ad noftrum referendum effe omnino videatur.

* * *Annui:* Clinopodia.

1164. THYMUS *Acinos.*

Th. floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis fubramofis, foliis oblongis acutis ferratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 142. Flor. dan. t. 814. Curt. lond. Hall. hift. n. 237. Gmel. fib. 3. p. 245. n. 80. Habl. taur. p. 158.*

Th. alpinus. *Pall. ind. taur.*

Communis in fterilibus, praefertim lapidofis. Floret aeftate. ⊙

1165. THYMUS *graueolens.*

Th. floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caule ramofo patulo, foliis fubrotundis acutis apice fubferratis hirfutis.

Th. patauinus. *Pall. ind. taur.*

Th. canus. *Steuen dec. pl. iber.*

Clinopodium orientale Origani folio, flore minimo. *Tournef. cor. p. 12. (ex autopfia herb. Tournef.)*

Habitat in Tauriae et Iberiae mediae campeftribus apricis. Floret aeftate. ⊙

Statura praecedentis, ſed ramis pluribus ramoſis patulis. *Caulis ramique* euidenter tetragoni hirſuti. *Folia* petiolata rotunda cum acumine medio: ſerraturis lateralibus apicis conniuentibus paucis, neruoſa hirſuta praeſertim ſubtus. *Verticilli* ſexflori, omnes folio multo breuiores. *Flores* habitu Th. Acini, at corollae minores. *Calyx* hirſutiſſimus. *Corolla* purpurea calyce paullo longior: labio ſuperiore breui obtuſo, inferiore tripartito: lacinulis rotundatis ſubaequalibus. *Stamina* 4 et *Stylus* corollâ breuiora. *Odor* grauis ingratus Stachydis, nec aromaticus generi familiaris.

314. MELISSA. Calyx ſupra planiuſculus: labio ſuperiore faſtigiato. Corollae labium ſuperius fornicatum, bifidum: inferius lobo medio cordato.

1166. MELISSA *officinalis.*

M. verticillis dimidiatis, bracteis oblongis pedicellatis, foliis ouatis acutis ſerratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 146. Sabbat. hort. 3. t. 61. Hall. hiſt. n. 242. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

In Tauriae et Iberiae montibus ſyluoſis ſub arboribus prouenit. Floret Julio, Auguſto. ♃

Calycis labium ſuperius planum plicatum ſubtruncatum: dentibus tribus mucronatis.

1167. MELISSA *grandiflora.*

M. pedunculis axillaribus tri-quadrifloriſque, bracteis lanceolatis ſeſſilibus, foliis ouatis acutis argute ſerratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 147. Curt. bot. mag.*

Calamintha magno flore. *Riu. monop. t. 43.*

In Tauriae ſyluis umbroſiſſimis, circa Baidar reperitur. Floret Julio, Auguſto. ♃

Flores ſpecioſi purpurei: tubo ampliato calyce triplo longiore. *Varietatem* corollis duplo ſaltim minoribus ex Auſtriâ habeo.

1168. MELISSA *Calamintha.*

M. pedunculis axillaribus multifloris dichotomis folia aequantibus, bracteis ſubulatis, foliis ouatis obtuſis ſerratis hirſutis, calycibus fauce villoſis: villis incluſis.

M. pedunculis axillaribus multifloris dichotomis, foliis ouatis obtuſis argute ſerratis utrinque hirſutis, caule hirto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 147. Hall. hiſt. n. 241.*

Thymus *(Calamintha)* verticillis pedunculatis multifloris dichotomis, foliis ſubſerratis, villis calycinis incluſis. *Smith. flor. brit. Scop. carn. ed. 2. n. 733.*

Calamintha. *Riu. monop. t. 46.*

Legi in Armeniae ibericae collibus, circa metallifodinas Achtalenſes. ♃

Cymae florum inferiores folia vix aequant, at ſuperiores ob folia diminuta ſunt longiores et paniculato-racemoſae. *Folia* remote obiterque ſerrata: ſerraturis tamen acutiuſculis.

1169. MELISSA *Nepeta.*

M. pedunculis axillaribus multifloris dichotomis folio longioribus, bracteis ſubulatis, foliis ſubrotundo-ouatis ſubſerratis hirſutis, calycibus fauce villoſis: villis exſertis.

M. pedunculis axillaribus multifloris dichotomo-corymboſis, foliis ouatis obtuſis ſubſerratis glabriuſculis, caule ſubhirſuto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 147. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 240.*

M. Calamintha. *Habl. taur. p. 121.*

Thymus *(Nepeta)* verticillis pedunculatis multifloris dichotomis folio longioribus, foliis ſerratis, villis calycinis prominentibus. *Smith. flor. brit.*

Calamintha montana praealta, Pulegii odore. *Bocc. muſ. 2. p. 45. t 38.*

Calamintha ſabaudica. *Riu. monop. t. 47.*

Frequens in Tauriae meridionalis collibus glareoſis apricis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Dignoſcitur a praecedente *pube* omnium partium molliore magiſque canâ, *foliis* rotundioribus obiter obtuſeque ſerratis, *floribus* copioſioribus magis ſparſis et *calycibus* dentibus praeſertim ſuperioribus breuioribus: villis faucis pluribus longioribusque.

1170. MELISSA *umbroſa.*

M. pedunculis axillaribus dichotomis multifloris folio breuioribus, bracteis ſubulatis, foliis cordato-ouatis acutiuſculis argute ſerratis piloſis, calycibus fauce nudiuſculis.

M. floribus verticillatis, bracteis ſetaceis hiſpidis pedicellis breuioribus, foliis ouatis ſerratis piloſis. *Steuen dec. pl. iber.*

Copioſa in Iberiae ſyluis ſub arboribus, circa Anaur et Duſchet, ubi Septembri paſſim adhuc florentem legi. ♃

Similis M. officinali quoad *caulem folia* et *inflorescentiam*: ſed *flores* fere M. Calaminthae. *Bracteae* exiles ſubulatae. *Clyx* baſi gibbus hirſutus, vix tamen intus: ſtriis 10 aequalibus, dentibus omnibus ſubulatis ciliatis: ſuperioribus conniuentibus. *Corolla* purpurea, mox vix calycem excedens, mox ſeſquilongior: haec enim, ſicut pleraeque congeneres, corollae magnitudine ita ludere ſolet.

315. DRACOCEPHALUM. Corollae faux inflata: labium ſuperius concauum.

* *Spicata.*

1171. DRACOCEPHALUM *auſtriacum.*

Dr. floribus ſpicatis, foliis ſeſſilibus linearibus mucronatis: caulinis baſi tri-vel quinquepartitis, rameis ſimplicibus, bracteis

tripartitis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 153. Jacq. ic. rar. 1. t. 112. collect. 1. p. 119.*

Ruyſchiana hirſuta foliis laciniatis. *Amm. ruth. n. 65.*

Chamaepitys auſtriaca. *Cluſ. hiſt. 2. p. 185.*

Creſcit in Caucaſi ſubalpini lapidoſis: circa acidulam Narzana haud rarum. Floret aeſtate. ♃

1172. DRACOCEPHALUM *Ruyſchiana.*

Dr. floribus ſpicatis, foliis bracteiſque lanceolatis indiuiſis muticis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 153. Flor. dan. t. 121. Hall. hiſt. n. 254. Gmel. ſib. 3. p. 236. n. 59.*

Ruyſchiana glabra, foliis integris. *Amm. ruth. n. 64.*

Pſeudochamaepitys auſtriaca *Riu. monop. t. 146.*

Cum praecedente reperitur. ♃

* * *Verticillata.*

1173. DRACOCEPHALUM *ibericum.*

Dr. floribus verticillatis, bracteis ſpathulatis: ciliis diſco longioribus, calycibus ſtriatis incanis, tubo corollae calyce breuiore.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Medium quaſi inter Dr. caneſcens et peltatum. Huic ſimile *calycis* ſegmentis reticulatis et *corollâ* paruâ; illi *calycum* pube et *bracteis* anguſtioribus petiolatis. *Differt* vero ab utroque *bractearum ciliis* capillaribus elongatis. *Folia* floralia integra, ut in priore.

316. SCUTELLARIA. Calyx ore integro: poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

1174. SCUTELLARIA *orientalis.*

Sc. foliis inciſis ſubtus tomentoſis, ſpicis rotundato-tetragonis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 171. Kniph. cent. 5. n. 82. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 151.*

Caſſida orientalis folio chamaedryos, flore luteo. *Tournef. cor. p. 11. it. 3. t. 306.*

In Tauriae et Caucaſi montibus, praeſertim calcareis minime rara. Floret Majo, Junio. ♄

1175. SCUTELLARIA *galericulata.*

Sc. foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 173. Curt. lond. Flor. dan. t. 637. Hall. hiſt. n. 280. Gmel. ſib. 3. p. 227. n. 48.*

Scutellaria. *Riu. monop. t. 77.*

Creſcit in inundatis circa fortalitium Georgopolitanum Caucaſi: alibi mihi non occurrit. Floret Julio, Auguſto. ♃

1176. SCUTELLARIA *haſtifolia.*

Sc. foliis integerrimis: inferioribus haſtatis, ſuperioribus ſagittatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 173.*

Sc. folio non ferrato. *Riu. monop. t. 77.*

Occurrit in humidis, ad Kumam riuum. Floret Julio. ♃

1177. SCUTELLARIA *pallida.*

Sc. foliis cordatis crenato-ferratis obtuſiuſculis villoſis, ſpicis elongatis ſecundis piloſo-hiſpidis, bracteis petiolatis ouatis calyce longioribus.

Sc. foliis cordatis obtuſe mucronatis ferratisque, ſpicis foliofis, calycibus deorſum flexis. *Gmel. ſib. 3. p. 229. n. 52. t. 58.*

Occurrit in Tauriae meridionalis montoſae ſyluis. Floret aeſtate. ♃

Habitus Sc. peregrinae, ſed tota villoſa. *Caulis* quadrangulus purpuraſcens villoſus: interſperſis pilis longioribus patentiſſimis albis. *Folia* cordato-ouata obtuſa et obtuſe ferrata petiolata villoſa. *Spicae* terminales in caule ramiſque, fecundae elongatae ut in Sc. peregrinâ; pedunculo communi, bracteis, pedicellis, praeſertim vero calycibus corollisque pilis

albis longis valde hirſutis. *Bracteae* ouatae foliaceae pedicellatae calyce longiores corollae tubum ſubaequantes. *Corolla* Sc. galericulatâ paullo major albida immaculata. *Semina* nigrocinerea. A Sc. peregrinâ et Sc. Columnae *pube* et colore *florum* et a Sc. albidâ, quâcum floris colore conuenit, *ſpicis* elongatis *bracteisque* pedicellatis minime coloratis *dignoſcitur*.

1178. SCUTELLARIA *altiſſima*.

Sc. foliis cordatis crenato-ferratis acutis glabriuſculis, ſpicis elongatis ſecundis pubeſcentibus, bracteis petiolatis ouatis calycem ſubaequantibus.

Sc. foliis cordato-oblongis acuminatis ſerratis, ſpicis ſubnudis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 176.*

Caſſida orientalis altiſſima, Urticae folio. *Tournef. cor. p. 11. (ex autopſiâ ſpeciminum ibericorum herbarii Tournefortiani.)*

Creſcit in ſyluis Tauriae et omnis Caucaſi, praecedente magis communis. Floret aeſtate. ♃

Habitus praecedentis et *affinitas* cum Sc. peregrinâ et Sc. Columnae ſumma. *Caulis* leuiter pubeſcens. *Folia* ſubglabra laete viridia, praecedentis foliis paullo majora, baſi minus profunde emarginata et ob ſerraturam apicis longiorem acutiora. *Spicae* formâ praecedentis pubeſcentes nec hiſpidae, propter bracteas multo minores ſubnudae videntur. *Flores* praecedente paullo majores. *Corolla* caerulea: labio albo. *Semina* nigricantia. *Bracteis* calycem vix aequantibus a Sc. peregrinâ, *floribus* vero minoribus et *corollae* labio albo nec atropurpureo a Sc. Columnae *dignoſcitur*.

317. PRUNELLA. Filamenta bifurca: altero apice antherifero. Stigma bifidum.

1179. PRUNELLA *vulgaris*.

Pr. foliis caulinis petiolatis oblongo-ouatis baſi ſubdentatis, calycis labio ſuperiore obtuſe tridentato: dentibus mucronatis.

Pr. foliis petiolatis oblongo-ouatis basi dentatis, calycis labio superiore truncato triaristato, caule adscendente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 176. Willd. hort. berol. fasc. 1. t. 9. f. 2. Sabbat. hort. 3. t. 32. Kniph. cent. 5. n. 72. Hall. hist. n. 277. Allion. pedem. n. 123. Gmel. sib. 3. p. 239. n. 64. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 137.*

Communis in graminosis. Floret Junio, Julio, Augusto. ♃

1180. PRUNELLA *alba.*

Pr. foliis caulinis petiolatis lanceolatis basi subpinnatifido-dentatis, calycis labio superiore truncato triaristato.

Pr. alba. *Pall. ind. taur.*

Pr. (*laciniata*) foliis inferioribus ouato-oblongis petiolatis: supremis profunde pinnatifidis, spicâ basi foliosâ. *Lamark dict. 1. p. 473. n. 3. Allion. pedem. n. 125.*

Pr. grandiflora. β. laciniata. *Linn. ed. Willd. 3. p. 177. Jacq. austr. 4. p. 41. t. 378. Hall. hist. n. 279. Sabb. hort. 3. t. 31.*

Pr. vulgaris. ε. *Linn. ed. Willd. 3. p. 177.*

Pr. folio laciniato, flore albo paruo. *Moris. hist. 3. p. 364. sect. 11. t. 5. f. 2.*

Pr. secunda. *Clus. hist. 2. p. 43.*

Pr. alba secunda, Brunella folio laciniato. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 944.*

In Tauriae Caucasique herbidis reperitur. ♃

Species distincta a praecedente et subsequente *hirsutie* insigniore, *foliis* angustioribus, *caule* breuiore basi procumbente, *calycis* labio superiore rectilineo: nervis in mucronem eductis; *corollâ* albâ.

1181. PRUNELLA *grandiflora.*

Pr. foliis caulinis petiolatis cordato-ouatis dentatis, calycis labio superiore trifido: laciniis subulatis.

* 2

Pr. foliis petiolatis oblongo-ouatis basi dentatis, calycis labio superiore trifido, caule adscendente. *Linn. ed. Willd. 3 p. 177. Willd. hort. berol. fasc. 1. t. 9. f. 3. Jacq. austr. 4. p. 40. t. 377. Hall. hist. n. 278. Allion. pedem. n. 124.*

In pratis, ad latera montis Beschtau Caucasi lecta. ♃

Corolla caerulea Pr. vulgari duplo major.

ANGIOSPERMIA.

318. RHINANTHUS. Cal. compressus, bilabiatus. Cor. galea tubulata: apice appendiculata. Caps. bilocularis, obtusa, compressa.

1182. RHINANTHUS *orientalis.*

Rh. corollis labio superiore subulato incurvo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 188. Lamark dict. 2. p. 61. n. 12.*

Elephas orientalis flore magno, proboscide incurvâ. *Tournef. cor. p. 48 et itin. 2. t. 199.*

In pratis montanis Caucasi reperitur; circa acidulam Narzana frequens. Floret Julio. ☉

Calyx bilabiatus: superiore breuissime bidentato, inferiore bipartito. *Corollae* luteae proboscis tubulata: apice laminâ orbiculari villosâ. *Stamina* breuissima intra corollae tubum. *Stylus* proboscide vaginatus. Cum Rh. elephante sui omnino *generis.*

319. ALECTOROLOPHUS. Cal. ventricosus, 4-fidus. Cor. labium superius compressum, emarginatum. Caps. 2-locularis, obtusa, compressa.

1183. ALECTOROLOPHUS *Crista galli.*

A. corollae galeâ emarginatâ bidentatâ: labii laciniâ mediâ breuissimâ, stylo exserto.

Rhinanthus (*Crista galli*) corollarum labio superiore emarginato bidentato, laciniâ mediâ labii inferioris breuissimâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 188. Curt. lond. Hall. hist. n. 313. Gmel. sib. 3. p. 202. n. 12. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

Crescit inter segetes: legi etiam in summo Tauriae monte Tschaturdag. ⊙

Speciem affinem alit Rossia septentrionalis, non *calycis* hirsutie, sed *galeae* dentibus abbreuiatis et *stylo* incluso *distinctam.* Haec etiam gracilior est et *floribus* paullo minoribus praedita.

1184. ALECTOROLOPHUS *Trixago.*

A. labio corollae inferiore superiore longiore: laciniâ intermediâ obtusâ lateralibus longiore, calycibus villosis, foliis oppositis profunde obtuse dentatis, caule simplicissimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 189. (sub Rhinantho.)*

Bellardia Trixago. *Allion. pedem. n. 220.*

Trixago apula unicaulis tetrastachys. *Column. ecphr. p. 199. ic. p. 197.*

Occurrit in Caucasi orientalis collibus herbidis, mari Caspio vicinis. Floret Junio, Julio. ⊙

320. EUPHRASIA. Cal. 4-fidus, cylindricus. Capsl. 2-locularis, ouato-oblonga. Antherae inferiores altero lobo basi spinosae.

1185. EUPHRASIA *officinalis.*

E. foliis ouatis obtuse dentatis, laciniis labii corollae inferioris emarginatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 193. Curt. lond. Hall. hist. n. 303. Gmel. sib. 3. p. 212. n. 25. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

Rarius in Tauriae collibus apricis reperitur. ⊙

1186. EUPHRASIA *Odontites.*

E. foliis lineari-lanceolatis ferratis, laciniis labii corollae inferioris obtusis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 194. Flor. dan. t. 525. Curt. lond. Hall. hist. n. 304. Gmel. sib. 3. p. 213. n. 26. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

Communis ad vias et sylvarum margines. Floret Augusto, Septembri. ⊙

1187. EUPHRASIA *lutea.*

E. foliis linearibus ferratis: superioribus integerrimis, laciniis lateralibus labii corollae inferioris denticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 195. Jacq. austr. 4. p. 52. t. 398. Hall. hist. n. 305. Pall. ind. taur.*

In campis elatis siccis frequens. Floret Augusto, Septembri, brumae nuncia. ⊙

1188. EUPHRASIA *glutinosa.*

E. foliis linearibus carnosis integerrimis: pilis glanduliferis, corollae labii inferioris laciniis subaequalibus obtusis.

E. viscosa. *Pall. ind. taur.*

Pedicularis orientalis annua, Psyllii folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 9.*

Habitat in Tauriae summo monte Tschaturdag. Floret Augusto. ⊙

Plantula saepe digito minor tota pilis apice glanduliferis viscosa. *Flores* E. luteâ *minores*: *calyce* ultra dimidium quadrifido laciniis linearibus, *corollâ* luteâ: *tubo* calyce paullo longiore, labio superiore breui, inferiore plano trilobo: lobis subaequalibus.

321. MELAMPYRUM. Cal. 4-fidus. Corollae labium fuperius compreſſum: margine replicato. Capſ. 2-locularis, obliqua, hinc dehiſcens. Sem. 2, gibba.

1189. MELAMPYRUM *aruenſe.*

M. ſpicis conicis laxis, bracteis dentato-ſetaceis coloratis. calycum dentibus ſcabris, corollis clauſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 198. Flor. dan. t. 911. Riu. monop. t. 79. Hall. hiſt. n. 310. Pall. ind. taur.*

Parietaria ſylueſtris tertia. *Cluſ. hiſt. 2. p. 45.*

β. bracteis floribusque pallidis.

M. criſtatum. *Habl. taur. p. 154.*

Creſcit inter ſegetes et β in campis herbidis apricis. Floret aeſtate. ⊙

1190. MELAMPYRUM *nemoroſum.*

M. floribus ſecundis lateralibus, bracteis dentatis cordato-lanceolatis: ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 198. Flor. dan. t. 305. Hall. hiſt. n. 309.*

Parietaria ſylueſtris prima. *Cluſ. hiſt. 2. p. 44.*

Frequens in nemoroſis ad fluuium Terek, etiam in Iberiâ. Floret Majo, Junio. ⊙

322. LATHRAEA. Cal. quadrifidus. Glandula depreſſa, ad baſin futurae germinis. Capſula unilocularis.

1191. LATHRAEA *Squamaria.*

L. caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. *Linn. ed. Willd. 3. p. 201. Flor. dan. t. 136. Hall. hiſt. n. 297. Gmel. ſib. 3. p. 216. n. 29. t. 46. f. 2. Pall. ind. taur.*

In montium ſyluaticorum umbroſiſſimis obuia. Floret Aprili, Majo. ♃

323. PEDICULARIS. Calyx 5-fidus. Capsula 2-locularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.

* *Caule simplicissimo.*

1192. PEDICULARIS *lapponica.*

P. caule simplici, foliis pinnatifidis: pinnis serratis, calycibus bifidis oblongis, corollae galeâ uncinatâ truncatâ. *Linn. ed. Wild. 3. p. 270. Flor. lapp. p. 242. t. 4. f. 1. Flor. dan. t. 2.*

Occurrit in alpibus caucasicis. ♃

1193. PEDICULARIS *condensata.*

P. caule simplici, foliis profunde pinnatifidis: pinnis linear-lanceolatis pinnatifidis dentatis, calycibus quinquedentatis lanatis, corollae galeâ obtusâ.

In Caucasi orientalis et in Iberiae occidentalis graminosis elatioribus provenit. ♃

Habitus P. recutitae, cui *affinis. Folia* magis incisa: laciniis longioribus acutioribus. *Flores* paullo majores. *Calyces* ovati lanuginosi: denticulis quatuor brevibus obtusiusculis, quinto minimo. Monographiam Pedicularis, autore *illustr. Pallasio,* nondum vidi: quare *synonyma* ejus invitus omitto.

1194. PEDICULARIS *caucasica.*

P. caule simplici, foliis linearibus pinnatis: pinnis pinnatifidis dentatis, calycibus hirsutis: dentibus subulatis serrulatis, corollae galeâ obtusissimâ.

Habitat in Caucaso alpino orientali et iberico. ♃

Humilis, *facie* P. verticillatae. *Folia* huic similia pinnis tamen primariis profundius dissectis: caulina quandoque opposita aut terna saepius alterna. *Calyces* oblongi: dentibus longiusculis, imis longioribus, summo incumbente minimo; nec ovati, propter denticulos minimos quasi truncati, ut in P. verticillatâ. *Corolla* purpurea similis P. verticillatae: galeâ vero obtusissimâ antice rectilineâ, ut in P. recutitâ.

1195. PEDICULARIS *comosa.*

P. caule simplici, foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis, subdentatis, spicâ foliosâ, calycibus quinquefidis, corollae galeâ bidentatâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 220. Stephan in act. soc. linn. lipsi. cum icone. Allion. pedem. n. 229. t. 4. f. 1 et auctar. p. 4.*

Filipendula quinta, Filipendula montana flore pediculariae *C. B. Tabern. Kraeut. p. 420.*

Alectorolophus alpina. *Clus. hist. 2. p. 210. icon mala.*

β. humilior magisque pubescens.

P. tuberosa. *Pall. ind. taur.*

P. orientalis flore magno flauescente, Asphodeli radice. *Tournef. cor. p. 9. (ex autopsiâ herb. Tournef.)*

Crescit in Tauriae petrosis montanis et in alpibus caucasicis. Floret locis rupestribus apricis Majo, Junio; in alpibus etiam Septembri florentem legi. ♃

Calycis dentes breues obtusiusculi. *Corolla* constanter flaua. *Filamenta* 2 apicem versus villosa, 2 nuda. *Pinnis* latioribus angustioribusque valde *variat.* Gmelinus in *Florâ sibiricâ 3. p. 208 sub n. 19.* hanc et affines confudit. *Clusium* consulto huc excitaui, quamuis ejus *synonymon* vulgo ad *P. foliosam* trahatur, *radice* nequaquam filipendulinâ alienam.

324. ANTIRRHINUM. Cal. 5-phyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera: faux palato bipartito connexo clausa. Capsl. 2-locularis.

* *Foliis angulatis, capsulis multiualuibus.*

1196. ANTIRRHINUM *Elatine.*

A. foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 234. Flor. dan. t. 426. Curt. lond. Hall. hist. n. 340. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

Elatine secunda. *Tabern. Kraeut. p. 1091.*

Commune in ruderatis et agris incultis. Floret Julio, Auguſto. ⊙

1197. ANTIRRHINUM *ſpurium.*

A. foliis piloſis alternis ſubrotundo-ouatis: inferioribus obſolete dentatis, ſuperioribus ſubſeſſilibus integerrimis, caule procumbente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 235. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 341. Pall. ind. taur.*

Elatine prima. *Tabern. Kraut. p. 1091.*

Cum praecedente reperitur. ⊙

* * *Foliis oppoſitis, capſulis multiualuibus.*

1198. ANTIRRHINUM *ſimplex.*

A. foliis ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcoſis, floribus racemosis: calcare recto. caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 243. Jacq. ic. rar. 3. t. 499. collect. 4. p. 204.*

Occurrit in Iberiâ mediâ. ⊙

Racemus pauciflorus villoſo-viſcoſus. *Flores* parui: *calycinis* foliolis linearibus, *corollâ* luteâ magnitudine A. minoris.

1199. ANTIRRHINUM *minus.*

A. foliis pleriſque alternis lanceolatis obtuſis, caule ramoſiſſimo diffuſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 241. Flor. dan. t. 502. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 335. Pall. ind. taur.*

A. minus flore carneo elatius. *Barrel. ic. 652.*

In incultis paſſim reperitur. Floret aeſtate. ⊙

* * * *Foliis alternis, capſulis multiualuibus.*

1200. ANTIRRHINUM *geniſtifolium.*

A. foliis lanceolatis acuminatis, paniculâ virgatâ flexuoſâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 252. Jacq. auſtr. 3. p. 25. t. 244. Allion. pedem. n. 243. Pall. ind. taur. Dillen. elth. t. 164.*

Linaria pannonica prima. *Cluſ. hiſt.* 1. p. 322. *Tabern. Kraeut. p.* 1208.

β. foliis anguſtioribus lineari-lanceolatis.

A. foliis linearibus adſcendentibus, floribus ſpicatis confertis, calcare flore longiore. *Hall. hiſt. n.* 337.

Linaria conſtantinopolitana Lini ſatiui folio, flore luteo. *Buxb. cent.* 1. p. 16. t. 25.

γ. foliis latioribus glaucis.

Linaria Iſatidis folio, flore luteo. *Amm. ruth. n.* 40.

Frequens in graminoſis apricis: γ in ſaxoſis cretaceis, circa Karaſſubaſar Tauriae. Floret Junio, Julio, Auguſto. 2

1201. ANTIRRHINUM *Linaria.*

A. foliis lanceolato-linearibus confertis: caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. *Linn. ed. Willd. 3. p.* 253. *Curt. lond. Hall. hiſt. n.* 336. *Gmel. ſib. 3. p.* 196. *n. 6. Habl. taur. p.* 128.

Commune in ruderatis et ad vias. Floret a Julio, uſque in autumnum. 2

Caucaſica planta plerumque *ramis* floriferis copioſis paniculatis inſtruitur; quoad reliqua ab *europaea* non differt.

1202. ANTIRRHINUM *macrourum.*

A. foliis linearibus confertis, caule erecto ſimpliciſſimo, ſpicâ terminali pedunculatâ, calyce hirſuto, calcare recto flore longiore.

A. linifolium. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p.* 161.

Habitat in Tauriae et deſerti caucaſico-caſpici apricis ſiccis, praeſertim ſabuloſis. Floret Majo, Junio. ☉ ♂

Facies praecedentis. *Folia* anguſtiora craſſiora glauca. *Spicae* breuiores: *floribus* paucioribus majoribus. *Bracteae* ſubulatae reflexae cauli parallelae. *Pedicelli* calyce breuiores. *Calycina*

ſegmenta ouato-oblonga obtuſa villoſa. *Corolla* colore Linariae: galeâ emarginatâ, palato ſaturatiore villoſo, calcare recto flore longiore.

1203. ANTIRRHINUM *odorum*

A. foliis linearibus planis alternis, caule paniculato virgato, floribus racemoſis: palato villoſo, calcare flori ſubaequali.

In arenâ mobili deſerti cumani hinc inde obuium, ad Wolgam et Boryſthenem frequentius. Floret aeſtate. ☉ ♂

Affine A. junceo, glaberrimum, glauceſcens: *ramis* elongatis patulis gracilibus ramoſis. *Folia* plana acuta, nec carnoſa ſubtus rotundata. *Racemi* laxi. *Bracteae* ſubulatae minutae. *Pedicelli* graciles calyce longiores. *Flores* duplo minores A. genifolio flaui: *galeâ* acute emarginatâ, *labio* trifido: lateralibus rotundatis mediâ lanceolatâ, *calcare* recto adſcendente flore paullo longiore.

325. SCROPHULARIA. Cal. 5-fidus. Corolla ſubgloboſa, reſupinata. Capſ. 2-locularis.

1204. SCROPHULARIA *aquatica.*

Scr. foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtuſis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 270. Flor. dan. t. 507. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 325. Gmel. ſib. 3. p. 194. n. 3. Pall. ind. taur.*

Ad foſſas et riuulos reperitur. Floret Junio, Julio. ♃

1205. SCROPHULARIA *vernalis.*

Scr. foliis cordatis pubeſcentibus duplicato-ſerratis, paniculis axillaribus dichotomis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 274. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 73. Flor. dan. t. 411. Hall. hiſt. n. 327. Pall. ind. taur.*

Lamium pannonicum ſecundum exoticum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 38.*

Crefcit in alpibus caucaficis. ♂

Planta maxime hirfuta et vifcofa. *Folia* argute duplicato-dentata.

1206. SCROPHULARIA *ebulifolia.*

Scr. foliis ternis glabris palmato-pinnatifidis: lobis lanceolatis acutis inaequaliter ferratis bafi fubincifis, racemis terminalibus.

Habitat in Iberiâ. ♃

Facies Scr. orientalis. *Caulis* fexangularis glaber purpurafcens. *Folia* petiolata terna glabra tenera venofa: fegmentis 3-6 inaequalibus longis inaequaliter ferratis bafi faepe incifis; infimis fubpetiolatis, unde folia veluti compofita: extimo majore. *Ramuli* foliati ex fingulorum foliorum axillis: *foliis* alternis breue petiolatis lanceolatis indiuifis ferratis. *Pedunculi* hifpiduli oppofiti multiflori dichotomi, in *racemum* longum terminalem compofitum digefti. *Affinis* Scr. orientalis *differt* foliis minoribus minus incifis biferratis: ferraturis multo pluribus confertis argutioribusque. Scr. orientalis foliis cannabinis. *Tournef. cor. p. 9* forte potius ad noftram fpectat, quam ad Scr. orientalem *Linn.*

1207. SCROPHULARIA *lucida.*

Scr. foliis inferioribus bipinnatis fubcarnofis glaberrimis, racemis bipartitis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 277.*

Scr. orientalis glauco folio, in amplas lacinias diuifo. *Tournef. cor. p. 9 et it. 1. p. 84. ic. p. 85.*

In Iberiâ, circa Tiflin reperitur. ♃

Folia inferiora pinnata: pinnis inaequalibus varie lobatis incifis et ferratis, ferraturis inaequalibus remotiufculis obtufis cum mucrone minimo. *Pedunculi* racemofi alterni femel feu bis bifidi: floribus ex dichotomiâ et terminalibus. *Flores* magnitudine Scr. Scorodoniae e viridi atro-purpurei immaculati. *Genitalia* incluſa. *Planta* tota glaberrima: pedicellis tantum

obſcure glandulosis. Haec foliorum inciſuris admodum *variat*, quare vix ſpecie differre credo Scr. laciniatam *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 169*, quamuis foliis minus diſſectis praeditam.

1208. SCROPHULARIA *variegata.*

Scr. foliis ouatis lobato-dentatis: inferioribus baſi pinnatifidis ſubpubeſcentibus, caulibus ſuffruticoſis ramoſis patulis, pedunculis racemoſis ſubtrifloris glanduloſo-hiſpidis.

Scr. caulibus baſi ligneſcentibus, foliis bipinnatifidis pubeſcentibus, racemis elongatis, pedicellis breuibus villis glandulosis hirtis. *Marſch. caſp. p. 177. app. n. 48. Linn. ed. Willd. 3. p. 278.*

Habitat in ſaxoſis Caucaſi, circa thermas Conſtantinomontanas frequens. ♄

Variat foliis magis minuſque inciſis: ſegmentis dentatis vel laciniatis. *Color* totius plantae pallide viridis. *Flores* praecedente minores. *Corolla* purpurea: labii ſuperioris lacinulâ alterâ albâ, inferiore toto albo. *Genitalia* exſerta.

1209. SCROPHULARIA *chryſanthemifolia.*

Scr. foliis bipinnatifidis glabris ſegmentis linearibus dentatis: ſummis indiuiſis, caule paniculato virgato, pedunculis racemoſis dichotomis glabris.

Scr. foliis bipinnatifidis glabris: ſegmentis linearibus inciſis, racemis paniculatis, pedunculis ſubdichotomis. *Marſch. caſp. p. 179. app.*

Scr. (*pinnata*) foliis pinnatis, foliolis inciſis, racemis ſimpliciſſimis terminalibus. *Mill. dict. n. 15.*

Scr. lucida? *Pall. ind. taur.*

Scr. canina. *β. Linn. ed. Willd. 3. p. 277.*

Scr. orientalis chryſanthemi folio, flore minimo variegato. *Tournef. cor. p. 9. (ex autopſiâ herbar. Tournef.)*

Habitat in Tauriae glareosis, circa torrentes. Floret aestate. ♃

Affinis Scr. lucidae: *dignoscitur foliorum* segmentis elongatis, *pedunculis* multifloris, *floribus* minoribus, *corollis* sanguineis margine albis, *genitalibus* exsertis.

1210. SCROPHULARIA *rupestris.*

Scr. foliis oblongo-ouatis utrinque attenuatis dentatis glabris, caulibus teretiusculis incano-pubescentibus, pedunculis racemosis subdichotomis pubescentibus.

Scr. foliis oblongis petiolatis dentatis glabriusculis, racemo terminali, pedunculis trifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 274.*

Scr. orientalis. *Habl. taur. p. 164.*

Habitat in Tauriae meridionalis rupestribus. Floret Majo, Junio. ♃

Non *fruticat*, quamvis *hybernaculum* aliquando inter lapides emergat. *Caules* annotini aggregati pedales superne subramosi. *Folia* rigidula albido-viridia subtriplinervia: dentibus inaequalibus. *Bracteae* lanceolatae. *Pedunculi* saepe triflori. saepe etiam repetitâ dichotomiâ multiflori. *Flores* praecedente vix majores: *corollis* immaculatis. *Genitalia* exserta.

1211. SCROPHULARIA *minima.*

Scr. foliis ouatis sublobatis dentatis petiolatis, caulibus simplicissimis, capitulo terminali.

Scr. orientalis minima, folio subrotundo. *Tournef. cor. P. 9.*

Habitat in Iberiâ. *C. Mussin-Puschkin.* ♃

Plantula digito minor. *Folia* unguicularia ambitu inaequaliter sublobata: lobis denticulatis. *Hirsuties* per totam plantulam nulla; quae tamen subsuiscida est, ut arenulae cauli fo-

liisque adhaereant. *Flores* magnitudine Ser. vernae feſſiles in capitulum denſum ſubgloboſum coaceruati: *corollâ* roſeâ labello pallidiore.

326. CELSIA. Cal. 5-partitus. Cor. rotata. Filamenta barbata. Capſ. bilocularis.

1212. CELSIA *orientalis.*

C. foliis bipinnatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 279. Hort. upſ. p. 179. t. 2. Lamark dict. 1. p. 662. n. 1. Pall. ind. taur.*

Blattaria orientalis Agrimoniae folio. *Buxb. cent. 1. p. 14. t. 20.*

Creſcit in Tauriae rupeſtribus, circa praedium Tſchorgunam: per Iberiam calidiorem frequens. Floret Junio. ⊙

327. DIGITALIS. Cal. 5-partitus. Cor. campanulata, 5-fida, ventricoſa. Capſ. ouata, 2-locularis.

1213. DIGITALIS *ferruginea.*

D. calycinis foliolis oblongis obtuſiſſimis glabris, corollae lobis lateralibus labii inferioris acutis: intermedio oblongo hirſuto concauo, floribus diſtantibus, bracteis lanceolatis glabris calycis longitudine. *Linn. ed. Willd. 3. p. 286. Sabbat. hort. 2. t. 86. Allion. pedem. n. 260.*

D. lutea non ramoſa, Scorzonerae folio. *Buxb. cent. 5. p. 25. t. 49.*

Creſcit in Caucaſi iberici ſyluis. ♃

Planta tota glaberrima, etiam *bracteis* et *calyce. Caulis* ſimpliciſſimus: racemo longiſſimo. *Corolla* ſordide-luteſcens pubeſcens: labio ſuperiore obtuſo bilobo, inferiore concauo: laciniis lateralibus acutis, mediâ ouatâ latâ intus hirſutâ: callo utrinque ad faucem.

328. LINDERNIA Cal. 5-partitus. Cor. ringens: labio fuperiore breuiffimo. Stam. 2 inferiora dente terminali antherâque fublaterali. Capf. 1-locularis.

1214. LINDERNIA *Pyxidaria.*

L. foliis oblongo-ouatis integerrimis trineruiis feſſilibus, pedunculis axillaribus unifloris, caule procumbente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 325. Jacq. collect. 1. p. 271. Allion. pedem. n. 203.*

Capraria gratioloides. *Linn. ſpec. pl. p. 876.*

Pyxidaria repens annua, floſculis monopetalis unilabiatis. *Lindern alſat. 1. p. 152. t. 1 et 2. p. 167.*

In humidis Iberiae, circa Tiflin frequens. *D. Steuen.* ⊙

329. OROBANCHE Cal. 2-4-5-fidus. Cor. ringens. Capſ. 1-locularis, 2-ualuis, polyſperma. Glandula ſub baſi germinis.

** Corollis quadrifidis.*

1215. OROBANCHE *caryophyllacea.*

O. caule ſimplici, corollâ inflatâ fimbriato-criſpâ: labio inferiore laciniis obtuſis aequalibus, ſtaminibus intus baſi hirſutis. *Smith in. act. ſoc. linn. lond. 4. p. 16;. Linn. ed. Willd. 3. p. 348. Hall. hiſt. n. 295. Sabbat. hort. 3. t. 11.*

O. major. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

Occurrit in herbidis apricis paraſitica. 2

Bracteae ſolitariae. *Calyces* diphylli: foliolis interdum bipartitis, ſaepius ſimplicibus acuminatis. *Stamina* baſi pilis paucis. *Germen* glabrum. *Stylus* apice ſubpubeſcens.

1216. OROBANCHE *alba.*

O. caule fimpliciſſimo, corollis quadrifidis, ſtaminibus hirſutis, ſtylo ſubpubeſcente, calyce diphyllo indiviſo.

O. caule fimpliciſſimo, corollis quadrifidis, ſtaminibus glabris, ſtylo ſuperne piloſo-glanduloſo, calyce biſido indiviſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 350.*

O. major, thyrſo florum ſpecioſo. *Buxb. cent. 3. p. 2. t. 1. f. 2.*

Frequens in graminoſis Caucaſi. Floret per totam aeſtatem. ♃

Hirſuties totius plantae ſubruſa. *Flores* ſpecioſi albi cum tincturâ purpurae. *Bracteae* ſolitariae. *Calycis* foliola lanceolato-ſubulata. *Stamina* baſi undique hirſuta: apicem verſus pilis raris. *Germen* glabrum. *Stylus* ſubpubeſcens.

1217. OROBANCHE *caeruleſcens.*

O. caule ſimplici, corollâ quadrifidâ, bracteis longitudine floris calycibusque albo-villoſis, ſtaminibus ſtyloque glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 349.*

Habitat in campis herbidis ad fluvium Terek, inter Kiſljar et Moſdok. Floret Majo, Junio. ♃

Flores caeruleſcentes incani. *Bracteae* ſolitariae longe acuminatae cum calyce villis albis valde pubeſcentes. *Calyx* profunde bipartitus: ſegmentis lanceolatis apice fiſſis. *Stamina* ſubinde baſi pilis raris.

** *Corollis quinquefidis.*

1218. OROBANCHE *caerulea.*

O. caule ſubſimplici, corollis quinquefidis, bracteis ternis, calycibus ſubulatis ſemiquadrifidis. *Sutton in act. ſoc. linn. lond. 4. p. 184. Linn. ed. Willd. 3. p. 352. Hall. hiſt. n. 294. Gmel. ſib. 3. t. 46. f. 1.*

O. purpurea. *Jacq. auſtr. 3. p. 41. t. 276. Roth catal. 2. p. 26.*

O. cerntia. *Pall. ind. taur.*

O. minor caerulea non ramoſa. *Buxb. cent. 3. p. 2. t. 1. f. 2.*

Occurrit in campis herbidis Tauriae et Iberiae, etiam in ſabulis littoralibus. Floret aeſtate. ♃

Calyx quadrifidus, cum lacinulâ quintâ ſuperiore minimâ. *Filamenta* et *piſtillum* glabra. *Antherae* piloſae.

Gmelinus in *Florâ ſib. 3. p. 214 ſub n. 28* hanc et plures affines confudit; *icon* vero citata huc omnino pertinet.

1219. OROBANCHE *ramoſa.*

O. caule ramoſo, corollis quinquefidis, bracteis ternis, calycibus brevibus profunde quadrifidis. *Sutton in act. ſoc. linn. lond. 4. p. 185. Linn. ed. Willd. 3. p. 353. Hall. hiſt. n. 296.*

O. tertia polyclonos. *Cluſ. hiſt. 1. p. 271.*

Reperitur in promontorii caucaſici ſeptentrionalis herbidis hinc inde, cum affinibus florens. ♃

1220. OROBANCHE *arenaria.*

O. caule ſimpliciſſimo, corollis quinquefidis, bracteis ſolitariis lanceolatis, calycibus ſubquadrifidis.

O. cretica procerior non ramoſa, caule tenui, flore paruo ſubcaeruleo. *Tournef. cor. p. 10. (ex autopſiâ herbar. Tournef.)*

Habitat in arenâ mobili deſerti aſtracanenſis atque cumani. Floret aeſtate. ♃

Facies O. ramoſae varietatis ſimplicis. *Dignoſcitur bracteis* ſolitariis nec ternis. *Genitalia* glabra.

1221. OROBANCHE *coccinea.*

O. caule unifloro, corollâ quinquefidâ inflatâ, calyce quinquepartito nudo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 354. Marsch. descr. casp. edit. gallic. p. 58.*

O. (*Phelipaea*) caule simplici unifloro, calyce nudo quinquefido: foliolis tribus superioribus erectis conniuentibus. *Marsch. casp. app. p. 179. n. 49.*

Phelipaea orientalis flore coccineo. *Tournef. cor. p. 47. t. 479.* Lamark *dict. 2. p. 28. sub n. 3. Poiret dict. 5. p. 268. n. 3.*

Crescit in herbidis Caucasi, etiam ruthenì. Floret Majo, Junio. 2

Variat rarissime *caule* bifloro.

330. DODARTIA. Cal. 5-dentatus. Corollae labium inferius dupio longius. Caps bilocularis, globosa.

1222. DODARTIA *orientalis.*

D. foliis linearibus integerrimis glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 355. Mill. ic. t. 27. Gmel sib. 3. p. 200. n. 9.*

D. orientalis flore purpurascente. *Tournef. cor. p. 47. itin. 3. t. 208.*

Coris juncea aphyllos. *Amm. ruth. n. 46. t. 5.*

Copiosa in campestribus subsalsis ad Caucasum, etiam in Iberiâ. Floret aestate. 2

331. VITEX. Cal. 5-dentatus. Cor. limbus 6-fidus. Drupa monosperma: nuce quadriloculari.

1223. VITEX *Agnus castus.*

V. foliis digitatis septenatis quinatisque lanceolatis subintegerrimis, spicis verticillatis paniculatis. *Linn. ed.*

Willd. 3. p. 391. Willd. arb. berol. p. 406. Jacq. collect. 3. p. 64. Blackw. t. 139. Pall. roſſ. 2. p. 44 et ind. taur. Habl. taur. p. 103.

Agnus ſiue Vitex. *J. Bauh. hiſt. 1. lib. 8. p. 205.*

Creſcit in Tauriâ, ad Pontum Euxinum, circa pagum Jurſuph et in glareoſis ad radices montis Ajudag. Floret Julio, Auguſto. ♄

Foliola integerrima. *Corollae* caeruleae vel albicantes.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

332. MYAGRUM. Silicula ſtylo conico terminata: articulis 1-2, ſubmonoſpermis.

1224. MYAGRUM *rugoſum*,

M. ſiliculis ſulcatis piloſis rugoſis, foliis oblongis obtuſis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 406. Pall. ind. taur.*

Rapiſtrum rugoſum. *Allion. pedem. n. 940. t. 78.*

β. ſiliculis glabriuſculis,

M. orientale. *Pall. ind. taur.*

Commune in Tauriae ſterilibus incultis. Floret a Majo, uſque in autumnum. ⊙

Folia ſaepe repando-dentata aut ſubſinuata, rarius integra dentata. *Siliculae* biarticulatae; inferiore oblongo abortiente.

1225. MYAGRUM *perfoliatum.*

M. ſiliculis obcordatis ſubſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 407. Schkuhr bot. n. 1754. t. 178. Hall. hiſt. n. 524. Sabb. hort. 4. t. 3. Pall. ind. taur.*

Occurrit hinc inde inter ſegetes. Floret Majo, Junio. ⊙

1226. MYAGRUM *auſtriacum.*

M. ſiliculis ſubrotundis glabris, foliis obouato-lanceolatis dentatis baſi integerrimis amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 408. Jacq. auſtr. 2. p. 7. t. 111. Cranz auſtr. 1. p. 15. t. 2. f. 1. 2. Pall. ind. taur.*

M. aquaticum. *Lamark dict. 1. p. 572. n. 18.*

In humentibus paſſim reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

Silicula formâ fere infequentis laeuis polyfperma *ftylo* perfiftente ipfâ longiore coronata.

1227. MYAGRUM *paniculatum.*

M. filiculis fubrotundo-globofis reticulato-rugofis, foliis lanceolatis fubdentatis fagittatis amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 409. Flor. dan. t. 204. Gmel. fib. 3. p. 249. n. 2. Hall. hift. n. 522. Loef. pruff. p. 114. t. 56. Pall. ind. taur.*

Crambe paniculata. *Allion. pedem. n. 935.*

Rarius in Taurine meridionalis et Caucafi cultis obuium. Floret Majo, Junio. ⊙

333. BUNIAS. Silicula enaluis, 2-4-locularis, oligofperma, ftylo coronata: fuperficie inaequali.

1228. BUNIAS *orientalis.*

B. filiculis ouatis gibbis verrucofis, foliis inferioribus runcinato-lyratis: fuperioribus lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 412. Gmel. fib. 3. p. 256. n. 16. t. 57. Pall. ind. taur.*

Myagrum taraxacifolium. *Lamark dict. 1. p. 570. n. 10.*

Crambe orientalis dentis leonis folio, erucaginis facie. *Tournef. cor. p. 41.*

Frequens in graminofis et cultis. Floret Majo. Herba junior pro olere in Tauriâ. ♃

1229. BUNIAS *cochlearioides.*

B. filiculis ouatis obtufiufculis fubrugofis, foliis radicalibus oblongis: caulinis fagittatis amplexicaulibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 412. Murray in nou. comment. goett. a. 1777. p. 42. t. 3. Waldft. et Kit. rar. hung. 2. t. 107.*

Crambe Coruini. *Allion. pedem. n. 937. Barral. ic. 894. f. 2 et 1252.*

Myagrum monoſpermum minus. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 895. Buxb. cent. 1. t. 3. f. 2.*

Rapiſtrum folio glauco ſinuato, flore albo. *Vaill. pariſ. p. 71.*

Creſcit in ruderatis, circa oppida et pagos. Circa portum Theodoſianum Tauriae copioſa. Floret Aprili, Majo. ⊙

Stylus huic breuis et *filicula* ſubgloboſa laeuiuſcula, unde *affinitas* cum Crambe ſumma.

1230. BUNIAS *ſyriaca.*

B. ſiliculis globoſis ſubtrigonis ſcabris uncinato roſtratis, foliis lanceolatis acutis petiolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 413. Gaertn. fruct. 2. p. 290. t. 141. f. 11.*

Anaſtatica ſyriaca. *Linn. ſpec. pl. p. 895. Jacq. auſtr. 1. p. 7. t. 6. Pall. ind. taur.*

M. roſtratum. *Scop. carn. ed. 2. n. 797. t. 35.*

Myagrum rigidum *Pall. it. 3. p. 741. app. n. 104. t. Ll. f. 1. et Mm. f. 2*

Frequens in cultis, ad vias. Floret Aprili, Majo. ⊙

334. CAKILE. Silicula lanceolata, medio bidentata, eualuis, biarticulata: articulis ſcedentibus, monoſpermis.

1231. CAKILE *martima.*

C. foliis pinnatis: pinnis linearibus ſubdentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 416. Gaertn. fruct. 2. p. 287. t. 141. f. 12.*

Bunias Cakile. *Linn. ſpec. pl. p. 936. Flor. dan. t. 1168. Sabbat. hort. 4. t. 49. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.*

Cakile maritima anguſtiore folio. *Tourneſ. cor. p. 49.*

Eruca maritima italica, filiquâ haftae cufpidi fimili. *C. B. Morif. hift. 2. fect. 3. t. 6. f. 21.*

Frequens in maritimis Tauriae. Floret Majo, Junio. ⊙

335. CRAMBE. Silicula globofa f. obouata, eualuis, monofperma, mutica.

* *Filamentis 4 longioribus apice bifurcis: altero antherifero.*

1232. CRAMBE *maritima.*

Cr. foliis pinnatifidis incifo-dentatis cauleque glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 418. Flor. dan. t. 316. Lamark dict. 2. p. 162. n. 1.*

Braffica anglica, Braffica maritima. *C. B. Tabern. Kraeut. p. 787.*

Copiofa in Tauriae arenâ littorali. Floret Majo, Junio. ♃

Folia radicala haud profunde diffecta, fed irregulariter lobata finuataque: lobis plicatis diuaricatis.

1233. CRAMBE *orientalis.*

Cr. foliis radicalibus pinnatis nudis: pinnis runcinatis, coftâ mediâ foliaceâ dentatâ, caule glabro.

Cr. foliis finuato-pinnatifidis fcabris, caule glabro paniculato. *Lamark dict. 2. p. 163. n. 2. Jacq. ic. rar. 1. t. 128. mifc. 2. p. 337. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 128.*

Rapiftrum orientale Acanthi folio. *Tournef. cor. p. 14. Buxb. cent. 5. p. 45. app. n. 30.*

Frequens in campis vaftis Tauriae et regionum Caucafo a feptentrione adjacentium. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta minime hifpida, ne quidem inferne. *Fructus:* bacca ficca globofa laeuis monofperma Pifi magnitudine.

1234. CRAMBE *Tataria.*

Cr. foliis radicalibus decompositis hispidiusculis: pinnulis lobatis, costâ mediâ subnudâ, caule basi hispido.

Cr. foliis supradecompositis inciso-dentatis cauleque glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 418. Jacq. ic. rar. 1. t. 129. misc. 2. p. 274.*

Cr. (*orientalis*) foliis scabris, caule glabro. *Linn. ed. Reich. 3. p. 290. Falck it. 2. p. 219. n. 791. t. 14.*

Cr. laciniata. *Lamark dict. 2. p. 163. n. 3.*

Cr. foliis et foliolis alternatim pinnatifidis. *Royen lugd. p. 330.*

Occurrit cum praecedente. ♃

Folia nouella cum *caulibus* valde hispida actate villositatem exuunt, ut caulis tantum basis foliorumque nerui pilis vagis pubescant. *Planta* caeterum praecedenti maxime *affinis.*

1235. CRAMBE *aspera.*

Cr. tota hispida, foliis radicalibus bipinnatifidis: pinnis oblongis dentatis, fructibus rugosis.

Cr. (*orientalis*) foliis oblongis pinnatifido-runcinatis scaberrimis, caule glabriusculo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 418.*

Habitat in deserto caucasico-caspio et ad Wolgam inferiorem. Floret cum praecedentibus. ♃

Planta etiam fructifera pilis crebris erectis rigidis undique hispida. *Fructus* rugosi subtuberculati.

** *Filamentis simplicibus.*

1236. CRAMBE *macrocarpa.*

Cr. foliis simplicibus reniformibus crenato-sublobatis, siliculis pyriformibus.

Cochlearia (*sibirica*) foliis cordatis inciso-dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 450.*

Habitat in Tauriae rupeſtribus. ad fontes riui Salgir et in faxis abruptis mari nigro imminentibus, circa Alupkam; paſſim quoque in Iberiae rupeſtribus. Floret a Majo, uſque ad Auguſtum. ♃

Radix repens. *Rami* floriferi paniculati. *Siliculae* oblongae baſi attenuatae obtuſae laeues eualues monoſpermae. *Semen* lineare. *Habitus* quidem Cochleariae, ſed *fructus* alienus, potius Crambes. *Planta* Tauriae Iberiaeque peculiaris, nec ſibirica, forte ſui generis.

336. ISATIS. Silicula obcordata, bipartibilis, monoſperma: valuulis carinatis, diſſepimento feneſtrato.

1237. ISATIS *tinctoria.*

I. foliis radicalibus crenatis: caulinis ſagittatis, filiculis oblongis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 420. Schkuhr bot. n. 1921. t. 188. Hall. hiſt. n. 523. Gmel. ſib. 3. p. 250. n. 3. Pall. ind. taur.*

Communis in Tauriae et Caucaſi campis ſterilibus, etiam in ſaxoſis Iberiae mediae, circa Tiflin. Floret aeſtate. ♂

1238. ISATIS *armena.*

I. foliis ſubdentatis: inferioribus ſpathulatis, ſuperioribus cordato-ſagittatis; filiculis baſi emarginatis.

I. foliis integerrimis cordatis poſtice obtuſis, filiculis cordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 421.*

I. armena foliis Braſſicae perfoliatae, fructu cordiformi caneſcente. *Tournef. cor. p. 14. Buxb. cent. 1. p. 3. t. 4.*

Occurrit in Iberiâ, circa Tiflin. ⊙

Facies I. luſitanicae. *Radix* exilis annua alba. *Caulis* pedalis vel ſeſquipedalis ſuperne ramoſus. *Folia* carnoſula glabra denticulis obſoletis paucis quandoque vix manifeſtis: radicalia

et caulina infima in petiolum attenuata oblonga obtuſa, caetera ſeſſilia cordato-ſagittata: lobis baſeos obtuſis ſeu obtuſiuſculis. *Racemus* terminalis et axillares nudi glabri. *Pedicelli* filiformes flore triplo et quadruplo longiores, fructiferi reflexi. *Flores* magnitudine I. alpinae, duplo I. tinctoriâ majores: *petalis* unguis calyce plus duplo longioribus. *Siliculae*, quas immaturas tantum vidi, incanae apice acutiuſculae baſi latiores ſubcordatae. *Diſtincta* ſpecies, quae praeter filicularum formam, ab I. tinctoriâ florum magnitudine, ſicut ab I. alpinâ radice annuâ *dignoſcitur*.

337. CORONOPUS. Silicula reniformis, criſtata, oualuis, bilocularis: loculis monoſpermis.

1239. CORONOPUS *Ruellii*.

C. filiculis integris criſtato-muricatis, ſtylo porrecto, corymbis pauciſloris. *Smith. brit. Hall. hiſt. n.. 502. Allion. pedem. n. 934.*

Cochlearia (*Coronopus*) foliis pinnatifidis, caule depreſſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 450. Flor. dan. t. 202. Sabbat. hort. 4. t. 9. Pall. ind. taur.*

In Tauriae ruderatis rarior. Floret aeſtate. ⊙

338. DRABA. Silicula integra, ouali-oblonga: valuis planiuſculis, diſſepimento parallelis. Stylus ſubnullus.

* *Scapo nudo.*

1240. DRABA *aizoides*.

Dr. foliis lanceolatis rigidis carinatis margine ciliatis, ſcapo filiculisque villoſis.

Dr foliis lanceolatis rigidis carinatis margine ciliatis, petalis calyce duplo longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 424.*

Jacq. auſtr. 2. p. 55. t. 192. *collect.* 1. p. 373. *Curt. bot. mag. Gouan illuſtr.* p. 39. *Hall. hiſt.* n. 498. *Pall. ind. taur.*

Creſcit in rupeſtribus montium Tauriae altiorum. Floret Majo. 2

Haec *ſtylo* longo et *ſiliculorum* valuulis gibbis maxime a caractere eſſentiali generis aberrat.

1241. DRABA *rigida.*

Dr. foliis oblongis rigidis carinatis margine ciliatis, ſcapo ſiliculiſque glaberrimis.

Dr. foliis lanceolatis rigidis carinatis margine ſubciliatis, petalis longitudine calycis. *Linn. ed. Willd.* 3. p. 415

Alyſſum orientale minimum, foliis rigidis et lucidis. *Tourneſ. cor.* p. 15.

Frequens in rupeſtribus alpium Caucaſicarum. Floret Majo. ⊙

Facies Dr. pyrenaicae, *ſurculi* etiam copioſiſſimi denſe ceſpitantes. *Folia* quadruplo praecedente minora leuiter ciliata, baſi albidâ ſurculo adpreſſa, apice patentia. *Scapi* breues tenuesque, ut in Dr. vernà. *Flores* duplo praecedente minores lutei. *Petala* ſubrotunda calyce longiora. *Siliculae* ellipticae *Stylo* acuminatae: valuulis planis.

1242. DRABA *repens.*

Dr. foliis lanceolatis integerrimis ſubtus margineque piloſis, ſurculis repentibus, ſcapis axillaribus ſimpliciſſimis ſubvilloſis, petalis emarginatis calyce duplo longioribus.

Lepidum foliis lanceolatis, caule nudo. *Gmel. ſib.* 3. p. 255. n. 13. t. 56. f. 2.

Habitat in alpium caucaſicarum rupeſtribus. 2

Surculi folioſi elongati repentes. *Folia* latiuſcula ima ſaepe ouato-lanceolata: pilis albis proſtratis ſimplicibus. *Scapi* digitales adſcendentes juniores praeſertim et baſi villis mollibus pa-

tilis hirsuti. *Flores* magnitudine praecedentis: petalis luteis. *Stylus* lineae dimidium longus. *Pedicelli* fructus filiformes. *Siliculae* glabrae, quas maturas non vidi.

1243. DRABA *hispida.*

Dr. foliis spathulato-lanceolatis subdentatis hispidis: pilis bisurcatis, scapis simpliciſſimis glabris, petalis emarginatis cályce duplo longioribus.

Dr. foliis obouatis subdentatis hispidis sessilibus: pilis bisurcatis, scapo nudo, stylo breviſſimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 426.*

Alyssum orientale Polygoni folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 15.*

Crescit cum proxime praecedentibus, in Caucaso alpino. ♃

Statura praecedentis, sed non ut haec surculis elongatis repens. *Folia* basi attenuata: dentibus 2-4 magnis. *Flores* magnitudine formâ et colore praecedentis speciei. *Pedicelli* fructus horizontales filiformes. *Stylus* breviſſimus. *Silicula* oblongo-ouata plana. *Variat* stylo lineae dimidium fere longo.

1244. DRABA *verna.*

Dr. foliis oblongis acutiusculis subserratis subhirtis, scapo nudo, petalis bifidis, stigmate sessili. *Linn. ed. Willd. 3. p. 426. Curt. lond. Hall. hist. n. 496. Pall. ind. taur.*

Frequens in campis collibusque apricis. Floret Martio, Aprili. ☉

** *Caule folioso.*

1245. DRABA *siliquosa.*

Dr. caule subramoso unifolio, foliis lineari-lanceolatis subdentatis pubescentibus, siliculis linearibus glabris erectiusculis.

Habitat in alpibus Caucasicis. ♃

Statura Dr. vernae, sed perennis et *caule* saepe bifurco: folio sub bifurcaturâ. *Folia* denticulis paucis remotis undique

villoſula; interdum integerrima et ſubglabra. *Flores* magnitudine Dr. vernae: *petalis* albis oblongis vix emarginatis. *Stigma* ſubſeſſile. *Siliculae* longae, ut in Dr. carolinianâ, potius ſiliquae nuncupandae.

1246. DRABA *muralis.*

Dr. caule ramoſo, foliis ouatis amplexicaulibus dentatis, ſiliculis patentibus glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 429. Ehrh. cat. 7. p. 153. Hall. hiſt. n. 499. Pall. ind. taur.*

Burſa paſtoris major, loculo oblongo. *C. Bauh. prodr. p. 50. cum ic.*

In Tauriae montibus ſiccis reperitur. Floret Aprili, Majo. ⊙

Petala albida. *Silicula* elliptica glabra.

1247. DRABA *nemoralis.*

Dr. caule ramoſo, foliis ouatis amplexicaulibus dentatis, ſiliculis patentibus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 429. Ehrh. catal. 7. p. 154. Gmel. ſib. 3. p. 253. n. 7.*

In campeſtribus Tauriae et Caucaſi obuia. Floret cum praecedente. ⊙

Petala flaua. *Silicula* lineari-elliptica pubeſcens.

339. LEPIDIUM. Silicula emarginata. polyſperma: valuulis carinatis, diſſepimento contrariis.

1248. LEPIDIUM *perfoliatum.*

L. foliis caulinis pinnato-multifidis, rameis cordatis amplexicaulibus integris. *Linn ed. Willd. 3. p. 431. Jacq. auſtr. 4. p. 24. t. 346. Decand. in dict. enc. 5. p. 47. n. 7. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.*

Naſturtium orientale foliis inferioribus milleſolium, ſuperioribus perfoliatam referentibus. *Tournef. inſt. p. 214.*

Copioſum in incultis. Floret Aprili, Majo. ⊙

1249. LEPIDIUM *vesicarium.*

L. foliis pinnatis, foliolis linearibus, geniculis caulinis inflatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 431. Decand. in dict. enc. 5. p. 48. n. 9.*

L. orientale nasturtii folio, caule vesicario. *Tournef.* cor. *p. 15. Buxb. cent. 1. p. 17. t. 26.*

In lapidosis aridissimis, muris antiquis et sterilibus aliis, per Caucasum orientalem et Iberiam mediam minime rarum. Floret cum praecedente. ⊙

Petala obtusa *calyce* duplo longiora. *Siliculae* utrinque acutiusculae.

1250. LEPIDIUM *procumbens.*

L. caule basi ramoso: ramis adscendentibus, foliis inferioribus pinnatifidis: superioribus lanceolatis indiuisis, petalis longitudine calycis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 432. Decand. in dict. enc. 5. p. 48. n. 12. Allion. pedem. n. 926.*

Nasturtium pumilum supinum vernum. *Magn. monsp. t. 184.*

Frequens primo vere, in siccis, circa oppidum Kisljar. ⊙

Silicula obtusissima non emarginata. *Stigma* sessile.

1251. LEPIDIUM *petraeum.*

L. foliis pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 434. Jacq. austr. 2. p. 19. t. 31. Decand. in dict. enc. 5. p. 48. n. 11. Hall. hist. n. 515. Pall. ind. taur.*

Cardamine pusilla saxatilis montana discoides. *Column. ecphr. p. 274. ic. p. 273.*

Legi in petrosis, circa Tauriae meridionalis pagum Lambat. Floret Aprili. ⊙

Plantae tauricae *foliola* 3-4-juga basi ad costam mediam decurrunt; quâ unicâ notâ ab austriacâ recedit: vix tamen specie distincta. *Silicula* utrinque acutiuscula.

1252. LEPIDIUM *crassifolium.*

L. foliis indiuisis integerrimis: radicalibus petiolatis ouatis, caulinis sessilibus lanceolatis sagittatisque. *Waldst. et Kit. rar. hung. 1. p. 4. t. 4. Linn. ed. Willd. 3. p. 436. Pall. nou. it. 1. p. 125.*

L. salinum *Pall. ind. taur.*

L. verrucosum. *Decand. in. dict. enc. 5. p. 46. n. 5.*

Crescit circa crateres collium argillam bituminosam cum multâ aquâ et aere eructantium, ad Bosphorum Tauriae. Floret Majo, Junio. ♃

Silicula basi cordata apice acuta: *stylo* exserto breuissimo, formâ fere insequentis.

1253. LEPIDIUM *Draba.*

L. foliis indiuisis lanceolatis amplexicaulibus dentatis pubescentibus.

L. Draba. *Roth germ. 2. p. 88. Cranz austr. p. 10. n. 3.*

Cochlearia Draba. *Linn. ed. Willd. 3. p. 451. Jacq. austr. 4. p. 8. t. 315. Allion. pedem. n. 933. Pall. ind. taur.*

Frequens in incultis, ad vias. Floret Majo. ♃

Silicula basi cordata apice acuta: *Stylo* exserto lineam longo.

1254. LEPIDIUM *latifolium.*

L. foliis ouato-lanceolatis integris serratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 436. Flor. dan. t. 557. Decand. in dict. enc. 5. p. 45. n. 1. Hall. hist. n. 505. Pall. ind. taur.*

Copiosum in Tauriae Caucasique campestribus, locis argillosis subsalsis. Floret aestate. ♃

1255. LEPIDIUM *graminifolium.*

L. foliis radicalibus lyrato- pinnatifidis: caulinis inferioribus lanceolatis ferratis, fuperioribus linearibus integerrimis, floribus hexandris, filiculis ouatis acuminatis. *Roth nou. catal. 1. p. 220. Hall. hiſt. n. 507.*

L. foliis linearibus: fuperioribus integerrimis, caule paniculato virgato, floribus hexandris. *Linn. ſpec. pl. p. 900.*

L. Iberis. *Roth. germ. 2. p. 95. Willd. in ed. Linn. 3. p. 441. (quoad notam et excluſis ſynonymis plerisque.) Decandolle in dict. enc. 5. p. 47. n. 6.*

Occurrit in Tauriae meridionalis cultis, ad muros et ſepes. Floret aeſtate. ♃

Dignoſcitur ab affinibus facile *ſiliculâ* acutâ minime emarginatâ. *Stigma* fere ſeſſile.

1256. LEPIDIUM *inciſum.*

L. foliis imis oblongis lyrato-pinnatis, inferioribus lato-lanceolatis inciſo-dentatis: ſuperioribus linearibus remote dentatis, floribus diandris, ſiliculis orbiculatis compreſſis leuiter emarginatis. *Roth nou. catal. 1. p. 224.*

L. Pollichii. *Roth germ. 2. p. 91. (excluſo ſyn. Pollichii.) Willd. in ed. Linn. 3. p. 441.*

Occurrit in ruderatis et ad vias, circa oppidum Kiſljar. Floret Majo, Junio. ☉

Flores magnitudine L. ruderalis. *Petala* minutiſſima linearia fugacia. *Pedicelli* pubeſcentes. *Silicula* orbiculata leuiſſime emarginata: *ſtigmate* ſeſſili.

1257. LEPIDIUM *ruderale.*

L. floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis: ramiferis linearibus integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 440. Flor. dan. t. 184. Hall. hiſt. n. 508. Gmel. ſib. 3. p. 254. n. 10. Pall. ind. taur.*

Thlaſpi ruderale. *Allion. pedem. n. 917.*

Maxime copioſum in ſterilibus incultis. ad vias, ſepes et alibi. A Majo, uſque in autumnum paſſim florens reperitur. ⊙

340. THLASPI. Silicula emarginata, obcordata, polyſperma: valuulis nauicularibus, marginato-carinatis.

1258. THLASPI *latifolium.*

Thl. ſiliculis latiſſimis obcordatis, foliis cordatis petiolatis repandis: radicalibus maximis.

Habitat in Iberiae ſyluis. ♃

Planta habitu diſtinctiſſima glabra. *Folia* radicalia reniformi-cordata medio acuta uncias 4-5 longa et lata: petiolo longiore; *caulina* 2-4 remota minora: petiolo breui. *Caulis* vix pedalis ſimpliciſſimus ſuperne nudus: *racemo* terminali ebracteato. *Flores* magnitudine Thl. aruenſis: *petalis* albis. *Stigma* ſubſeſſile. *Pedicelli* fructus canaliculati horizontales. *Silicula* duplo latior quam longa: valuulis quaſi alatis obtuſis, loculis diſpermis.

1259. THLASPI *aruenſe.*

Thl. ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris: caulinis lanceolato-ſagittatis patentiuſculis, caule baſi ſimplici.

Thl. ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 442. Flor. dan. t. 793. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 511. Gmel. ſib. 3. p. 253. n. 8. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Commune in ruderatis et cultis. Floret Majo. ⊙

1260. THLASPI *collinum.*

Thl. ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris: caulinis lineari-ſagittatis ſtrictis, caulibus baſi ramoſis diffuſis demum erectis.

Habitat in Armeniae ibericae monte Alwar, circa metallifodinas. *D. Adam.* ⊙

Affinitas cum Thl. arvenſi ſumma, tamen diſtinctum videtur. *Folia* caulina anguſta cauli parallela ſicut Thl. campeſtris.

1261. THLASPI *campeſtre.*

Thl. ſiliculis ſubrotundis, foliis dentatis incanis: radicalibus ſinuatis, caulinis ſagittatis ſtrictis.

Thl. ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 444. Hall. hiſt. n. 509. Pall. ind. taur.*

Thl. vulgatius. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 921. icon prima.*

Thl. ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 849.*

In campeſtribus, praeſertim glareoſis reperitur. Floret Majo. ⊙

Thl. campeſtre *Curt. flor. lond.* ſiſtitur *foliis* radicalibus ſpathulatis: an recte?

1262. THLASPI *montanum.*

Thl. ſiliculis obcordatis, foliis glabris: radicalibus ſubcarnoſis obovatis integerrimis, caulinis oblongis amplexicaulibus ſubſagittatis, corollis calyce majoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 445. Jacq. auſtr. 3. p. 22. t. 237.*

Thl. praecox. *Wulfen ap. Jacq. collect. 2. p. 124 t. 9.*

Thl. alliaceum. *Habl. taur. p. 145.*

Lepidium caule erecto, foliis radicalibus petiolatis ovatis: caulinis amplexicaulibus ſagittatis. *Hall. hiſt. n. 518. Gmel. ſib. 3. p. 254. n. 12. t. 56. f. 1.*

Thl. montanum, burſae paſtoris fructu primum. *Column. ecphr. p. 275. ic. p. 276.*

Thl. montanum ſecundum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 131.*

Thl. orientale glabrum Samoli folio. *Tournef. cor. p. 15. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

In Tauriae fyluis minime rarum. Floret Aprili, Majo. 2

1263. THLASPI *perfoliatum.*

Thl. filiculis obcordatis, foliis caulinis cordatis glabris fubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramofo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 446. Jacq. auſtr. 4. p. 19. t. 337. Hall. hiſt. n. 510. Barrel. ic. 815.*

Thl. alterum erectum rotundifolium burſae paſtoris fructu. *Column. ecphr. p. 278. ic. p. 276.*

Thl. oleraceum nonum. *Tabern. Kraeut. p. 851.*

In Tauriae aruis occurrit; Martio, Aprili florens. ⊙

1264. THLASPI *Burſa paſtoris.*

Thl. filiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 447. Flor. dan. t. 729. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 514. Gmel. ſib. 3. p. 253. n. 9. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Commune in ruderatis, hortis, ad vias et ſepes. Floret a Majo per totam aeſtatem. ⊙

341. IBERIS. Corolla irregularis: petalis duobus exterioribus majoribus. Silicula polyſperma, emarginata.

1265. IBERIS *vermiculata.*

I. fruteſcens diffuſa, foliis ſemiteretibus acutis carnoſis glabris margine ciliatis.

I. herbacea, caule adſcendente, foliis linearibus acutis ſubcarnoſis glabris margine ciliatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 454.*

I. ſaxatilis. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae rupibus calcareis. Floret Aprili, Majo. ♄

Stipes diftortus ligneſcens e quo quaquauerſum *rami* annotini floriferi diffunduntur, plerumque digito vix altiores, interdum ſpithamales. *Flores* parvi in hoc genere carnei. Hanc vix *differre* credo ab I. ſaxatili.

1266. IBERIS *ciliata.*

I. herbacea, foliis ſubcarnoſis ciliatis: *inferioribus* ſpathulatis apice ſubbidentatis, ſuperioribus linearibus.

I. herbacea, foliis ſubcarnoſis ciliatis: radicalibus ſpathulatis, caulinis linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 455.*

I. amara. *Pall. ind. taur.*

Thlaſpi ſaxatile. *Habl. taur. p. 157.*

Habitat in Tauriae et promontorii Caucaſici collibus lapidoſis. Floret Majo. ⊙

Nimis *affinis* I. umbellatae. An diſtincta ab I. ciliatâ *Allion. auct. pedem. p. 15. n. 919?* nam et in noſtrâ *flores fructusque* ſunt ſubcorymboſi.

342. ALYSSUM. Silicula ſubrotunda, integra. Stylus exſertus. (*Filamenta varie appendiculata plerisque.*)

* *Suffruticoſa perenniaue.*

1267. ALYSSUM *alpeſtre.*

A. caulibus ſuffruticoſis diffuſis, foliis ſpathulatis argenteotomentoſis, racemis ſubſolitariis, ſiliculis ellipticis incanis. *Marſch. caſp. p. 180. app. n. 50.*

A. caulibus ſuffruticoſis diffuſis, foliis ſubrotundis incanis, calycibus coloratis. *Linn. mant. p. 92. Gerard. gallopr. p. 352. t. 13. f. 2. Lamark dict. 1. p. 97. n. 4. Allion. pedem. n. 888. t. 18. f. 2. Hall. hiſt. n. 493.*

Creſcit in abruptis lapidoſis Caucaſi orientalis. ♄

Dignoſcitur tomento totius herbae niueo et *ſiliculis* utrinque acutis: *ſtylo* lineam longo. *Stamina* longiora ſupra medium utrinque unidentata; inter breuiora et germen ſquamula fetacea.

1268. ALYSSUM *ſerpilliſolium.*

A. caulibus ſuffruticoſis diffuſis, foliis argenteo-tomentoſis: inferioribus ſubrotundis, ſuperioribus oblongis; racemis paniculato-corymboſis, ſiliculis obouato-ellipticis incanis.

A. caulibus ſuffruticoſis erectis, foliis incanis: inferioribus obouatis, ſuperioribus lanceolatis, racemis corymboſis confertis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 462. Deſſont. atl. 2. p. 70.*

A. ſubalpinum. *Pall. ind. taur. Marſch. caſp. app. p. 181.*

Frequens in montibus calcareis Tauriae, in Iberià quoque obuium. Floret Aprili, Majo. ♄

Differt a praecedente *racemis* pluribus aggregatis, *ſiliculis* minoribus obtuſis et ſtructurâ *ſtaminum:* quoad reliqua maxime *affine. Squamae* 6 apice denticulatae circa germen conniuentes, quarum ſtamina longiora margini laterali, breuiora baſi exteriori adhaerent.

1269. ALYSSUM *murale.*

A. caulibus ſuffruticoſis ſuberectis, foliis ſpathulatis incanis, racemis paniculato corymboſis, ſiliculis orbiculatis pubeſcentibus: pilis diſtinctis ſtellulatis.

A. punctatum echinatum, caulibus ſuffruticoſis ſuberectis, foliis obouato-cuneiformibus integerrimis, floribus corymboſis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. p. 5. t. 6.*

A. alpeſtre, β. *Linn. ed. Willd. 3. p. 462. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae et Iberiae collibus ſiccis. ♄

Affine quidem praecedentibus, tamen *diſtinctum* videtur *caulibus* magis elongatis, *tomento* omnium partium rariore: *pilis* ſtellulatis diſtinctis et *ſiliculis* majoribus perfecte orbicula-

ribus planis. Structura *ſtaminum* fere praecedentis, niſi quod ſtamina majora *ſquamulae* lateri longius ſint adnata: apice tantum libero.

1270. ALYSSUM *montanum.*

A. caulibus herbaceis diffuſis, foliis incanis: inferioribus ellipticis acutis, ſuperioribus ſublanceolatis, racemo ſimplici. *Linn. ed. Willd. 3. p. 466. Jacq. auſtr. 1. p. 24. t. 37. Curt. bot. mag. Hoppe enchirid. a. 1794. p. 59. Hall. hiſt. n. 492. Gmel. ſib. 3. p. 250. n. 4. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 162.*

Clypeola montana. *Allion. pedem. n. 409.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi collibus ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

Dignoſcitur a praecedentibus *racemis* ſolitariis, *floribus* majoribus, *petalis* diſtincte emarginatis, *calycibus* non coloratis, *ſiliculâ* ſubrotundo-ellipticâ, *ſtylo* longiuſculo. *Stamina* 4 infra medium unidentata, 2 baſi dorſali *ſquamulae* membranaceae apice denticulatae adnata.

1271. ALYSSUM *incanum.*

A. caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymboſis, petalis bifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 463. Schkuhr bot. n. 1811. t. 181. Erdmann ap. Uſteri ann. 5. p. 25. Gmel. ſib. 3. p. 251. n. 5. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.*

Draba cheiranthifolia. *Lamark dict. 2. p. 328. n. 12.*

Copioſum in incultis et ad vias, etiam in arena mobili deſertorum. Floret a Majo paſſim uſque in autumnum. ♃

Accenſetur cum inſequente ſecundum *habitum* Alyſſis, quamuis *ſtamina* ſint ſimplicia.

* * *Annua.*

1272. ALYSSUM *ſatiuum.*

A. caule herbaceo, foliis lanceolatis ſagittatis, filiculis obouatis inflatis. *Smith flor. brit. Scop. carn. ed. 2. n. 794. Allion. pedem. n. 892. Hall. hiſt. n. 489.*

Myagrum *(ſatiuum)* filiculis obouatis pedunculatis polyſpermis, foliis amplexicaulibus piloſis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 408. Cauan. hiſp. 1. t. 66. Gmel. ſib. 3. p. 249. n. 1. Pall. ind. taur.*

Copioſum in ſterilibus et inter ſegetes. Floret Majo, Junio. ⊙

1273. ALYSSUM *minimum.*

A. caulibus herbaceis diffuſis, foliis lineari-lanceolatis incanis, ſtaminibus quatuor ſimplicibus: duobus baſi biſetis medio bidentatis, filiculis orbiculatis emarginatis.

A. caulibus herbaceis diffuſis, foliis linearibus tomentoſis, filiculis compreſſis. *Linn. ſpec. plant. p. 908. ed. Willd. 3. p. 464. Starke ap. Ehrh. catal. 6. p. 53. Schkuhr ap. Uſteri ann. 12. p. 14. Pall. ind. taur.*

Frequens in ſterilibus ſiccis. Floret Aprili, Majo. ⊙

Setulae baſeos *ſtaminum* breuiorum minutiſſimae, ut oculum nudum fere fugiant. *Calyces* poſt floreſcentiam cito decidui. *Silicula* leuiter emarginata glabra: *ſtylo* breuiſſimo.

1274. ALYSSUM *campeſtre.*

A. caulibus herbaceis diffuſis, foliis lineari-lanceolatis incanis, ſtaminibus ſimplicibus: duobus baſi biſetis, filiculis orbiculatis emarginatis.

A. caule herbaceo, ſtaminibus ſtipatis pari ſetarum, calycibus deciduis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 467. Schkuhr bot. n.*

1814. t. 181. Leers. herb. n. 500. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.

A. calycinum. *Jacq. auſtr. 4. p. 20. t. 338. Schkuhr ap. Uſteri ann. 12. p. 13. Gmel. ſib. 3. p. 252. n. 6. Hall. hiſt. n. 494.*

Frequens in herbidis apricis ficcioribus. Floret Junio, Julio. ⊙

Habitus praecedentis, nonnihil tamen robuſtius. *Flores* majores. *Calyces* poſt floreſcentiam diutius perſiſtentes. *Stamina omnia ſimplicia:* breviora ſtipata utrinque ſetâ receptaculo inſertâ. *Siliculae* formâ praecedentis primum incanae demum glabrae.

A. calycinum Linn. eſt planta mihi dubia; ſub hoc enim nomine a multis A. campeſtris *varietatem* accepi, *ſtaminum* conformatione a calycino alienam. *Gmelinus* in *Flora ſibirica 3. p. 252 ſub. n. 6* hoc et affines conjunxit.

1275. ALYSSUM *hirſutum.*

A. caulibus herbaceis erectiusculis, foliis lanceolatis hirſutis, ſtaminibus *omnibus* appendiculatis, ſiliculis orbiculatis integris hirſutis.

A. calycinum. *Pall. ind. taur.*

A. incanum, ſerpilli *folio*, *fructu nudo. Hall. hiſt. n. 495? (excluſis ſynonymis.)*

Habitat in Tauriae et in Iberiae campis apricis. Floret aeſtate. ⊙

Habitus potius A. montani, quam proxime praecedentium. *Hirſuties omnium* partium inſignis, e pilis confertis ſtellatis longiuſculis albis. *Flos magnitudine fere A. montani: petalis* emarginatis *calyce* paullo longioribus pallide luteis. *Filamenta* quatuor denticulo minimo ſub apice: duo e baſi dorſali *ſquamulae* lanceolatae apice denticulatae. *Siliculae* praecedentibus majores perfecte orbiculatae *punctis aſperae* et valde hirſutae: *ſtylo* ipſis paullo breuiore. *Pedicelli* fructus patuli. An hoc A. calycinum *Linnaei?*

1276. ALYSSUM *linifolium.*

A. caule herbaceo erecto ramoso diuaricato, foliis linearibus incanis, filiculis obcuatis integris glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 467.*

A. minimum. *Pall. it. 3. p. 741. app. n. 116.*

A. orientale anguſtiſſimo folio, fructu onato. *Tournef. cor. p. 15.*

Copioſum in ruderatis et cultis, tam Tauriae, quam ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ⊙

Stamina quatuor in medio unidentata: duo *ſquamâ* ſetaceâ a germine diſcreta. *Siliculae* polyſpermae.

1277. ALYSSUM *clypeatum.*

A. caule erecto herbacco, foliis oblongis tomentoſis ſubdentatis, filiculis oblongis compreſſo-planis, ſtigmate capitato, petalis acuminatis linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 468. Schkuhr bot. n. 1815. t. 181. Pall. ind. taur.*

Draba clypeata. *Lamark dict. 2. p. 329. n. 14.*

Lunaria clypeata. *Allion. pedem. n. 899.*

A. filiquâ ſatâ, quibuſdam Lunaria flore luteo. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 934.*

Occurrit in Tauriae meridionalis ſaxoſis, circa Alupkam, Jurſuph et alibi. Floret Majo. ⊙

Stamina omnia ſimplicia in noſtris: *Schkuhrio* quatuor ſimplicia, duo verſus medium unidentata.

343. CLYPEOLA. Silicula orbiculata, compreſſo-plana, unilocularis, monoſperma, deciduа.

1278. *Jonthlaſpi.*

Clypeola. *Linn. ed. Willd. 3. p. 471. Cauan. hiſp. 1. p. 22. t. 34. f. 2. Pall. ind. taur.*

Foffelinia. *Allion. pedem. n. 902.*

Jonthlaſpi minimum ſpicatum lunatum. *Columr. ecphr. p. 281. ic. p. 284.*

Lunaria peltata minima, quibuſdam ad Thlaſpi referenda. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 935.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi petroſis. Floret Aprili, Majo. ⊙

SILIQUOSA.

344. DENTARIA. Siliqua elaſtice diſſiliens: valvulis reuolutis. Stigma emarginatum. Calyx longitudinaliter conniuens.

1279. DENTARIA *bulbifera.*

D. foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 479. Flor. dan. t. 361. Hall. hiſt. n. 470.*

D. quarta baccifera. *Clus. hiſt. 2. p. 121.*

Occurrit in Caucaſi montoſis ſyluaticis hinc inde, ad latera montis Beſchtau lecta. 2

1280. DENTARIA *microphylla.*

D. foliis omnibus pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis ſubdentatis ſubundenis.

D. foliis omnibus pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis inaequaliter dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 479.*

Habitat in ſyluis Caucaſi iberici. 2

Foliola ſaepe undena, interdum nouena aut ſeptena, vix uncialia, plerumque integerrima, rarius dente uno alterone magno. *Flores* praecedenti nec magnitudine, nec numero, nec *petalorum* latitudine cedunt, in omnibus ſimillimi.

1281. DENTARIA *quinquefolia.*

D. foliis omnibus pinnatis, foliolis lanceolatis acutis inaequaliter dentatis quinis.

D. pinnata. *Pall. ind. taur.*

D. orientalis bacciferae fimilis, foliis quinis coftae innafcentibus. *Tournef. cor. p. 16.*

Habitat in Tauriae et Caucafi fyluis fub arboribus. Floret Aprili. 2

Foliis omnibus etiam radicalibus bijugis cum impari et *foliolorum* dentibus valde inaequalibus ab affini D. pinnatâ *dignofcenda.*

345. CARDAMINE. Siliqua elaftice diffiliens: valuulis reuolutis. Stigma integrum. Cal. fubbians.

* *Foliis pinnatis.*

1282. CARDAMINE *hirfuta.*

C. foliis pinnatis: foliolis inferioribus fubrotundis pilofis fuperioribus oblongis obtufis, floribus tetrandris.

C. foliis pinnatis, floribus tetrandris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 486. Flor. dan. t. 198. Curt. lond. Scop. carn. ed. 2. n. 817. t. 38. Hall. hift. 1. n. 472. (excluf. var. β) et 2. app. p. 184.*

C. praecox. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae meridionalis et Caucafi fterilibus. Floret Martio, Aprili, cum Drabâ vernâ et Arabi thalianâ. ☉

Flores tetrandri, quandoque diandri; tetradynamos nunquam vidi. *Petala* calyce longiora alba. *Variat foliolis* fublobatis dentatis aut integerrimis, pilofis aut fubglabris.

1283. CARDAMINE *amara.*

C. foliis pinnatis, foliolis omnibus fubrotundis, caule bafi ftoloniffero. *Linn. ed. Willd. 3. p. 488. Curt. lond. Allion.*

pedem. n. 954. t. 56. f. 1. Hall. hiſt. n. 474. Gmel. ſib. 3. p. 271. n. 40. Pall. ind. taur.

In Tauriae ſyluis altioribus circa ſcaturigines reperitur, Majo florens. ♃

346. SISYMBRIUM. Siliqua dehiſcens valuulis rectiuſculis. Calyx patens. Corolla patens.

* *Siliquis declinatis breuibus.*

1284. SISYMBRIUM *ſylueſtre.*

S. ſiliquis declinatis oblongis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ferratis, petalis calyce longioribus.

S. ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ferratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 489. Flor. dan. t. 931. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 485. Habl. taur. p. 162. Gmel. ſib. 3. p. 268. n. 32.*

In Tauriae glareoſis circa torrentes obuium. Floret Majo, Junio. ♃

Petala lutea calyce paullo longiora. *Siliquae* ſubcylindricae. *Stylus* lineae dimidium longus.

1285. SISYMBRIUM *amphibium.*

S. ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidiſue ferratis, petalis calyce longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 491. Flor. dan. t. 984. Hall. hiſt. n. 486. Pall. ind. taur.*

In campeſtribus Caucaſo adjacentibus, locis humentibus obuium. Floret Majo, Junio. ♂

Petala lutea calyce duplo fere longiora. *Siliquae* ouatae intra calycem pedicellatae: ſingulari notâ. *Stylus* lineam fere longus. *Folia* ſaepe tenuiter diſſecta, ſicut praecedentis.

1286. SISYMBRIUM *paluſtre.*

S. filiquis declinatis oblongo-ouatis, foliis pinnatifidis ferratis, petalis calyce breuioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 490. Hall. hiſt. n. 487.*

S. terreſtre. *Curt. lond.*

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diuiſis. *C. Bauh. prodr. p. 38.*

In udis ad fluuium Terek, inter Kiſljar et Moſdok prouenit. Floret Majo, Junio. ⊙

Flores praecedente duplo minores: *petalis* oblongis obtuſis longitudine calycis pallide luteis. *Siliculae* ouato-oblongae. *Stylus* lineae dimidium longus.

* * *Siliquis ſubſeſſilibus axillaribus.*

1287. SISYMBRIUM *polyceratium.*

S. filiquis axillaribus ſubſeſſilibus erectiuſculis confertim racemoſis, foliis inferioribus lyrato-runcinatis: ſuperioribus repando-dentatis, caule erecto.

S. filiquis axillaribus ſeſſilibus aggregatis, foliis repando-dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 494. Jacq. hort. vind. 1. t. 79. Hall. hiſt. n. 483.*

Occurrit in Tanriâ meridionali, circa portum Baluclaua; ad moenia et aedes. Floret aeſtate. ⊙

Planta glabra, ſuperne paniculato-ramoſa. *Folia* inferiora profunde diſſecta: lobis triangularibus acutis dentatis, extimis majoribus; ſuperiora diminuta indiuiſa dentata. *Racemi* in caule ramisque terminales foliati longi conferti. *Flores* lutei magnitudine S. Sophiae. *Siliquae* erectae pedicello craſſo lineam circiter longo impoſitae teretiuſculae ſtriatae: diſſepimento vix valuulis longiore, *ſtigmate* paruo ſubbilobo.

**** Caule nudo vel ſubnudo.*

1288. SISYMBRIUM *murale.*

S. caule baſi ramoſo diffuſo: ſcapis floriferis adſcendentibus baſi piloſis, foliis oblongis ſinuato-pinnatifidis piloſiuſculis, filiquis compreſſo-tetragonis.

S. ſubacaule, foliis lanceolatis ſinuato-ſerratis laeuiuſculis, ſcapis ſubſcabris adſcendentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 496. Vilars delph. 3. p. 351.*

Eruca viminea Iberidis folio. *Barrel. ic. 131.*

β. magis hiſpidum, foliis profunde inciſis.

S. Erucaſtrum. *Gouan. illuſtr. p. 42. t. 20.*

Frequens in Tauriae collibus et campis apricis ſiccioribus, circa Karaſſubaſar et Symphcropolin. Floret a Majo, uſque in autumnum. ♂

Radix profunde defixa albida ad terrae ſuperficiem multiceps et multicaulis. *Caules foliaque* pilis vagis patulis. *Folia* mox profunde pinnatifida: lobis oblongis dentatis, mox tantum ſinuato-dentata: infima quandoque ſpathulata integra. *Flores* lutei majuſculi.

1289. SISYMBRIUM *vimineum.*

S. acaule, foliis lyratis laevibus, ſcapis adſcendentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 497.*

Eruca pumila ſicula, burſae paſtoris folio. *Bocc. ſic. p. 19. t. 19.*

In Tauriae lapidoſis rarius obuium: legi in collibus ad riuum Karaſſu minorem, circa pagum Kadirſchaſarai. ⊙

Praecedente quadruplo minus *caule. foliis* et *floribus. Radix* exilis. *Folia* ſinubus lobiſque obtuſis verſus petiolum decreſcentibus. *Scapi* digitales aphylli declinati. An *varietas* praecedentis, ex loco natali lapidoſo arido?

******** *Foliis pinnatis seu pinnatifidis.*

1290. SISYMBRIUM *Sophia.*

S. petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 500. Flor. dan. t. 528. Hall. hiſt. n. 484. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Copioſum in incultis. Floret Majo. ⊙

1291. SISYMBRIUM *pannonicum.*

S. foliis inferioribus runcinatis dentatis, ſuperioribus pinnatis: pinnis linearibus integerrimis, ſiliquis rectangule patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 502. Jacq. collect. 1. p. 70. ic. rar. 1. t. 123.*

S. Sinapios. *Retz. obſ. 3. p. 37.*

S. altiſſimum. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

In Tauriae et Caucaſi demiſſioris ſterilibus minime rarum. Floret Majo, Junio. ⊙

1292. SISYMBRIUM *Irio.*

S. foliis runcinatis dentatis nudis, caule laeui, ſiliquis erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 503. Jacq. auſtr. 4. p. 11. t. 322. Curt. lond.*

Irio laeuis apulus, erucae folio. *Column. ecphr. p. 264. ic. p. 265. Moris. hiſt. 2. ſect. 3. t. 3. f. 3.*

Eryſimum ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 840.*

In Iberiâ reperitur. ⊙

Planta fere glabra. *Folia* omnia runcinata: lobis onato-oblongis dentatis. *Siliquae* longius pedicellatae et a pedicello ſurſum deflexae, ut in S. Loeſelii; nec eadem cum pedicello breui et craſſo directione patentes, ut in praecedente et ſubſequente.

1293. SISYMBRIUM *Columnae.*

S. foliis runcinatis subdentatis villosis subincanis lobo extimo hastato: superiorum lineari integerrimo, siliquis patentiusculis.

S. foliis runcinatis dentatis et caule villosis subincanis, siliquis erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 503. Jacq. austr. 4. p. 12. t. 323.*

Rapistrum montanum Irionis folio macroleptoceraton. *Column. ecphr. p. 266. ic. p. 268. Morif. hist. 3. sect. 3. t. 3. f. 4.*

β. magis villosum et incanum.

S. orientale. *Pall. ind. taur.*

Frequens in ruderatis. Floret a Majo, passim usque in autumnum. ⊙

Variat villositate caulis atque *foliorum. Corolla* pallide lutea. *Foliorum* praesertim superiorum lobi multo quam in praecedente longiores minusque dentati.

1294. SISYMBRIUM *Loeselii.*

S. *foliis runcinatis* acutis hirtis, caule retrorsum hispido. *Linn. ed. Willd. 3. p. 503. Jacq. austr. 4. p. 12. t. 324. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 162.*

Erysimum hirsutum siliquis erucae. *Loes. pruss. p. 69. t. 14.*

Copiosum in incultis. Floret cum praecedentibus. ⊙

Siliquae huic tetragonae *Erysimi, habitus* vero et *calyx* patentissimus fisymbrii.

1295. SISYMBRIUM *junceum.*

S. foliis imis runcinatis hirtis: superioribus linearibus *integerrimis glabris, ramis* floriferis paniculatis virgatis, siliquis tetragonis erecto-patulis.

Eryſimum (*junceum*) foliis linearibus glabris ſtrictis, ſiliquis erecto-patulis, caule ſimplici apice ramoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 513.*

S. ſtrictiſſimum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in campis apricis Tauriae et Caucaſi demiſſioris, etiam ad Wolgam circa Zarizyn et coloniam Sareptanam. Floret Majo, Junio. ⊙

Planta glauco-viridis. *Folia* tantum ima runcinata, cetera lineari-lanceolata: dentibus paucis elongatis, pleraque indiuiſa. *Flores* magnitudine praecedentis: *calyce* etiam *patente* et *petalis* fature luteis. *Pedicelli* longiuſculi patentes. *Siliquae* erectiuſculae tetragonae. Ob *calycem* patentem ad E. referri nequit, quamuis ſicut praecedens *fructu* conueniat.

***** *Foliis indiuiſis.*

1296. SISYMBRIUM *pumilum.*

S. foliis lanceolatis dentatis ſagittatis amplexicaulibus pubeſcentibus, ſiliquis erecto-patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 507.*

Habitat in planitiebus Caucaſo adjacentibus, circa Kiſljar frequens. Floret Aprili. ⊙

Planta plerumque pumila et ſubſimplex, quam attamen ſemipedalem et ramoſam etiam vidi. *Flores* magnitudine S. Sophiae. *Siliquarum* valuulae in medio carinatae, unde ſiliquae ſubquadrangulae.

347. ERYSIMUM. Siliqua columnaris, exacte tetraedra. Calyx clauſus.

1297. ERYSIMUM *officinale.*

E. ſiliquis ſpicae adpreſſis, foliis runcinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 509. Flor. dan. t. 560. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 478. Pall. ind. taur.*

Eryſimum primum. *Tabern. Kraeut. p. 840.*

Copioſum in incultis. Floret Majo, Junio. ⊙

1298. ERYSIMUM *Barbarea.*

E. foliis inferioribus lyratis lobo terminali rotundato: ſuperioribus obouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 509. Hall. hiſt. n. 479. Gmel. ſib. 3. p. 288. n. 33. Pall. ind. taur.*

Barbarea. *Tabern. Kraeuterb. p. 843.*

Ad foſſas et ſepes prouenit; reperi etiam in Caucaſi alpeſtribus Septembri florens, alibi ineunte aeſtate floret et fructificat. ♃

1299. ERYSIMUM *Allicria.*

E. foliis cordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 510. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 480. Habl. taur. p. 149.*

E. cordifolium. *Pall. ind. taur.*

In virgultis et ad ſepes in umbroſis reperitur. Floret Majo. ♃

1300. ERYSIMUM *repandum.*

E. foliis lanceolatis repando-dentatis, racemis oppoſitifoliis, ſiliqnis ſubſeſſilibus horizontalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 510. Jacq. auſtr. 1. p. 16. t. 2. Pall. ind. taur.*

E. ramoſiſſimum. *Cranz auſtr. 1. p. 29. n. 5.*

Cheiranthus paniculatus. *Lamark. dict. 2. p. 717. n. 6.*

Creſcit in Tauriae et Iberiae ruderatis. Floret Majo, Junio. ⊙

Flores E. cheiranthoide duplo majores, *petalis* pallidioribus.

1301. ERYSIMUM *diffuſum.*

E. foliis linearibus planis ſubdentatis recuruatis caneſcentibus ſcabris, ſiliquis erectis patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 512. Ehrh. catal. 7. p. 157.*

E. (*canum*) foliis linearibus conduplicatis reuolutis dentatis, caule faſtigiato, filiquis patulis incanis. *Roth catal. 1. p. 76.*

Cheiranthus alpinus. *Jacq. auſtr. 1. p. 48. t. 75. Pall. ind. taur.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi campis apricis ſiccis. Floret Majo, Junio. ♂

Planta tota pilis incumbentibus incana. *Rami* floriferi paniculati patuli. *Folia* anguſta plerumque integerrima apice patula. *Flores* E. cheiranthoide triplo majores. *Pedicelli* breues ad angulum ſemirectum patuli, itidemque *ſiliquae* elongatae argute tetragonae incanae. *Stylus* lineam circiter longus. Gmelinus in *Florâ ſibiricâ 3. p. 258 ſub n. 17* hoc et affines omnes confudit.

1302. ERYSIMUM *aureum.*

E. foliis lanceolatis acuminatis dentatis ſcabris, ramis floriferis filiquiſque patentibus.

Habitat in dumetis promontorii caucaſici, inter Moſdok et Kiſljar, ad fluuium Terek; etiam ad Kumam riuum minime rarum. ♂

Planta 2-3-pedalis ſuperne ramoſa tota viridis ſcabra nec incana. *Folia* remote dentata: inferiora digitum fere lata. *Flores* praecedente vix majores: *petalis* aureis colore Cheiranthi Cheiri, odore etiam grato debiliore. *Pedicelli* ad angulum fere rectum patent, a quo *ſiliquae* ſurſum nonnihil deflectuntur. *Stylus* lineae dimidium longus. *Siliquae* exacte tetragonae praecedente duplo breuiores ſcabrae.

1303. ERYSIMUM *grandiflorum.*

E. foliis lanceolatis dentatis nudiuſculis, caule recto ſimplici, filiquis erectis.

Cheiranthus (*eryſimoides*) foliis lanceolatis dentatis nudis, caule recto ſimpliciſſimo, filiquis tetragonis *Linn. ed. Willd. 3. p. 514. Jacq. auſtr. 1. t. 74. Pall. ind. taur.*

E. cheiranthoides. *Cranz auſtr. p. 28.*

Leucojum ſylueſtre. *Cluſ. hiſt. 1. p. 299.*

Legi ad latera montis Beſchtau Caucaſi rarius, nec alibi. ♂

Folia acuta: dentibus remotis argutis. *Flores* magnitudine Cheiranthi Cheiri fulphurei. *Siliquae* elongatae erectae incanae. *Stylus* duas lineas longus. Ob *ſiliquas* exacte tetraedras et *affinitatem* cum E. odorato et hieraciſolio ſummam huc retuli.

348. CHEIRANTHUS. Germen utrinque denticulo glandulato. Cal. clauſus: foliolis duobus baſi gibbis. Stigma lobatum.

1304. CHEIRANTHUS *ibericus.*

Ch. foliis inferioribus runcinatis dentatis: ſuperioribus lanceolatis indiuiſis, ramis floriferis ſiliquiſque compreſſo-tetragonis erecto-patulis.

Ch. foliis glabris: radicalibus runcinatis, caulinis dentatis, ſiliquis tetragonis ſtrictis, ramis angulatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 60. n. 29.*

Ch. (*armenus*) caule fruteſcente diuiſo, foliis aggregatis inciſo-dentatis ſuperne latioribus, ſiliquis tetragonis ſtigmate bilobo incraſſato terminatis. *Curt. bot. mag.*

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur, verſus regionem nivalem. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Planta viridis leuiſſime pubeſcens *ſtaturâ* Ch. Cheiri, cujus et *flores* et *fructus* magnitudine. *Caulis* angulatus baſi ſimplex: *ramis* floriferis paniculatis. *Pedicelli* craſſi breuiſſimi. *Petala* figurâ Ch. Cheiri nonnihil pallidiora. *Siliquae* longae ſubincanae ancipites: valuulis carinatis, unde tetragonae videntur. *Stigma* bilobum ſubſeſſile. *Curtiſii* deſcriptio argumento eſt plantam hanc cultura admodum mutari.

1305. CHEIRANTHUS *collinus.*

Ch. foliis inferioribus ſpathulatis angulato-dentatis petiolatis ſcabris: ſuperioribus lineari-lanceolatis integris, ramis floriferis erectis, filiquis teretibus punctato-ſcabris ſtrictis.

Habitat in collibus herbidis ad fluuium Terek, prope Coſaccorum oppidulum Galugai. Floret Junio. ♂

Planta bipedalis tota pube exili ſcabra, neque vero incana. *Caulis* angulatus baſi ſimplex: ſuperne *ramis* floriferis erectis elongatis. *Folia* inferiora lata obtuſa: radicalia longiſſime petiolata, ſuperiora minora et anguſta. *Pedicelli* breues. *Flores* magnitudine et colore E. repandi. *Siliquae* graciles racemo adpreſſae totae punctis minimis exaſperatae et incaneſcentes. *Stylus* vix ſemilineam longus.

1306. CHEIRANTHUS *leptophyllus.*

Ch. foliis omnibus lineari-lanceolatis integerrimis incanis ſcabris, caule ramoſo filiquiſque teretibus incanis patulis.

Habitat in collibus ſiccis Iberiae. *D. Steuen.* ♃?

Habitus omnis Eryſimi diffuſi, ut demto fructu aegre dignoſcas. *Pedicelli* breuiores. *Siliquae* graciliores teretes incanae ſcabrae: formâ ſubſequentis, nec tetragonae. *Stigma* ſubſeſſile. *Radix* ſaepe multicaulis, an viuax?

1307. CHEIRANTHUS *verſicolor.*

Ch. foliis incanis: inferioribus runcinatis, ſuperioribus linearibus integerrimis, ramis patulis, filiquis teretibus incanis ſtrictis.

Ch. *(leucanthemus)* foliis pubeſcentibus: radicalibus runcinatis, caulinis linearibus ſubdentatis, filiquis erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 521.*

Habitat in campis vaſtis Caucaſo adjacentibus, etiam ad fluuium Terek circa Kiſljar et Moſdok. Floret Majo, Junio. ♂

Habitus praecedentis, a quo dignoscitur *foliorum* inferiorum formâ et *siliquarum* situ. *Petala* alba, ochroleuca, sulphurea et saturè lutea; hinc *nomen triuiale* mutaui, ne in errorem inducat.

1308. CHEIRANTHUS *cuspidatus.*

Ch. foliis lanceolatis dentatis, siliquis strictis late ancipitibus stylo persistente duplo longioribus. *Marsch. casp. p. 182. app. n. 51. Linn. ed. Willd. 3. p. 525.*

Erysimum hieracifolium. *Pall. ind. taur.*

Turritis montana siliquis latis. *Buxb. cent. 2. p. 25. t. 33. f. 1.*

Habitat in Tauriae et Caucasi campis collibusque apricis. Floret Majo, Junio. ♂

1309. CHEIRANTHUS *quadrangulus.*

Ch. foliis lineari-lanceolatis integerrimis, siliquis strictis late ancipitibus longitudine styli persistentis.

Ch. foliis linearibus integerrimis, siliquis sessilibus oblongis quadrangularibus. *Herit. stirp. 1. p. 91 t. 54. Linn. ed. Willd. 3. p. 525.*

Ch. montanus. *Pall. it. 1. p. 496. app. n. 115 et ind. taur. Marsch. casp. app. p. 182.*

Ch. cornutus. *Lamark dict. 2. p. 717. n. 8.*

Hesperis angustifolia incana, floribus amplis luteis, siliquis brevioribus. *Amm. ruth. n. 77.*

Crescit in arenâ littorali, inter portum Theodosianum Tauriae et Panticapaeum. Floret aestate. ♂

Flores subsessiles. *Siliquae* oblongae ancipites pubescentes. *Calyces* in hoc et subsequente connato-monophylli post anthesin persistunt, demum basi apiceque dehiscunt et disrupti decidunt.

1310. CHEIRANTHUS *filiculosus.*

Ch. foliis linearibus integerrimis, siliquis patentiusculis tetragono-subglobosis stylo persistente brevioribus.

Habitat in deserti Cumani arenâ mobili. Floret Majo, Junio. ♂

Habitus antecedentis, pro cujus *varietate* habui, antequam discrimina agnoscerem. *Differt* autem *foliis* angustissimis cum caule magis canescentibus et nitidis, *floribus* et *siliquis pedicello* quamuis brevi, tamen longiore quam praecedentis fultis; siliquis triplo brevioribus subglobosis quadricostatis incanis venoso-rugosulis.

1311. CHEIRANTHUS *tomentosus.*

Ch. foliis runcinato-pinnatifidis tomentosis, caulibus ramosissimis diffusis, siliquis torulosis sursum arcuatis incanis, staminibus longioribus connatis.

Ch. foliis tomentosis pinnatifidis obtusis, siliquis teretibus tomentosis laenibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 523.*

Ch. an littoreus? *Pall. it. 2. app. n. 115. t. K. f. 2.*

Ch. ruderalis. *Pall. nou. it.*

Frequens in ruderatis circa pagos et oppida ad Wolgam inferiorem, etiam circa Astrachan in vineis; rarius ad desertum Cumanum devenit. ♂

Petala sordide flaua. *Siliquae* maturae in hoc et insequente non dehiscunt, sed cum seminibus decidere solent. *Filamenta* majora ultra dimidium connata apice libera.

1312. CHEIRANTHUS *torulosus.*

Ch. foliis sinuato-dentatis incanis, caulibus ramosis diffusis, siliquis torulosis deorsum arcuatis hispidis incanis, staminibus longioribus connatis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♂

Praecedenti *affinis*, sed dinerfus *foliis* minus incisis et tomentosis: superioribus subdentatis aut integerrimis; *siliquis* breuioribus deorsum arcuatis incanis et insuper pilis rigidis breuibus sparsis hispidis; *staminibus* majoribus ad medium usque, nec ultra connatis.

1313. CHEIRANTHUS *odoratissimus.*

Ch. foliis runcinatis tomentosis, siliquis linearibus compressis striatis erectis tomentosis, stigmate subsessili bilobo.

Ch. foliis lyrato-sinuatis tomentosis, siliquis longissimis ancipitibus: stigmate bilobo terminatis, caule suffruticoso. *Marsch. casp. p. 183. app. n. 52. Pall. ind. taur. Linn. ed. Willd. 3. p. 524.*

Hesperis orientalis maritima Leucoji folio incano, floribus variis. *Tournef. cor. p. 16.*

Habitat in montibus calcareis Tauriae, in saxosis Caucasi orientalis circa Schamachi et in rupestribus circa Tiflin Iberiae. Floret Aprili, Majo, Junio. ♄

Statura et *tomentum* Ch. incani. *Flores* subsessiles magnitudine Hesperidis tristis luridi noctu suaueolentes. *Semina* plana marginata, ut in Ch. incano. *Affinis* Ch. tristi.

349. HESPERIS. Petala oblique flexa. Glandula intra stamina breuiora. Cal. clausus. Stigma indiuisum.

1314. HESPERIS *tristis.*

H. caule hispido ramoso patente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 530. Jacq. austr. 2. p. 1. t. 102. Curt. bot. mag. Pall. ind. taur.*

H. prima. *Clus. hist. 1. p. 296.*

In Tauriae collibus passim reperitur. Floret Majo. ♂

1315. HESPERIS *inodora.*

H. caule ſimplici erecto, foliis ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 531. Jacq. auſtr. 4. p. 25. t. 347. Hall. hiſt. n. 448. Gmel. ſib. 3. p. 260. n. 19.*

H. matronalis. *Pall. ind. taur. Lamark dict. 3. p. 321. n. 1. β.*

H. ſylueſtris inodora. *C. B. Rupp. jen. ed. Hall. p. 78. cum ic. Tabern. Kraeut. p. 692.*

H. pannonica inodora. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 878.*

H. tertia. *Cluſ. hiſt. 1. p. 297.*

β. foliis latioribus, ramoſior, hiſpida.

H. verna. *Pall. ind. taur.*

H. caule latiſſime folioſo. *Hall. hiſt. n. 488. β.*

γ. foliis acutioribus baſi latioribus, hirſutie incaneſcens.

H. orientalis glaſti folio, flore magno violaceo. *Tournef. cor. p. 16.*

Frequens in Tauriae et Caucaſi nemoroſis. Floret Majo, Junio. ♂

Variat maxime altitudine, ramoſitate, foliis et pube. *Petala* inodora: laminâ rotundatâ, mucrone nullo. *Calyx* coloratus.

H. ſibirica *Linn. ſpec. ed. 2. p. 927* ad hanc potius quam ad H. matronalem reuocanda eſſe videtur.

1316. HESPERIS *africana.*

H. caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis lanceolatis petiolatis acute dentatis ſcabris, ſiliquis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 532. Lamark dict. 3. p. 325. n. 18.*

H. hiſpida. *Roth. catal. 1. p. 78.*

Leucojum gallicum, folio halimi. *Bocc. ſic. 77. t. 42. f. 1.*

Turritis minor, flore purpureo. *Buxb. cent. 4. p. 26. t. 44.*

Occurrit in Iberiâ. ⊙

Stigma acutiſſimum. *Siliquae* rigidae minime arcuatae ad angulum fere rectum patentes.

1317. HESPERIS *contortuplicata.*

H. caule ramoſo diffuſo, foliis petiolatis hirtis: inferioribus runcinatis, ſuperioribus lanceolatis ſubdentatis; ſiliquis torulofis hirtis reuolutis.

H. orientalis Leucoii folio, ſiliquis corniculatis et intortis. *Tournef. cor. p. 16.*

Cheiranthus (*contortuplicatus*) foliis radicalibus ſinuato-dentatis: caulinis lanceolatis ſubdentatis, ſiliquis hiſpidis reuolutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 521.*

Frequens in deſerto Cumano, etiam circa Kijar et Aſtrachan, praeſertim in arenâ mobili. ⊙

Statura et *pubes* praecedentis. *Folia* in petiolum attenuata. *Flores* praecedente paulo majores: *pedunculis* longitudine calycis, *petalis* roſeis. *Siliquae* ſeſquipollicares obſolete ſtriatae: juniores rectae, matureſcentes extrorſum contortuplicatae: *ſtigmate* ſeſſili obtuſiſſimo.

1318. HESPERIS *rigida.*

H. caulibus ſubſimplicibus foliisque pinnatifido-dentatis hiſpidis, ſiliquis teretiuſculis ſtriatis ſeſſilibus.

H. rigida. *(Steuen) Catal. horti gorenkenſis a. 1808. p. 82.*

Eryſimum (*polyceratum*) foliis repando-dentatis, ſiliquis piloſis ſeſſilibus patentibus. *Gmel. in ed. Syſt. Linn. 2. P. 2. p. 983. Pall. it. 3. p. 741. app. n. 103 *. t. Mm. f. 1.*

In Tauriâ meridionali rarius legit *D. Steuen.* ⊙

Planta digitalis ſeu dodrantalis tota pilis rigidis patulis hiſpida, neque vero incana. *Radix* exilis ſimplex annua alba. *Caules* nonnulli adſcendentes plerumque ſimplices, rarius infra

medium ramo inſtructi. *Folia* Coronopi omnia dentato-pinnatifida: dentibus acutis. *Racemi* in ſingulo caule vulgo bini: alter terminalis alter lateralis, aphylli ſubdecemflori hiſpidi. *Flores* magnitudine Eryſimi cheiranthoidis ſeſſiles. *Calyx* erectiuſculus. *Petala* calyce duplo longiora oblonga obtuſa alba. *Siliquae* rigidae erecto-patulae ſeſquipollicares teretiuſculae acutae ſtriatae, juniores hiſpidae maturae caluescentes: diſſepimento vix valuulis longiore. *ſtigmate* minuto ſubemarginato. *Semina* minuta pallide teſtacea.

350. ARABIS. Glandulae nectariferae 4, ſingulae intra calycis foliola, ſquamae inſtar reflexae.

1319. ARABIS *alpina.*

A. foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus acute dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 534. Flor. dan. t. 62. Curt. bot. mag. Hall. hiſt. n. 451. Pall. ind. taur.*

Heſperis alpina ſiue muralis minor repens. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 880.*

Draba ſecunda et tertia. *Cluſ. hiſt. 2. p. 125.*

Creſcit in ſaxoſis montium Tauriae et Caucaſi iberici. Floret Majo. ♃

Flores ſpecioſi magnitudine Heſperidis matronalis. *Herba* villoſa et ſubincana; *ſiliquae* glaberrimae.

1320. ARABIS *thaliana.*

A. foliis radicalibus oblongis petiolatis: caulinis lanceolatis ſeſſilibus, caule erecto baſi hirto, petalis calyce duplo longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 535. Curt. lond. Wulffen ap. Jacq. collect. 2. p. 115. Hall. hiſt. n. 452. Retz. obſ. 1. p. 22.*

Piloſella ſiliquoſa minor. *Thal. harc. 84. t. 7. f. D.*

In campeſtribus apricis primo vere cum Drabâ vernâ floret. ☉

1321. ARABIS *recta.*

A. foliis lanceolatis cordatis amplexicaulibus obtuſe dentatis, caule erecto pubeſcente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 536. Villars delph. 3. p. 319. t. 37.*

Turritis minor, foliis Veronicae. *Buxb. cent. 2. p. 33. t. 33. f. 2.*

Creſcit in Tauriae agris et collibus apricis. Floret Aprili. ⊙

Tota *planta* pilis brenibus furcatis tecta, praeter *racemos,* qui omnino glabri. *Petala* calyce duplo longiora. *Pedicelli breues* omnes aequales. *Siliquae* ad angulum acutum patulae ſubtetragonae parum compreſſae glabrae. Vix *diſtincta* ab A. aſperâ.

1322. ARABIS *petiolata.*

A. foliis ouatis petiolatis glabris: inferioribus lobatis, ſuperioribus repandis, ſiliquis ſtriato-angulatis patentibus.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Planta mihi non ſatis nota *ſtaturâ* A. pendulae foliorum formâ diſtinctiſſima. *Folia* tenera lata omnia petiolata: petiolis piloſiuſculis, caeterum glabra. *Racemi* axillares. *Flores* exigui magnitudine *Eryſimi cheiranthoidis* albidi. *Siliquae* patentes 2-3-unciales obſcure tetragonae: valuulis utrinque ſtriis tribus, mediâ diſtinctiore. *Stylus* breuis. *Stigma* obtuſum indiuiſum. *Semina* oblonga fuſca.

351. TURRITIS. *Siliqua longiſſima, angulata. Calyx conniuens. Corolla erecta.*

1323. TURRITIS *glabra.*

T. foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 542. Flor. dan. t. 869. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 455. Gmel. ſib. 3. p. 263. n. 23.*

Legi in herbidis ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar. Floret Majo. ♂

1324. TURRITIS *hirſuta.*

T. foliis omnibus hiſpidis: caulinis amplexicaulibus medio dentatis, ramis erectis ſtrictis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 543. Jacq. ic. rar. 1. t. 126. collect. 1. p. 70. Gmel. ſib. 3. p. 263. n. 22. Hall. hiſt. n. 456. Pall. ind. taur.*

Eryſimo ſimilis hirſuta alba. *C. Bauh. prodr. p. 42.*

In collibus aridis et ad ſyluarum margines paſſim reperitur. Floret Majo. ⊙ ♂

352. BRASSICA. Cal. conniuens. Semina globoſa. Glandula inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

* *Stylo obtuſiuſculo.*

1325. BRASSICA *orientalis.*

Br. foliis cordatis amplexicaulibus glabris: radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 345. Jacq. auſtr. 3. p. 45. t. 282. Hall. hiſt. n. 457. Pall. ind. taur.*

Perfoliata napiſolia, Braſſica campeſtris perfoliata flore albo. *Tabern. Kraeut. p. 1140.*

Br. campeſtris prima. *Cluſ. hiſt. 2. p. 127.*

Br. orientalis perfoliata flore albo, ſiliquâ quadrangulâ. *Tournef. cor. p. 16.*

Inter ſegetes minime rara. Floret Majo, Junio. ⊙

Flores ochroleuci. *Siliquae* exacte tetragonae: valuularum lateribus aequalibus, nec ſtriatis aut ſulcatis.

1326. BRASSICA *campeſtris.*

Br. radice caulequc tenui, foliis cordato-acuminatis amplexicaulibus: inferioribus lyratis dentatis ſubhiſpidis. *Linn. ed.*

Willd. 3. p. 546. Flor. dan. t. 550. Gmel. ſib. 3. p. 267. n. 30. Pall. ind. taur.

Br. aruenſis. *Habl. taur. p. 146.*

Br. campeſtris perfoliata, flore luteo. *Loeſ. pruſſ. 29.*

Occurrit hinc inde in Tauriae ruderatis et cultis, ad Boſphorum. Floret Majo, Junio. ⊙

1327. BRASSICA *elongata.*

Br. foliis petiolatis: inferioribus ſinuato-pinnatifidis hiſpidis, ſuperioribus glabris dentatis; filiquis toruloſis tetragonis cuſpidatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 552. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 28. Ehrh. catal. 7. p. 159.*

Sinapis laeuigata. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 164.*

β. foliis inferioribus: profunde pinnatifidis: lobis oblongis laciniatis.

γ. foliis inferioribus oblongis obtuſis indiuiſis dentatis.

Frequens in Tauriâ et ad Caucaſum: *α* et *γ* in campeſtribus ad agrorum verſuras et vias, *β* in lapidoſis. Floret Junio, Julio. ♂

Variat quam maxime non modo *foliorum* inferiorum formâ, ſed etiam pube et *ſiliquarum* longitudine, quae tamen conſtanter ſupra receptaculum ſunt pedicellatae. *Stylus* lineas 2-3 longus. *Stigma* obtuſum. Caute *diſtinguenda* a Br. polymorphâ et Sinapi laeuigatâ.

353. SINAPIS. Cal. patens. Corollae ungues recti. Glandula inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

1328. SINAPIS *aruenſis.*

S. ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro anceps longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 554. Flor. dan. t. 753. Curt. lond. Hoppe enchirid. a. 1804. p. 17. Hall. hiſt. n. 407. Scop. carn. ed. 2. n. 842. Pall. ind. taur.*

Communis in agris et cultis. Floret Majo, Junio. ⊙

Variat filiquis glabris et pilis raris retrorfum hifpidis.

354. RAPHANUS. Cal. claufus. Siliqua torofa, fubarticulata, teres. Glandulae melliferae 2, inter ftamina breuiora et piftillum: totidem inter ftamina longiora et calycem.

1329. RAPHANUS *ibericus.*

R. filiquis teretibus torulofis hirtis longitudine ftyli enfiformis, foliis linearibus runcinato-pinnatifidis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ⊙

Simillimus R. fibirico, a quo *differt ftylo* longiffimo, qui fibirico filiquâ duplo faltim breuior. *Siliquae* huic 12-16-fpermae, iberico 6-8-fpermae.

1330. RAPHANUS *tenellus.*

R. filiquis fubulatis articulatis bilocularibus foliifque glabris lanceolatis dentatis: infimis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 561. Pall. it. 3. p. 741. app. n. 105. t. L. f. 3 et ind. taur.*

R. tataricus. *Falck it. 2. p. 218. n. 786. t. 13.*

Cheiranthus taraxacifolius. *Linn. ed. Willd. 3. p. 525. (planta junior.)*

Cheiranthus an chius? *Pall. it. 1. p. 497. app. n. 116.*

Hefperis laxa. *Lamark dict. 3. p. 325. n. 16.*

Frequens in ruderatis. Floret Aprili, Majo. ⊙

1331. RAPHANUS *laeuigatus.*

R. filiquis compreffo-tetragonis breuiffimis reflexis rugofis, foliis glaberrimis: inferioribus oblongis obtufis: caulinis fagittatis acutis.

Habitat in arenâ mobili circa Aſtrachan, rarius in deſerto Cumano obuius. Floret Majo. ⊙

Planta a congeneribus *habitu* diſtinctiſſima ramoſa diffuſa glaberrima glauceſcens. *Folia* formâ, ſubſtantiâ et colore Iſatin tinctoriam referunt. *Racemi* oppoſitifolii elongati. *Pedicelli* filiformes diuaricati. *Flores* admodum parui: *calyce* erecto, *petalis* oblongis obtuſis rectis carneis. *Siliquae* articulis plerumque tantum duobus, quadricoſtatae rugoſae glabrae: *ſtylo* ancipiti breui, *ſtigmate* acuto ſimplici.

1332. RAPHANUS *rotundifolius.*

R. filiquis toroſis hirtis, racemis foliatis, foliis ſubrotundis dentatis petiolatis.

R. (*tauricus*) foliis radicalibus reniformibus crenatis: caulinis ſubſpathulatis ſerrato-dentatis baſi integerrimis, caule repente. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 62. n. 31.*

Habitat in Iberiâ. ♃

Planta ramoſa dodrantalis procumbens tota pilis ſparſis hiſpida. *Folia* ſubrotunda baſi acutiuſcula dentata: inferiora ſemuncialia, ſuperiora minora, omnia petiolata. *Pedunculi* axillares filiformes racemos foliatos verſus caulis ramorumque extremitates conſtituunt. *Flores* parui: *petalis* albis. *Stylus* breuis. *Stigma* ſimplex acutinſculum. *Siliquae* breues. *Clariſſ. Adam* loc. cit. hunc cum *Crambe macrocarpâ* confudit.

355. CLEOME. Glandulae nectariferae 3, ad ſingulum ſinum calycis ſingulae; excepto infimo. Petala omnia adſcendentia. Siliqua unilocularis, biualuis.

1333. CLEOME *ornithopodioides.*

Cl. floribus hexandris, foliis ternatis: foliolis ouali-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 568. Pall. ind. taur.*

Sinapiſtrum orientale triphyllum ornithopodii filiquis. *Dill. elth. f. 345. Buxb. cent. 1. p. 6. t. 9. f. 24.*

Occurrit in Taurià meridionali rarius, et in Iberiâ. ⊙

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

356. ERODIUM. Calyx 5-phyllus. Cor. 5-petala. Nectarium: fquamulae 5, ftaminibus interjectae, glandulae melliferae infidentes. Arilli 5, monofpermi, ariftati, receptaculo roftrato affixi: ariftis fpiralibus, introrfum barbatis.

* *Foliis compofitis pinnatis pinnatifidifque.*

1334. ERODIUM *anthemifolium.*

E. pedunculis multifloris calycibusque fubmuticis villofoviſcoſis, foliis interrupte pinnatis canefcentibus: pinnis pinnatifidis, laciniis oblongis acutiufculis fublobatis; petalis fubemarginatis calyce longioribus, caule ramofo diffufo.

Habitat in Iberiâ occidentali. D. *Steuen.* ♃

Planta facie E. ciconii *pube* breuiore mollioreque incana, magis *ramofa* et diffufa *foliisque* magis diffectis: *Pedunculi* 5-10-flori: pedicellis elongatis divaricatis. *Flores* magnitudine E. ciconii. *Calycina* foliola 3 ariftâ breuiffimâ; 2 omnino mutica. *Petala* calyce duplo fere majora lata obtufa fubemarginata caerulefcentia: neruis faturatioribus. *Stipulae* tam caulis quam petiolorum paruae acutae marcidae. *Foliorum* formâ etiam ad E. alpinum accedit: fed et ab hoc *pube* omnium partium et *calycibus* fubmuticis diuerfum.

1335. ERODIUM *ciconium.*

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis dentatis, petiolo communi inter pinnas dentato, petalis oblongis obtufis: binis emarginatis, caule adfcendente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 629.*

Geranium ciconium. *Cauan. diſſ. 4. p. 228. t. 95. f. 2. Jacq. hort. vind. 1. t. 18. Hall. hiſt. n. 946. Pall. ind. taur.*

Frequens in ſterilibus incultis, tam Tauriae quam ad Caucaſum. Floret Aprili, Majo. ⊙

Variat maxime ramoſitate, foliis, florum numero et magnitudine. In arenâ mobili deſerti Cumani legi *varietatem* praecocem *foliis* oblongis lobatis: lobis dentatis, *ſcapo* radicali 1-2-floro, *floribus* minoribus; quam pro peculiari ſpecie facile haberes, niſi individuis intermediis conjungeretur cum principali.

1336. ERODIUM *Steueni.*

E. pedunculis ſubtrifloris, foliis interrupte pinnatis nudiuſculis: pinnis bipinnatifidis, laciniis linearibus; petalis oblongis obtuſis calyce duplo longioribus, caule incano diffuſo.

Occurrit in promontorio caucaſico, circa Stauropolin. ♃

Caulis ramoſiſſimus diffuſus baſi villoſulus ſuperne tantum incanus purpureus. *Folia* pallide virentia vix pubeſcentia tenuiſſime laciniata: laciniis anguſtis. *Pedunculi* ſubtriflori incani. *Calyx* magnitudine E. cicutarii: foliolis ariſtâ lineam longâ. *Petala* ouato-oblonga obtuſa calyce duplo longiora.

1337. ERODIUM *cicutarium.*

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis inciſis, corollis calyce majoribus, caule hirto proſtrato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 629.*

Geranium cicutarium. *Curt. lond. Hall. hiſt. n. 944. Gmel. ſib. 3. p. 275. n. 8. Pall. ind. taur.*

G. chaerophyllum. *Cauan. diſſ. 4. p. 226. t. 95. f. 1.*

Commune in incultis. Floret Majo et hinc inde ſero autumno. ⊙

** *Foliis lobatis et indiuiſis.*

1338. ERODIUM *oxyrhinchum.*

E. pedunculis ſubtrifloris, foliis cordatis oblongis ſubtripartitis crenatis ſubtus incanis: lobo extimo trifido, caule proſtrato, ariſtis filiformibus longiſſimis.

Geranium nodoſum acu longiſſimâ. *Buxb. cent. 2. p. 41. t. 48.*

Habitat in Iberiae orientalis collibus ſiccis, ad Cyrum fluuium. ♃

Planta pube exili ſubcaneſcens minime hirſuta. *Caules* proſtrati ſubramoſi: geniculis incraſſatis, e quibus foliorum faſciculi et pedunculi. *Stipulae* tam caulis quam pedunculorum ſubulatae paruae. *Flores* magnitudine E. cicutarii: *calycinis* foliolis ariſtâ breui, *petalis* oblongis obtuſis purpuraſcentibus calyce longioribus. *Seminum ariſta* longiſſima tenuiſſima incana. *Facies* E. guttati, a quo *differt foliis* profundius lobatis cum *caule* incanis, nec villis albis hirſutis et ſubtomentoſis; *caulibus* longioribus, *ſtipulis* anguſtioribus et acutioribus, ſeminum *ariſtâ* longiore et colore *floris.*

DECANDRIA.

357. GERANIUM. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala, regularis. Nectar. glandulae 5 melliferae, baſi longiorum filamentorum adnatae. Arilli 5, monoſpermi, ariſtati, receptaculo roſtrato affixi: ariſtis nudis, ſimplicibus (nec ſpiralibus, nec barbatis).

* *Pedunculis uniſloris.*

1339. GERANIUM *ſibiricum.*

G. pedunculis unifloris, caule erecto ramoſo, foliis quinquelobo-palmatis: lobis oblongis incifo-dentatis. *Linn. ed.*

Willd. 3. p. 697. Cauan. diff. 4. p. 198. t. 77. f. 1. Burm. ger. n. 3. Gmel. fib. 3. p. 274. n. 2. t. 67. Jacq. hort. vind. 1. t. 19.

Occurrit in Iberiâ occidentali. 2

Planta iberica minus villosa est quam sibirica, quoad reliqua simillima. *Arilli* pilosi. *Varietatem* pedunculis ex eodem puncto binis ex Iberiâ quoque habeo.

1340. GERANIUM *sanguineum.*

G. pedunculis unifloris, foliis quinquepartitis trifidis orbiculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 697. Cauan. diff. 4. p. 195. t. 76. f. 1. Burm. geran. 3. Hall. hist. n. 930. Gmel. fib. 3. p. 274. n. 1. Pall. ind. taur.*

Commune in sylvaticis montosis. Floret a Majo, per totam aestatem. 2

** *Pedunculis bifloris: perennia.*

1341. GERANIUM *radicatum.*

G. pedunculis bifloris, foliis multipartitis: laciniis incisoserratis, caule a basi ad bifurcaturam nudo.

G. (*tuberosum*) pedunculis bifloris, foliis multipartitis: laciniis linearibus pinnatifidis obtusis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 698. (exclusis synonymis omnibus.) Pall. ind. taur.*

G. radice grumosâ. *C. B. Morif. hist. 2. p. 515. sect. 5. t. 16. f. 20.*

G. septimum. *Tabern. Kraeut. p. 124.*

Crescit in Tauriae campestribus et in Iberiâ. Floret Aprili. Majo. 2

Folia radicalia segmentis latis pinnatifidis: laciniis sublobatis, floralia segmentis angustis inciso-serratis vel tantum serratis.

1342. GERANIUM *tuberoſum.*

G. pedunculis biflоris, foliis multipartitis: laciniis ſubdiniſis, lacinulis linearibus integerrimis; caule a baſi ad bifurcaturam unifolio.

G. pedunculis biflоris, foliis multipartitis: laciniis linearibus ſubdiniſis obtuſis. *Linn. hort. cliff. p. 343. Burm. geran. 9.*

G. foliis albicantibus multipartitis: laciniis linearibus ſubpinnatis obtuſis, pedunculis binis aut biflоris, petalis emarginatis. *Cau. diſſ. 4. p. 199. t. 78. f. 1. Lamark dict. 2. p. 653. n. 9.*

G. tuberoſi varietas ſibirica. *Willd. ed. Linn. 3. p. 698. n. 5. in notâ.*

G. tuberoſum majus. *C. B. Moriſ. hiſt. 2. p. 516. ſect. 5. t. 16. f. 21.*

Habitat in nemoroſis ſub arboribus, etiam in campeſtribus ad Wolgam inferiorem minus rarum, quam in promontorio caucaſico. Floret Majo. ♃

Praecedente plerumque altius. *Foliorum* radicalium ſegmenta 2-3-partita lacinulis linearibus *integerrimis*: caulini et floralium ſegmenta longiora ſaepius indiuiſa quam bipartita. *Affine* quidem praecedenti, tamen ſpecie certe diſtinctum.

1343. GERANIUM *ibericum.*

G. pedunculis biflоris, petalis trilobo-emarginatis, foliis ſubſeptemlobis inciſo dentatis, caule villoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 702. Cauan. diſſ. 4. p. 209. t. 124. f. 1. Lamark dict. 2. p. 658. n. 25.*

G. orientale batrachioides tenuioribus foliis, flore maximo *Tourneſ. cor. p. 20.*

β. foliis minus diſſectis: lacinulis minus acuminatis, petalis emarginatis.

G. orientale batrachioides amplioribus foliis, flore maximo. *Tournef. cor. p. 20.*

Habitat in Caucaſo iberico alpino. 2

Caulis, *petioli*, *pedunculi* et *calyces* pilis patulis longis mollibus albis hirſutiſſimi; *arilli* quoque cum *ariſtis* hirſuti. *Folia* praeter neruos paginae inferioris minus villoſa. *Flores* purpureo-caerulei: *calyce* ariſtis longis, *petalis* magnis bilobis, ſaepius cum dente intermedio, qui attamen quandoque deeſt. *Varietas* β rerior *petalis* etiam breuioribus ab α aberrat, vix tamen ſpecie diuerſa.

1344. GERANIUM *ſyluaticum.*

G. pedunculis biſloris, foliis ſubpeltatis quinquelobis inciſo-ferratis, caule erecto corymboſo, petalis ſubemarginatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 703. Hall. hiſt. n. 932.*

G. ſecundum batrachioides minus. *Clus. hiſt. 2. p. 99.*

Occurrit in Caucaſo iberico. 2

Panicula dichotoma multiflora ſubcorymboſa. *Pedunculi calycesque* pilis confertis patentiſſimis glanduliferis hiſpidi: hi ariſtâ longiuſculâ. *Petala* obtuſiſſima ſubemarginata purpurea: venis ſaturatioribus. *Arilli* leuiter pubeſcentes.

G. batrachioides *Cauan. diſſ. 4. p. 211. t. 85. f. 2* differt ab hoc *calyce* breuiore: fructifero ut in ſubſequente turgidulo, et *arillis* glabris.

1345. GERANIUM *pratenſe.*

G. pedunculis biſloris, foliis ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 795. Cauan. diſſ. 4. p. 210. t. 87. f. 1. Hall. hiſt. n. 931.*

G. tertium batrachioides majus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 100.*

In Albaniâ ibericâ reperitur. 2

Folia praecedente altius et crebrius inciſa. *Flores* minus copioſi majores. *Pedunculorum et calycum* hirſuties minor. *Petala* rotundata caerulea: venis ſanguineis.

1346. GERANIUM *collinum.*

G. pedunculis bifloris calycibuſque villoſo-viſcoſis, petalis ſubrotundis integris calyce longioribus; caule diffuſo, foliis palmato-quinquepartitis ſubtrilobis inciſo-ſerratis.

G. pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis ſeptempartitis: lobis laciniatis, caule decumbente, petalis longitudine calycis, calycibus pedunculiſque glanduloſo-pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 705.*

Frequens in Caucaſi ſubalpini pratis, ditionibus etiam Wolgenſibus et Ucraniae familiare. Floret Julio, Auguſto. ♃

Pili totius plantae proſtrati breues: pedunculorum et calycum patuli longiores. *Folia* fere G. aconitifolii. *Flores* majores. *Calyces* ariſtis longiuſculis. *Petala* calyce paullo longiora ouata rotundata purpureocaerulea. *Antherae* luteae. *Arilli* piloſi. *Variat* florum magnitudine et pilis pedunculorum calycumque breuiſſimis, ut incani tantum videantur. Sic praeſertim in culto.

1347. GERANIUM *albanum.*

G. pedunculis bifloris elongatis calycibuſque hiſpidis, foliis reniformibus ſeptemlobis: lobis cuneiformibus trifidis laciniis tridentatis, caule flaccido, petalis emarginatis, arillis venoſo-rugoſis baſi pubeſcentibus.

Creſcit in Albaniâ ibericâ, circa pagum Wakiri. *D. Steuen.* ♃

Habitus et *folia* inſequentis, ſed minus ramoſum et magis hiſpidum: *pedunculis* oppoſitifoliis *pedicelliſque* elongatis. *Flores* magnitudine fere G. collini. *Calycis* ariſtae breuiſſimae, ut in ſubſequente. *Petala* purpurea emarginata calyce duplo longiora. *Arilli* magni teſtacei venis prominulis rugoſi: baſi pube exili, apice glabriuſculi.

1348. GERANIUM *pyrenaicum.*

G. pedunculis bifloris, foliis reniformibus feptemlobis: lobis oblongis obtufis trifidis, laciniis tridentatis; caule erecto ramofo, petalis emarginatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 708. Cauan. diff. 4. p. 203. t. 79. f. 2. Curt. lond. Burm. geran. 25. Gerard gallopr. p. 434. t. 16. f. 2.*

G. montanum rotundifolium perenne, flore purpureo majori. *Barrel. ic. 40.*

Occurrit in Tauriae montofis: etiam in fummo monte Tfchaturdag; nec non in Iberiâ. Floret Majo, Junio, in alpinis Auguſto. ♃

Pubes calycum, pedunculorum et arillorum exilis. *Calycum* ariſtae minimae. *Arilli* laeues. *Variat petalis* bipartitis et emarginatis.

*** *Pedunculis bifloris: annua.*

1349. GERANIUM *pallens.*

G. pedunculis bifloris, petalis integris calyce duplo longioribus, foliis palmato-quinquepartitis ſubtrilobis: floralibus ſuperioribus ſeſſilibus, arillis hirſutis.

Habitat in Iberiâ occidentali. *D. Steuen.* ⊙?

Habitus flaccidus et *pubes* G. rotundifolii. *Folia* profundius inciſa: lobis laciniisque acutioribus, quae *pedunculis* ſubſunt pleraque ſeſſilia. *Calyx* formâ et pube G. rotundifolii: ariſtis paullo longioribus. *Petala* duplo fallim majora oblonga obtuſa alba aut dilutiſſime purpuraſcentia. *Fructus* exacte G. rotundifolii.

1350. GERANIUM *diuaricatum.*

G. pedunculis bifloris, petalis emarginatis calyce breuioribus, foliis quinquelobis dentatis: lobo unico laterali longiore, arillis ſcabris ſuperne venoſo-rugoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 709. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 123. Ehrh. catal. 7. p. 164.*

G. Winterli. *Roth. catal. 2. p. 78.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi nemoribus, inter frutices. Floret Majo, Junio. ⊙

1351. GERANIUM *molle.*

G. pedunculis biflоris, foliis reniformibus: radicalibus nouemlobis, caulinis ſeptemlobis: lobis trifidis, petalis bifidis longitudine calycis mutici, arillis glabris tranſuerſim rugoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 710. Cauan. diſſ. 4. p. 203. t. 83. f. 3. Flor. dan. t. 679. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 939. Leers herb. n. 539. Pall. ind. taur.*

G. columbinum villoſum, petalis bifidis purpureis. *Vaill. pariſ. t. 15. f. 3.*

Creſcit in Tauriae campis apricis, circa Boſphorum. Floret Majo. ⊙

1352. GERANIUM *puſillum.*

G. pedunculis biflоris, floribus pentandris, petalis emarginatis longitudine calycis mutici, foliis ſubſeptemlobis, trifidis, arillis pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 713. Cauan. diſſ. 4. p. 202. t. 83. f. 1. Burm. geran. 23. Hall. hiſt. n. 940. Leers herb. n. 534.*

β. G. humile. *Cauan. diſſ. 4. p. 202. t. 83. f. 2.*

G. paruiflorum. *Curt. lond.*

G. columbinum humile, flore minimo caeruleo. *Ray ſynopſ. ed. 3. p. 359. t. 16. f. 2.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi umbroſis. Floret Aprili, Majo. ⊙

Dignoſcitur a praecedente *ſtaminibus* tantum 5 antheriferis et *arillis* laeuibus pubeſcentibus, qui huic rugoſi glabri.

1353. GERANIUM *diſſectum.*

G. pedunculis biflоris, foliis quinquepartitis: lobis trifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis piloſis:

pilis glanduliferis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 712. Cau. diff. 4. p. 199. t. 78. f. 2. Curt. lond. Burm. geran. 15. Retz. obf. 1. p. 22. Hall. hift. n. 937. Gmel. fib. 3. p. 275. n. 6. Pall. ind. taur.*

G. columbinum majus, foliis imis ufque ad pedunculum diuifis. *Vaill. parif. t. 15. f. 2.*

Commune in fterilibus. Floret Majo. ⊙

Petala fature purpurea. *Arilli* villofi.

1354. GERANIUM *columbinum.*

G. pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartitis: lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis ariftati, arillis glabris laeuibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 711. Cauan. diff. 4. p. 200. t. 82. f. 1. Burm. geran. 22. Hall. hift. n. 938. Gmel. fib. 3. p. 275. n. 7. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

G. diffectis foliis, pedunculis longiffimis. *Vaill. parif. t. 15. f. 4.*

In apricis incultis haud rarum. Floret Majo. ⊙

Calyx angulatus exquifite ariftatus. *Petala* rofea.

1355. GERANIUM *lucidum.*

G. pedunculis bifloris, foliis quinquelobis rotundatis, calycibus tranfuerfe corrugatis, capfulis multicarinatis. *Smith brit. 2. p. 733. Linn. ed. Willd. 3. p. 709. Cauan. diff. 4. p. 214. t. 80. f. 2. Flor. dan. t. 218. Burm. geran. 19. Hall. hift. n. 942. Pall. ind. taur.*

G. alterum rotundifolium faxatile montanum. *Col. ecphr. p. 138. ic. p. 137.*

In petrofis inumbratis Tauriae meridionalis Majo legi. ⊙

1356. GERANIUM *robertianum.*

G. pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatifque trifidopinnatifidis, petalis integris calyce ariftato duplo longioribus,

arillis reticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 714. Cauan. diff. 4. p. 215. t. 86. f. 1. Flor. dan. t. 694. Curt. lond. Burm. geran. 18. Hall. hift. n. 943. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

In faxofis umbrofis reperitur. Floret Majo. ♂

1357. GERANIUM *purpureum.*

G. pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis, petalis integris calyce ariftato parum longioribus, arillis tranfuerfim rugofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 715. Vill. delph. 3. p. 374. t. 40.*

Occurrit in Iberiae et Tauriae meridionalis lapidofis. *D. Steuen.* ♂

G. robertiano gracilius magifque *ramofum* et diuaricatum, *pubes* minus elongata et mollior, *petala* breuiora, *arilli* rugis fulcisque profundioribus.

POLYANDRIA.

358. SIDA. Cal. fimplex, angulatus. Stylus multipartitus. Capf. plures mono-S. trifpermae.

* *Foliis cordatis dentatis, pedunculis unifloris.*

1358. SIDA *Abutilon.*

S. foliis fubrotundo-cordatis acuminatis dentatis tomentofis, pedunculis folitariis petiolo breuioribus, capfulis biariftatis truncatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 750. Cauan. diff. 1. p. 34. n. 73 et 2. p. 49. Kniph. cent. 4. n. 79. Hall. hift. n. 1075.*

Frequens in inundatis ad fluuium Terek, circa Kifljar, inter Atriplices et Xanthium. Floret Julio, Auguſto. ⊙

359. ALTHAEA. Cal. duplex: exterior 6-f. 9-fidus. Capf. plurimae, monofpermae.

1359. ALTHAEA *officinalis.*

A. foliis tomentofis oblongo-ouatis obfolete trilobis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 770. Cauan. diff. 2. p. 93. t. 30. f. 2. Flor. dan. t. 530. Hall. hift. n. 1074. Pall. ind. taur.*

Copiofa ad riuulos et foffas. Floret Julio, Auguſto. ♃

1360. ALTHAEA *cannabina.*

A. foliis tomentofo-fcabris: inferioribus palmato-digitatis, fummis ternatis: foliolo intermedio longiffimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 771. Jacq. auſtr. 2. p. 1. t. 101. Cauan. diff. 2. p. 94. t. 30. f. 2. Lamark dict. 3. p. 58. n. 2. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 120.*

In pratis montanis, ad fepes et fyluarum margines haud rara. Floret Julio, Auguſto. ♃

1361. ALTHAEA *hirſuta.*

A. foliis cordatis obtufis quinquelobis fupra glabris, caule hirſuto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 772. Jacq. auſtr. 2. p. 44. t. 770. Cauan. diff. 2. p. 95. t. 29. f. 1. Hall. hift. n. 1073. Pall. ind. taur.*

Creſcit in agris campiſque apricis. Floret aeſtate. ☉

1362. ALTHAEA *ficifolia.*

A. foliis feptemlobo-palmatis obtufis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 174. Cauan. diff. 2. p. 92. t. 28. f. 2.*

Alcea ficifolia. *Linn. hort. cliff. 348. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 119.*

Malua roſea fimplex peregrina. *Tabern. Kraeut. p. 1149.*

Abundat in campis et collibus apricis. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♂

Variat foliis magis et minus profunde lobatis: lobis ouatis et oblongis obtusis. *Corolla* constanter sulphurea.

360. MALUA. Cal. duplex: exterior triphyllus. Capſ. plurimae, monoſpermae.

** Foliis angulatis.*

1363. MALUA *rotundifolia.*

M. caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 786. Cauan. diſſ. 2. p. 79. t. 26. f. 3. Flor. dan. t. 721. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1070. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Communis in ruderatis, ad vias, ſepes. Floret aeſtate. ♃

1364. MALUA *ſylueſtris.*

M. caule erecto herbaceo, foliis ſeptemlobatis acutis, pedunculis petioliſque piloſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 787. Cauan. diſſ. 2. p. 78. t. 26. f. 2. Hall. hiſt. n. 1069. Gmel. ſib. 3. p. 276. n. 9.*

Frequens cum praecedente reperitur eodemque tempore floret. ♂

361. LAUATERA. Cal. duplex: exterior trifidus. Capſ. plurimae, monoſpermae.

** Caule herbaceo.*

1365. LAUATERA *biennis.*

L. caule herbaceo foliiſque ſubtomentoſis: inferioribus ſubrotundis lobatis, floralibus trilobis: medio lanceolato, pedunculis axillaribus ſolitariis, petalis truncatis ſubemarginatis.

L. herbacea, foliis inferioribus cordatis crenatis ſubrotundo-lobatis, ſuminis oblongis trilobis: lobo medio maximo, pe-

dunculis elongatis solitariis, petalis truncatis. *Marsch. casp. p. 183. app. n. 53.*

Habitat in Caucasi orientalis campestribus, versus mare Caspium. Floret aestate. ♂

Dignoscitur ab affini L. thuringiacâ potissimum *petalorum* formâ; *calycis* quoque interioris foliola in longius acumen sunt producta. *Arilli* transuersim subtilissime rugosi.

1366. LAVATERA *thuringiaca.*

L. caule herbaceo tomentoso, foliis subtomentosis: inferioribus angulatis, superioribus trilobis: medio longiore obtuso, pedunculis axillaribus solitariis, petalis obcordatis.

L. thuringiaca. *Linn. ed. Willd. 3. p. 795. Jacq. austr. 4. p. 6. t. 311. Cauan. diss. 2. p. 89. t. 31. f. 3. Curt. bot. mag. Dill. elth. f. 8. Pall. ind. taur Habl. taur. p. 119*

Communis in pratis syluaticis et in dumetis. Floret aestate. ♃

362. HIBISCUS. Cal. duplex: exterior polyphyllus. Stigmata 5. Capf. 5-locularis, polyspermа.

1367. HIBISCUS *Trionum.*

H. foliis dentatis: superioribus tripartitis, lobis lanceolatis: intermedio longissimo, calycibus inflatis membranaceis neruosis. *Linn. ed Willd. 3. p. 852. Cauan. diss. 3. p. 171. t. 64. f. 1. Curt. bot. mag. Roth. catal. 1. p. 43. 44. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 157.*

Occurrit in Tauriae et Iberiae aruis. Floret Julio, Augusto. ⊙

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

363. FUMARIA. Cal. diphyllus. Cor. ringens. Filamenta 2, membranacea, fingula antheris 3.

* *Corollis unicalcaratis.*

1368. FUMARIA *Marſchalliana.*

F. caule ſimplici, racemo terminali, bracteis integerrimis, foliis biternatis: foliolis ellipticis ſublobatis, corollae calcare apice incuruo obtuſiſſimo, radice tuberoſâ.

F. caule ſimplici, racemo terminali, bracteis ouatis flore longioribus, foliis biternatis ellipticis, radice tuberoſâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 860. Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae et promontorii caucaſici, nec non in Ucraniae montibus ſyluaticis, ſub arboribus. Floret Aprili, Majo. ♃

Maxime *affinis* F. bulboſae, a quâ *differt ſtaturâ* altiore, *foliolis* minus inciſis: lateralibus ſubbilobis, extimis ſubintegris, omnibus baſi apiceque attenuatis: nec ſubcumeiformibus ſubmultilobis; *bracteis* majoribus, *floribus* ſulphureis: nec purpureis aut albis. *Labium* utrumque profunde bilobum: denticulo ex fiſſurâ nullo.

1369. FUMARIA *fabacea.*

F. caule ſimplici, racemo terminali, bracteis integerrimis, foliis biternatis: foliolis ellipticis ſublobatis, corollae calcare apice attenuato ſubarcuato, radice tuberoſâ.

F. caule ſimplici, racemo terminali, bracteis ſubrotundis longitudine florum, calcare corollae recto, foliis biternatis, ra-

dice tuberosâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 862. Retz prodr. flor. scand. ed. 2. n. 859.*

F. intermedia. *Ehrh. catal. 6. p. 146.*

Crescit in montibus sylvaticis Caucasi. ♃

Gmelinus in *florâ sib. 4. p. 65 sub. n. 86* hanc et affines confudit.

1370. FUMARIA *Halleri.*

F. caule simplici, racemo terminali, bracteis cuneatis digitatis, foliis biternatis: foliolis cuneiformibus incisis, radice tuberosâ.

F. caule simplici, racemo terminali, bracteis cuneatis digitatis pedunculo longioribus, foliis biternatis, radice tuberosâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 863. Flor. dan. t. 1224.*

F. solida. *Ehrh. catal. 6. p. 146. Curt. bot. mag.*

F. bulbosa minor. *Leers herb. n. 594.*

F. bulbosa. *Retz prodr. flor. scand. ed. 2. n. 858. Pall. ind. taur.*

F. radice bulbosâ solidâ, caule simplici multifolio, bracteis digitatis. *Hall. hist. n. 349.*

Copiosa in nemorosis sub arboribus et fruticibus. Floret Aprili, Majo. ♃

Labium utrumque bilobum: denticulo minuto ex fissurâ. *Variat flore* albo et purpureo. *Varietatem caule* basi ramoso declinato legi in summo monte Tschaturdag Tauriae.

1371. FUMARIA *angustifolia.*

F. caule simplici, racemo terminali, bracteis cuneatis incisis, foliis biternatis: foliolis laciniatis linearibus, radice tuberosâ.

Habitat in Iberiâ. ♃

Minor praecedente, *habitu* vero, *racemo* et *floribus* similis. *Bracteae* minus profunde partitae. *Foliola* bifida aut trifida:

laciniis anguſtis linearibus. *Stipula* oblonga obtuſa ſcarioſa ſub foliis caulinis in hâc et duabus praecedentibus, quae in F. bulboſâ et Marſchallianâ deficit.

1372. FUMARIA *officinalis.*

F. caule ramoſo diffuſo, ſiliquis globoſis monoſpermis retuſis, foliis ſupradecompoſitis: foliolis cuneiformibus lanceolatis inciſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 867. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 346. Gmel. ſib. 4. p. 65. n. 85. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Habitat in ruderatis et aruis, varietas minor in ſaxoſis. Floret Majo, Junio. ⊙

OCTANDRIA.

364. POLYGALA. Cal. 5-phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. Legumen obcordatum, biloculare.

** Criſtatae (floribus appendice penicilliformi)*

1373. POLYGALA *vulgaris.*

P. floribus criſtatis racemoſis, alis calycinis trinerviis obtuſis longitudine corollae, caulibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis acutiuſculis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 873. Flor. dan. t. 516. Hall. hiſt. n. 344. Gmel. ſib. 4. p. 63. n. 82. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Occurrit in collibus ſiccis Tauriae rarius. Floret Majo. ♃

1374. POLYGALA *major.*

P. floribus criſtatis racemoſis, alis calycinis multinerviis obtuſis mucronatis corollâ breuioribus, caulibus erectis, foliis lineari-lanceolatis acutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 874. Jacq. auſtr. 5. p. 6. t. 413. Pall. ind. taur.*

P. orientalis linifolia magno flore purpureo vel albo. *Tournef. cor. p. 10. Buxb. cent. 3. p. 40. t. 70. f. 1.*

P. vulgaris major prima et fecunda. *Cluſ. hiſt. 1. p. 324. 325.*

P. major. *Tabern. Kraeut. p. 1213.*

Copioſa in pratis et paſcuis herbidis apricis. Floret a Majo, ad Auguſtum. ♃

Flores plerumque purpurei, interdum caerulei aut albi.

1375. POLYGALA *andrachnoides.*

P. floribus criſtatis racemoſis, alis calycinis trineruiis obtuſis corollâ longioribus, caulibus ramoſis procumbentibus, foliis obouatis ſubretuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 875.*

P. ſupina. *Schreb. dec. p. 19. t. 10. Poiret in dict. enc. 5. p. 487. n. 2.*

P. orientalis ſupina myrtifolia, flore coeruleo et purpureo. *Tournef. cor. p. 10. Buxb. cent. 3. p. 40. t. 70. f. 2.*

Creſcit in Tauriae collibus cretaceis. Floret Majo. ♃

Radix valida apice multiceps *cauliculos* per orbem plurimos fundit. *Folia* ſerpilli parua obtuſa. *Flores* parui caerulei.

DECANDRIA.

365. GENISTA. Cal. bilabiatus: $\frac{2}{3}$ dentibus binis ſuperioribus breuiſſimis. Vexillum oblongum, a genitalibus deorſum reflexum.

* *Inermes.*

1376. GENISTA *patula.*

G. foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris, ramis teretibus ſtriatis paniculatis patulis.

Habitat in collibus lapidoſis ad Cyrum fluuium, prope Tiflin. ♄

Frutex 2-4-pedalis ramoſiſſimus glaberrimus. *Folia* duplo G. tinctoriâ anguſtiora. *Flores* duplo fere minores. *Ramuli* floriferi breues copioſi patuli. Cætera G. tinctoriae.

1377. GENISTA *tinctoria.*

G. foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus ſtriatis erectis, leguminibus glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 939. Willd. arb. berol. p. 128. Kniph. cent. 6. n. 42. Hall. hiſt. n. 350. Gmel. ſib. 3. p. 19. n. 25.*

Geniſtella. *Riu. tetrap. irr. t. 67.*

Occurrit in collibus ſiccis Caucaſi. ♄

Non penitus glabra eſt nti praecedens, ſed *foliorum* margo et *ramuli* floriferi pilis vagis inſtruuntur; *legumina* vero ſunt omnino glabra.

1378. GENISTA *albida.*

G. foliis lanceolatis albido-villoſis, floribus axillaribus ſeſſilibus, corollis villoſis, caule procumbente ſulcato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 942.*

G. piloſa. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae ſaxoſis, in cretaceis circa Karaſſubaſar frequens. Floret Aprili, Majo. ♄

Frutex pygmaeus, pauciſſimis a G. piloſâ diſcrepans; *caulis* etiam ſtipularum gemmarumque rudimentis tuberculatus.

366. ONONIS. Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. Vexillum ſtriatum. Legumen turgidum, ſeſſile. Filamenta connata, abſque ſiſſurâ.

* *Floribus ſubſeſſilibus.*

1379. ONONIS *ſpinoſa.*

O. floribus ſubgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis ſerratis ramisque ſpinoſis villoſis. *Linn. ed.*

Willd. 3. p. 989. Willd. arb. berol. p. 200. n. 1, Flor. dan. t. 783. Retz obſ. 1. p. 23 et 2. p. 21. Hall. hiſt. n. 356. Habl. taur. p. 138.

O. aruenſis. *Lamark dict. 1. p. 505. n. 2. Pall. ind. taur.*

Communis in ſterilibus. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

1380. ONONIS *hircina.*

O. floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis ſerratis pubeſcentibus, caule inermi villoſo-viſcoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 989. Willd. arb. berol. 1. p. 201. n. 2. Jacq. hort. vind. 1. t. 93.*

O. aruenſis. *Retz obſ. 1. p. 33. 2. p. 21.*

O. altiſſima. *Lamark dict. 1. p. 506. n. 4.*

O. ſpinoſa. *α.* mitis. *Linn. ſpec. pl. p. 1006.*

O. alopecuroides. *Pall. ind. taur.*

Creſcit cum praecedente, minus communis. ♃

1381. ONONIS *Columnae.*

O. floribus ſubſeſſilibus lateralibus, foliis ternatis oblongis pubeſcentibus, ſtipulis lanceolatis denticulatis, calycibus ſcariosis corollâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 993. Allion. pedem. n. 1166. t. 20. f. 3. Hall. hiſt. n. 359.*

O. minutiſſima. *Jacq. auſtr. 3. p. 23. t. 240. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 156.*

O. paruiflora. *Lamark dict. 1. p. 510. n. 21. Cauan. hiſp. 2. t. 154.*

O. lutea ſylueſtris minima. *Column. ecphr. 1. p. 304.*

In lapidoſis apricis tam Tauriae quam Caucaſi, etiam Iberiae reperitur. Floret aeſtate. ♃

Icones *Jacquini* et *Allionii* citatae mihi quidem unius et ejuſdem ſpeciei eſſe videntur.

367. ANTHYLLIS. Cal. ventricosus. Legumen subrotundum, tectum, 1-3-spermum.

1382. ANTHYLLIS *Vulneraria.*

A. herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1013. Hall. hist. n. 293. Gmel. sib. 4. p. 34. n. 47. Pall. ind. taur.*

Vulneraria. *Riu. tetrap. 19.*

In graminosis sylvaticis reperitur. Floret Junio. ♃

Varietatem corollis purpureis semel in Tauriâ inueni.

368. PISUM. Stylus triangulus, supra carinatus, pubescens. Calycis laciniae superiores 2 breuiores.

1383. PISUM *sativum.*

P. petiolis teretibus, stipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1070. Blackw. t. 83.*

Occurrit hinc inde in collibus Bosphoro Tauriae adjacentibus. ☉

1384. PISUM *elatius.*

P. petiolis teretibus hexaphyllis, stipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis bifloris folio longioribus.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Majus praecedente. *Internodia* nuda striata. *Stipulae* fere praecedentis. *Foliola* magis oblonga. *Pedunculi* longissimi erecti biflori. *Flores* distantes pallidi: *alarum* laminâ atropurpureâ. *Legumina* mihi ignota.

369. OROBUS. Stylus linearis. Cal. basi obtusus: laciniis superioribus profundioribus, breuioribus.

1385. OROBUS *hirsutus.*

O. foliis conjugatis petiolatis, stipulis integris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1072. Pall. ind. taur.*

O. lathyroides. *Habl. taur. p. 125.*

O. syluaticus foliis circa caulem auriculatis. *Buxb. cent. 3. p. 22. t. 51.*

In Tauriae syluis altioribus obuius. Floret Majo. ♃

1386. OROBUS *luteus.*

O. foliis pinnatis subquadrijugis ouatis acutis, stipulis semisagittatis basi dentatis, caule subramoso.

O. foliis pinnatis quadri- vel quinquejugis oblongis subtus glaucis, stipulis semisagittatis basi dentatis, caule simplici. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1073. Hall. hist. n. 419. Gmel. sib. 4. p. 13. n. 17. t. 4. Pall. ind. taur.*

O. foliis quinato-pinnatis, foliolis ouato-oblongis, stipulis semisagittatis, pedunculis longissimis, caule simplici. *Gerard gallopr. p. 482.*

Crescit in syluis ad latera montis Tschaturdag Tauriae. Floret Majo. ♃

Caulis plerumque ramosus, idem etiam obseruante Hallero. *Folia* 4-5-juga magna. *Stipulae* paruae, aut integerrimae, aut dente uno alteroue supra basin. *Flores* numerosi deorsum imbricati. *Corollae* luteae. *Stylus* sub apice supra villosus.

1387. OROBUS *lacteus.*

O. foliis subbijugis lineari-lanceolatis mucronatis neruosis petiolatis, stipulis semisagittatis basi subdentatis, caule ramoso.

Habitat in Caucaſi campeſtribus, etiam ad Wolgam inferiorem et in planitiebus Tanaicenſibus. Floret Majo. ♃

Differt ab affini O. albo *radice* ramoſâ non tuberoſâ, *caule* ramoſo, *foliolis* latioribus breuioribus: ſuperioribus interdum ſenis octoniſque, *ſtipulis* lobo baſeos longiore ſaepe dentato. *Flores* formâ et colore O. albi. An *diſtinctus* ab O. alpeſtri Waldſt. et Kitaibel?

1388. OROBUS *palleſcens.*

O. foliis ſubbijugis lineari-ſubulatis pubeſcentibus, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis ſubintegris, caule ſimplici pubeſcente.

O. pannonicus. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae campis apricis. Floret Majo. ♃

Medius quaſi inter praecedentem et ſubſequentem, huic foliorum ſtipularumque anguſtiâ caulibuſque ſimplicibus, illi foliolis pluribus 2-3-jugis conjugationibus remotioribus et colore floris ſimilis. *Caulis foliaque* cum *ſtipulis* undique pube exili veſtita. *Stipulae* anguſtae acuminatae ut in O. digitato: imae tantum quandoque denticulo obſoleto ad baſin. *Flores* majores quam in O. albo et lacteo: *corollis* albidis. *Stylus* apicem verſus valde incraſſatus.

1389. OROBUS *digitatus.*

O. foliis bijugis lineari-ſubulatis approximatis, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis baſi unidentatis, caule ſimplici.

O. pyrenaicus. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 121.*

O. orientalis foliis anguſtis, coſtae breuiſſimae innaſcentibus. *Tournef. cor. p. 26. (ex autopſiâ herb. Tournef.)*

O. purpureus foliis anguſtis digitatis. *Buxb. cent. 2. p. 36. t. 38.*

In Tauriae montibus ſyluaticis minime rarus. Floret Majo. ♃

Radix multicaulis, at *caules* conſtanter ſimplices. *Folia* bijuga plerumque: coſtâ ita breui ut digitata videantur. *Foliola* fere praecedentis ſpeciei, mucro cirrhi locum ſuſtinens longior. *Flores* formâ et colore O. verni. Quod O. *caneſcens*, in Pyrenaeis naſcens, cum plantâ orientali Tourneſortii et tauricâ noſtrâ ſit identica, perhibente quamuis Gerardo, mihi acdum dubium videtur.

1390. OROBUS *niger*.

O. caule ramoſo, foliis ſexjugis ouato-oblongis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1076. Sabbat. hort. 7. t. 17. Hall. hiſt. n. 418. Pall. ind. taur.*

O. folio Viciae. *Riu tetr. 59.*

Ad vias ſyluaticas inumbratas paſſim legi. Floret Majo, Junio. ♃

370. LATHYRUS. Stylus planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. Cal. laciniae ſuperiores 2 breuiores.

* *Pedunculis unifloris.*

1391. LATHYRUS *Aphaca*.

L. pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1077. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 442. Pall. ind. taur.*

Vicia exſtipulata. *S. G. Gmelin it. 3 p. 30. t. 33. f. 2.*

Elatine tertia. *Tabern. Kraeut. p. 1092.*

In graminoſis apricis reperitur. Floret Majo. ☉

Variat pedunculis unifloris et bifloris.

1392. LATHYRUS *Niſſolia.*

L. pedunculis unifloris, foliis ſimplicibus, ſtipulis ſubulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1078. Hall. hiſt. n. 441. Pall. ind. taur.*

Niſſolia parua flore purpureo. *Buxb. cent. 3. p. 24. t. 55. f. 1.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi campeſtribus. Floret Majo, Junio. ⊙

1393. LATHYRUS *angulatus.*

L. pedunculis unifloris ariſtatis, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1081. Hall. hiſt. n. 440.*

L. folio tenuiore, floribus rubris. *Buxb. cent. 3. p. 23. t. 42. f. 2.*

Rarius in Taurià reperitur. ⊙

Cirrhi plerique ſimpliciſſimi breues; ſummorum foliorum quandoque elongati ſubramoſi. *Pedunculi* floris calyce breuiores: fructus folium ſubaequantes. *Semina* parua caſtanea anguloſa ad lentem tantum punctis minimis inaequalia.

1394. LATHYRUS *leptophyllus.*

L. pedunculis unifloris ſubariſtatis, cirrhis diphyllis ramoſis, foliolis linearі-lanceolatis, leguminibus compreſſis glabris, feminibus globoſis tuberculatis.

Habitat in collibus herbidis apricis Caucaſi orientalis, ad riuum Akſu, circa Schamachi. Floret Majo, Junio. ⊙

Habitus praecedentis. *Foliola* latiora neruoſa. *Stipulae* ſemiſagittatae anguſtae ſubulatae. *Flores* magnitudine L. hirſuti, *Pedunculi* breuiſſime ariſtati: floriferi vix calycis longitudine, fructiferi vero folio longiores. *Calycis* dentes lanceolati nec ſubulati. *Vexillum* purpuraſcens venis ſaturatioribus. *Alae* pallidiores. *Carina* albida. *Legumina* formâ et magnitudine L.

hirſuti, glabra. *Semina* globoſa griſea obſcurius maculoſa punctulato-ſcabra.

** *Pedunculis bifloris.*

1395. LATHYRUS *hirſutus.*

L. pedunculis ſubbifloris, cirrhis diphyllis compoſitis, foliolis lanceolatis, leguminibus compreſſis hirſutis.

L. pedunculis ſubtrifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1086. Hall. hiſt. n. 437. Pall. ind. taur.*

L. Cicer. *Habl. taur. p. 125.*

L. ſiliquâ hirſutâ. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 305. Riu. tetrap. t. 41.*

Creſcit in campis apricis Tauriae, imprimis ad Boſphorum. Floret aeſtate. ⊙

Pedunculis unifloris ſaepe, trifloris rariſſime *variat.*

*** *Pedunculis multifloris.*

1396. LATHYRUS *tuberoſus.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1088. Curt. bot. mag. Hall. hiſt. n. 435. Gmel. ſib. 4. p. 6. n. 2. Pall. ind. taur.*

L. aruenſis. *Riu. tetrap. t. 42.*

Inter ſegetes communis. Floret Majo, Junio. ♃

1397. LATHYRUS *rotundifolius.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ſubrotundis, internodiis membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1088. Marſch. caſp. p. 184. app. n. 54.*

L. orientalis rotundifolius, flore rubro. *Tournef. cor. p. 26.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi *nemoribus*, fruticibus innixus. Floret Majo. ♃

Foliola lata glauco-viridia. Alae *caulis* anguſtiſſimae. *Stipulae* ſemiſagittatae integerrimae. *Flores* ſpecioſi L. latifolii roſei. *Legumina* oblonga glabra. *Semina* globoſa griſea obſcurius punctulata.

1398. LATHYRUS *pratenſis.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1089. Flor. dan. t. 527. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 436. Gmel. ſib. 4. p. 5. n. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 125. Riu. tetrap. t. 43.*

Communis in pratis fertilioribus. Floret aeſtate. ♃

1399. LATHYRUS *latifolius.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1089. Mill. ic. ed. germ. t. 165. Hall. hiſt. n. 433. Pall. ind. taur.*

L. narbonenſis. *Riu. tetrap. t. 40.*

Ad riuulos inter frutices reperitur. Floret Junio. ♃

1400. LATHYRUS *incuruus.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis lanceolato-oblongis obtuſis mucronatis, internodiis membranaceis, leguminibus curuatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1091. Roth. abh. 13. t. 4. catal. 2. p. 98.*

L. paribus foliorum quinque, floribus racemoſis, filiquis incuruis. *Hall. in comment. goett. 2. p. 341.*

Clymenum majus, floribus Craccae. *Buxb. cent. 3. p. 25. t. 44.*

Frequens in depreſſis virgultoſis, ad fluuios Terek et Kumam. Floret aeſtate. ♃

Ad orgyalem interdum *altitudinem* inter frutices extollitur, glauco-viridis. *Foliola* 6-10 pleraque alterna oblongo-elliptica cum mucrone, fubtus pubefcentia. *Stipulae* femifagittatae foliolis minores. *Pedunculi* elongati ftriati. *Calycis* dentes duo fuperiores breuiores, infimus elongatus. *Vexillum* purpureo-caeruleum, *alae carinaque* pallidae. *Legumina* oblonga anguſta baſi anguſtiora curuula. *Semina* fphaeroidea grifea cum nebulà obfcuriore.

1401. LATHYRUS *pififormis.*

L. pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis ellipticis obtufis, ftipulis femifagittatis ouatis foliolo latioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1092. dec. 39. t. 20. Gmel. ſib. 4. p. 7. n. 4. t. 1.*

Occurrit in fyluis Caucafi rarior. 2

Foliola fubfena obtufa fubretufa cum mucrone. *Stipulae* majores acutae. *Flores* magnitudine praecedentis. *Calyces* pubefcentes.

371. VICIA. Stigma latere inferiore tranſuerſe barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

1402. VICIA *pififormis.*

V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliis ouatis: infimis feſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1093. Jacq. auſtr. 4. p. 33. t. 364. Hall. hiſt. n. 428. Leers herb. n. 564. Pall. ind. taur.*

Cracca flore ochrolenco. *Riu. tetr. t. 51.*

In nemoroſis rarius obuia. Floret Junio. 2

1403. VICIA *caſſubica.*

V. pedunculis multifloris folio breuioribus, foliolis oblongis ſubpubeſcentibus, ſtipulis ſemifagittatis integerrimis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1097. Retz obſ. 6. p. 33.*

V. Gerardi. *Jacq. auſtr. 3. p. 16. t. 228. Gerard gallopr. p. 497. t. 19.*

V. militans. *Cranz auſtr. p. 388. t. 1. f. 2.*

Frequens ad ſyluarum margines et vias. Floret Julio. ♃

1404. VICIA *polyphylla.*

V. pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis lineari-lanceolatis acutis, ſtipulis ſemiſagittatis lanceolatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1098. Deſſont. atl. 2. p. 162.*

In cultis et ad ſepes cum ſubſequente frequens. Floret aeſtate. ♃

Planta tota hirſuta. *Foliola* lineari-lanceolata acuta. *Stipulae* ſemiſagittatae acuminatae integerrimae. *Pedunculi* quouſque a floribus nudi foliorum longitudine, cum floribus longiores. *Flores* facie et colore V. Craccae. *Calycini* dentes anguſtiſſimi ſubulati: 2 ſuperiores breues erecto-patuli, infimus lateralibus paullo longior.

1405. VICIA *Craccá.*

V. pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis obtuſis, ſtipulis ſemiſagittatis lineari-ſubulatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1098. Curt. lond. Flor. dan. t. 804. Hall. hiſt. n. 424. Gmel. ſib. 4. p. 9. n. 7. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 125.*

Cracca. *Riu. tetrap. t. 49.*

Communis in cultis et ad ſepes. Floret aeſtate. ♃

Planta pilis proſtratis nitidulis pubeſcens. *Foliola* oblonga obtuſiuſcula cum mucrone. *Stipulae* ſemiſagittatae acuminatae integerrimae. *Calycini* dentes 2 ſuperiores breuiſſimi obtuſi, caeteri ſubulati: infimo paullo longiore.

1406. VICIA *tenuifolia.*

V. pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis linearibus glabriuſculis trinerviis, ſtipulis linea-

ribus integris. *Linn ed. Willd. 3. p. 1099. Roth germ. 2. p. 183.*

V. Gerardi. *Willd. prodr. berol. n. 736.*

V. orientalis multiflora incana anguſtiſſimo folio. *Tournef. cor. p. 27. Buxb. cent. 5. n. 35.*

In Tauriae meridionalis collibus ſterilibus lapidoſis legi Majo florentem. ♃

Pubes fere praecedentis, leuior. *Foliola* formâ penultimae anguſtiſſima acuta. *Stipulae* lineari-ſubulatae integrae; inferiores ſemiſagittatae, intermediae auriculatae, ſuperiores ſimplices. *Pedunculi* axillares ſecundi. *Flores* praecedenti ſimiles: etiam *calycinis* dentibus ſuperioribus breuiſſimis.

** *Floribus axillaribus ſubſeſſilibus.*

1407. VICIA *anguſtifolia.*

V. leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis patentibus, foliolis imis ouatis retuſis emarginatis: ſuperioribus linearibus apice integerrimis, ſtipulis dentatis, ſeminibus globoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1105. Schkuhr bot. n. 3096. t. 201. Hall. hiſt. n. 430. Allion. pedem. n. 1201. t. 59. f. 2 et auct. p. 22. Riu. tetrap. t. 54.*

V. ſatiua. *Flor. dan. t. 522. Pall. ind. taur.*

V. vulgaris ſilueſtris, ſemine paruo et nigro frugum. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 312.*

Communis in Tauriae et Caucaſi herbidis. Floret Majo. ⊙

Planta polymorpha, mox erecto-patula, mox baſi ramoſiſſima proſtrata. *Foliola* mox latiora obtuſa, mox anguſta truncata et retuſa. *Legumina* in noſtris conſtanter ſolitaria patentia. *Semina* ſubgloboſa obſcura. V. ſatiua *leguminibus* binatis erectis gaudens caute ab hâc diſtinguenda.

1408. VICIA *lathyroides.*

V. leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis glabris, foliolis ſenis: inferioribus obcordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1106.*

Flor. dan. t. 58. Jacq. miſc. 2. p. 299. t. 18. Retz obſ. 6. p. 33. Allion. auctar. pedem. p. 22. n. 1202.

V. minima. *Riu. tetrap. t. 169.*

Ervum ſolonienſe. *Linn. ſpec. pl. p. 1040.*

Creſcit in Tauriae collibus, circa Sudak. ⊙

Haec, ſicut pleraeque affines, *foliolis* inferioribus latioribus et magis minusue obcordatis vel retuſis *variat;* foliola vero ſuperiorum foliorum conſtanter ſunt lineari-elliptica acuta. *Stipulae* ſemiſagittatae integrae. *Cirrhi* ſubſimplices. *Semina* obſcure teſtacea anguloſa.

1409. VICIA *piloſa.*

V. leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis hirſutis, foliolis ſuperioribus lineari-lanceolatis acutis hirſutis, ſtipulis ſemiſagittatis baſi ſubdentatis.

Habitat in Tauriae collibus ſaxoſis, circa fontes riui Salgir et circa Sudak. ⊙

Planta puſilla ſtaturâ praecedentis erectiuſcula tota hirſutie caneſcens. *Foliola* formâ fere V. polyphyllae; ima tantum breuiora et latiora ſubretuſa. *Flores* purpurei V. lathyroide paullo majores. *Legumina* formâ praecedentis, paullo majora et hirſuta. *Semina* globoſa laeuia nigricantia.

1410. VICIA *megaloſperma.*

V. leguminibus ſubſeſſilibus ſolitariis reflexis pubeſcentibus, foliolis linearibus retuſis, ſtipulis ſemiſagittatis integris.

Habitat in Tauriae et Iberiae aruis. Floret Iunio. ⊙

Caulis ramoſiſſimus flaccidus. *Foliola* peranguſta retuſa cum mucrone medio. *Stipulae* paruae. *Flores* purpurei. *Legumina* praecedentibus latiora pilis incumbentibus pubeſcentia. *Semina* majuſcula globoſa fuſca: maculis obſcurioribus confluentibus.

1411. VICIA *ſordida.*

V. leguminibus ſubſeſſilibus geminatis reflexis glabris, foliolis oblongo-ouatis rétuſis, ſtipulis notatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1108. Waldſt. et Kit. rar. hung.*

V. lutea. *Pall. ind. taur.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi campis graminoſis. Floret Majo. ⊙

Foliola praeter ſumma retuſa cum mucrone: inferiora latiora breuioraque. *Stipulae* dentatae. *Flores* geminati, ſaepe etiam ſolitarii lutei: *vexillo* obcordato amplo glabro. *Legumina* formà V. anguſtifoliae glabriuſcula patentia.

1412. VICIA *pannonica.*

V. leguminibus pedunculatis ſubternis reflexis hirſutis, vexillis piloſis, ſtipulis lanceolatis notatis, foliolis ellipticis ſubretuſis hirſutis.

V. leguminibus pedunculatis ſubternis vexillisque piloſis, ſtipulis lanceolatis notatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1107. Jacq. auſtr. 1. p. 23. t. 34. Pall. ind. taur.*

V. ſylueſtris quaſi incana, flore albo. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 312.*

V. ſylueſtris albo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 225.*

Occurrit in Tauriae graminoſis, nec non in Iberiâ. Floret aeſtate. ⊙

Facies antecedentis, ſed minus elongata et hirſutior, axillis multifloris. *Corollae* luteae: *vexillo* pubeſcente ſtriis purpuraſcentibus. *Legumina* rhomboideo-ouata praecedente breuiora latioraque patentia hirſuta. *Varietas floribus* geminis et ſubſolitariis accedit ad V. hybridam Linnaei.

1413. VICIA *ſtriata.*

V. leguminibus pedunculatis ſubternis reflexis vexillisque fericeo-piloſis, ſtipulis lanceolatis notatis, foliolis ſuperioribus oblongo-ellipticis acutis: ſubtus fericeo-piloſis.

V. pannonica. *β.* floribus violaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1108.*

Vicioides uncinata. *Moench. method. 136.*

Occurrit rarius in Taurià meridionali. ⊙

Simillima praecedenti, a quâ *differt pube* omnium partium, praefertim foliolorum paginae inferioris calycum et leguminum multo rariore exiliore nitidâ albâ, nec fubrufâ; *foliolis* fuperioribus acutis, tum *corollis* violaceis: vexillo obfcurius lineato, alis carinâque pallidioribus.

1414. VICIA *fepium.*

V. leguminibus pedicellatis fubquaternis erectis, foliolis ouatis integerrimis: exterioribus decrefcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1109. Flor. dan. t. 699. Hall. hift. n. 429. Riu. tetrap. t. 56. Gmel. fib. 4. p. 8. n 6.*

Rarius in pratis fyluaticis Caucafi obuia. ♃

1415. VICIA *bithynica.*

V. leguminibus pedunculatis folitariis erectis, foliolis quaternis ouali-lanceolatis, ftipulis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1110. Jacq. hort. vind. 2. t. 147. Allion. pedem. n. 1199. t. 26. f. 2. Pall. ind. taur.*

Cracca floribus albis, foliis circa caulem denticulatis. *Buxb. cent. 3. p. 25. t. 45. f. 2.*

Occurrit in Tauriae meridionalis collibus, mari nigro adjacentibus. Floret Majo. ⊙

1416. VICIA *narbonenfis.*

V. leguminibus fubfeffilibus fubternatis compreffis, foliolis ouatis integerrimis, ftipulis ciliatis bafi dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1111. Roth abh. 10. t. 2. Riu. tetr. t. 56.*

Pifum nigrum feptimum. *Tabern. Kraeut. p. 884.*

Aracus fabaceus, Faba Kayrina cum femine minore. *J. Bauh. hift. 2 p. 286.*

In Tauriae campeftribus obuia. Floret Aprili, Majo. ⊙

Foliola inferiora gemina, fuperiora bijuga fubrotundâ integerrima. *Stipulae* dentatae. *Flores* 1-3 fubfeffiles. *Vexillum* pallidum venis faturatioribus, *alae* maculâ magnâ atropurpureâ

apicis, *carina* pallida maculâ obfoletâ. *Legumina* ftricta oblonga pubefcentia. *Semina* globofa majufcula nigra.

372. ERUUM. Cal. 5-partitus. Stigma capitatum, undique pilofum.

1417. ERUUM *tetraſpermum.*

E. pedunculis fubbifloris, leguminibus glabris tetraſpermis, foliolis oblongis truncatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1112. Curt. lond. Flor. dan. t. 95. Hall. hiſt. n. 423. Pall. ind. taur.*

Cracca minor filiquis gemellis. *Riu. tetrap. t. 52.*

β. E. *(tenuiſſimum)* pedunculis filiformibus fubunifloris, calycibus breuiſſimis. *Marſch. caſp. p. 185. app. n. 55.*

In incultis Tauriae et ad Caucafum reperitur. Floret Majo. ⊙

1418. ERUUM *hirſutum.*

E. pedunculis multifloris, leguminibus hirfutis difpermis, foliolis linearibus obtufis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1113. Curt. lond. Flor. dan. t. 659. Hall. hiſt. n. 422. Gmel. ſib. 4. p. 12. n. 13. Pall. ind. taur.*

Cracca minor. *Riu. tetr. t. 52.*

Occurrit locis incultis, cum praecedente eodemque tempore floret.

1419. ERUUM *nigricans.*

E. pedunculis unifloris folio longioribus, ftipulis femifagittátis baſi denticulatis, cirrhis obfoletis, feminibus compreſſis.

E. filuaticum. *Catalog. hort. gorenk. a. 1808. p. 116.*

In Tauriae meridionalis collibus et ad fyluarum margines reperitur, Majo florens. ⊙

Differt ab E. Lente, cui maxime affine, *villoſitate* omnium partium majore, *cirrhis* etiam fuperiorum foliorum breuiſſimis,

ſtipulis denticulatis, *pedunculis* longioribus ſaepiſſime unifloris et *ſeminibus* multo minoribus nigricantibus cinereo-nebuloſis

Specimen tauricis ſimillimum, in Auſtriâ littorali lectum mecum communicauit *amiciſſ. Hoſt.*

373. CYTISUS. Cal. 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. Legumen baſi attenuatum.

1420. CYTISUS *hirſutus.*

C. pedunculis lateralibus aggregatis, calycibus hirſutis trifidis, foliolis obouatis mucronatis ſubtus fericeo-canis, caule erecto.

C. pedunculis aggregatis ſubterminalibus, calycibus hirſutis trifidis, foliolis obouatis mucronatis ſubtus hirſutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1122. Jacq. obſ. 4. p. 11. t. 96. Pall. roſſ. 1. p. 74.*

C. ſupinus. *Pall. ind. taur.*

Communis tam in Tauriâ quam ad Caucaſum, ſicut per totam Roſſiam mediam et meridionalem. Floret Majo, Junio. ♄

Frutex 1-2-pedalis ramoſiſſimus: virgis rectiuſculis incanis. *Foliola* oblonga obtuſa baſi anguſtiora utrinque hirſuta, ſupra viridia, ſubtus ob pilos fericeos confertiores candicantia. *Flores* axillares per totos fere ramos ſparſi, ſolitarii vel gemini.

1421. CYTISUS *ſupinus.*

C. pedunculis lateralibus ſubgeminis ſparſis, calycibus hirſutis trifidis, foliolis obouatis, caule procumbente.

C. floribus pedunculatis ſubbinatis axillaribus caule decumbente, foliolis obouato-obtuſis. *Willd. arb. berol. p. 97. n. 6. Linn. ed. Willd. 3. p. 1125. Jacq. auſtr. 1. p. 15. t. 20. Gmeſib. 4. p. 17. n. 23. t. 6. f. 2. (excluſis ſynonymis.)*

C. ſeptimus. *Clus. hiſt. 1. p. 96.*

C. ſextus. *Tabern. Kraeut. p. 1506.*

In Iberiâ legit *amiciſſ. Steuen.* ♄

Dignoſcitur a praecedente, cui proximus, *caule* multo breviore decumbente: *ramis* nouellis adſcendentibus, *foliolis* ſubtus minus candicantibus et *floribus* paucioribus minus confertis.

Gmelinum *loc. cit.* hunc intellexiſſe *icon* monſtrat, quamuis *ſynonyma* C. hirſuti ſuo adſcribat.

1422. CYTISUS *auſtriacus.*

C. floribus umbellatis terminalibus, calycibus hirſutis trifidis, foliolis utrinque attenuatis hirſutis, caule erecto.

C. floribus umbellatis terminalibus, caulibus erectis, foliolis lanceolatis. *Linn ſpec. pl. p. 1042. ed. Willd. 3. p. 1123. Willd. arb. berol. p. 96. Jacq. auſtr. 1. p. 16. t. 21. Pall. roſſ. 1. p. 73. itin. 3. app. n. 123. t. Gg. f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 18. n. 24.*

C. quinquus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 95.*

C. undecimus. *Tabern. Kraeut. p. 1507.*

In promontorio Caucaſico occidentali, ſicut ad Wolgam et Tanain reperitur. Floret Majo, Junio. ♄

Pili ramorum foliorumque *erectiuſculi nec* patentiſſimi ut in C. capitato, cui *foliola* etiam latiora et obtuſa. *Bractea* ſub calyce minuta ſubulata in C. auſtriaco et capitato, nec in C. hirſuto et ſupino.

1423. CYTISUS *calycinus.*

C. floribus umbellatis terminalibus, calycibus tripartitis: infimo ſemitrifido, foliolis ſubrotundo-obouatis, caulibus adſcendentibus.

C. (*pauciflorus*) pedunculis ſubquadrifloris terminalibus, foliolis obouatis ſubtus pubeſcentibus, calycibus profunde tripartitis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1127.*

Habitat in abruptis lapidoſis Caucaſi. In Tauriâ rarius occurrit. Floret aeſtate. ♄

Suffrutex humilis basi tantum lignescens: *ramis* annotinis plurimis debilibus adscendentibus ramosis. *Foliola* lata obtusa subtus et margine imprimis pilosa, neque vero incana. *Stipulae* inferiores lanceolatae connato-vaginantes, superiores subulatae. *Umbellae* pedunculatae 2-8-florae. *Flores* magnitudine C. Cajan: *calyce* corollâ paullo breuiore hirsuto, ad basin fere tripartito: superioribus lanceolatis acuminatis, infimo latiore semitrifido: dentibus lanceolatis acutis. *Corolla* lutea. *Legumina* erecta hirsuta, formâ C. hirsuti. Pauciſſimis videtur a C. lotoide *differre.*

374. ROBINIA. Cal. 4-fidus: laciniâ superiore bipartitâ. Legumen gibbum, elongatum.

1424. ROBINIA *Halodendron.*

R. pedunculis trifloris, foliis abrupte pinnatis bijugis fericeis, petiolis spinescentibus persistentibus, leguminibus vesicariis. *Herit. stirp. nou. p. 162. Linn. ed. Willd. 3. p. 1137. Willd. arb. berol. p. 301. Pall. rosſ. 1. p. 72. t. 46. itin. 2. app. n. 117. t. W. Gmel. sib. 4. p. 15. n. 19.*

Caragana argentea. *Lamark dict. 1. p. 616. n. 4.*

Aspalathus frutescens latifolius tomentosus et incanus, siliquâ inflatâ. *Amm. ruth. n. 248.*

Occurrit rarius in Iberiae orientalis deserto Karajoës, locis lapidosis elatis. ♄

1425. ROBINIA *frutescens.*

R. pedunculis simplicibus, foliolis quaternatis subpetiolatis glabris terminatis spinâ inermi, leguminibus glabris.

R. frutescens. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1138. Willd. arb. berol. p. 302. Pall. rosſ. 1. p. 69. t. 43. Gmel. sib. 4. p. 16. n. 20.*

Caragana digitata. *Lamark dict. 1. p. 616. n. 6.*

Aspalathus frutescens major latifolius, cortice aureo. *Amm. ruth. n. 293.*

In campeſtribus occidentalibus promontorii caucaſici ſeptentrionalis reperitur. Floret Majo. ♄

Magnitudine admodum variat, interdum palmaris. *Folia* laete viridia nitida: *foliolis* latis obtuſis carinatis mucrone apicis ſpinoſo. *Stipulae petiolique* ſpineſcentes. *Legumina* glabra.

1426. ROBINIA *grandiflora.*

R. pedunculis ſimplicibus, foliis quaternatis ſubpetiolatis incanis terminatis ſpinâ inermi, leguminibus incanis.

Habitat in Iberiâ meridionali. ♄

Affinis praecedenti, a quâ *differt petiolis* breuioribus, *foliolis* anguſtioribus longioribuſque fere R. pygmeae: junioribus pubeſcentibus, adultioribus incanis; *floribus* dimidio majoribus, *calycibus* baſi ſuperne magis gibbis: dentibus longioribus, *leguminibus* incanis. A R. pygmaeâ *differt*, praeter *florum* magnitudinem, *foliis* petiolatis: *petiolo* apice ſpinuloſo, *foliolis* ſpinulâ validiore terminatis, *leguminibus* incanis, nec ſericeo-villoſis.

375. COLUTEA. Cal. 5-fidus. Legumen inflatum, baſi ſuperiore dehiſcens.

* *Fruticoſae.*

1427. COLUTEA *arboreſcens.*

C. foliolis ellipticis retuſis, vexilli gibbis abbreuiatis, caule fruticoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1139. Lamark dict. 1. p. 353. n. 1. illuſtr. t. 624. f. 1. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 90. t. 22. Curt. bot. mag. Willd. arb. berol. p. 70. n. 1. Deſcand. aſtragalog. p. 50. n. 1. Hall. hiſt. n. 400. Habl. taur. p. 104.*

C. hirſuta. *Roth germ. 2. p. 168.*

Colutea. *Riu. tetr. t. 20.*

Occurrit in Tauriae meridionalis nemoribus. Floret Majo. ♄

Foliola obcordata in foliis inferioribus, in reliquis apice rotundata. *Rami* juniores cum *racemis* et *foliolorum* paginâ inferiore pilis proſtratis pubeſcunt. *Racemi* 4-8-flori. *Corollae* luteae immaculatae.

1428. COLUTEA *cruenta.*

C. foliolis obouatis emarginatis glaucis, vexilli gibbis obtuſis minimis, leguminibus apice apertis, caule fruticoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1139. Willd. arb. berol. p. 70. n. 2. Deſcand. aſtrag. p. 52. n. 3.*

C. ſanguinea. *Pall. roſſ. 2. p. 174.*

C. orientalis. *Cauan. hiſp. 4. t. 307. Lamark dict. 1. p. 3. illuſtr. t. 624. f. 3. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 353. n. 92. t. 23. Roth germ. 2. p. 169.*

C. orientalis flore ſanguinei coloris, luteâ maculâ notato. *Tournef. cor. p. 44.*

Frequens in collibus lapidoſis Iberiae, circa Tiflin. ♄

Praecedente humilior glabra magiſque glauceſcens. *Foliola* omnia obcordata. *Racemi* 3-4-flori. *Corollae* purpuraſcentes: maculâ baſeos vexilli quadratâ luteâ.

** *Herbaceae.*

1439. COLUTEA *caſpica.*

C. foliolis ouatibus obtuſis mucronatis pubeſcentibus, caule herbaceo erecto, racemis axillaribus multifloris.

Habitat in planitiebus, inter Caucaſum orientalem et mare Caſpium, circa torrentem Samur. Floret Junio. ♃

Planta ſeſquipedalis, *habitu* Sophorae alopecuroidis, praeter *foliolorum* paginam ſuperiorem tota pilis incumbentibus veſtita. *Stipulae* minimae ſubulatae caducae. *Folia* circiter octojuga cum impari. *Racemi* pedunculati foliorum circiter longitudine. *Flores* magnitudine et formâ praecedentis: *calyce* in-

cano, dentibus longioribus. *Corolla* dilute fordideque purpurea: venis obfcurioribus. *Vexilli* gibbi obtufi minimi. *Germen* pedicellatum oblongum fericeo-villofum. *Legumen* haud vidi: fed *habitus* Coluteam loquitur.

376. GLYCYRRHIZA. Cal. bilabiatus: $\frac{3}{1}$. Legumen ouatum, compreffum.

1430. GLYCYRRHIZA *echinata.*

Gl. leguminibus echinatis, floribus capitatis, ftipulis lanceolatis, foliolis glabris oblongis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1143. Jacq. hort. vind. 1. t. 95. Sabbat. hort. 7. t. 9. Gmel. fib. 4. p. 32. n. 42. Pall. it. 1. p. 498. app. n. 118* et *ind. taur.*

Pfeudoglycyrrhiza. *Riu. tetrap. t. 3.*

Communis, imprimis ad fluuios Terek et Kumam et circa Bofphorum Tauriae. Floret aeftate. ♃

1431. GLYCYRRHIZA *glandulifera.*

Gl. leguminibus glandulofo-echinatis, floribus racemofis, ftipulis caducis, foliolis oualibus oblique mucronatis fubtus glutinofo-pubefcentibus.

Gl. leguminibus glandulofo-echinatis, floribus racemofis, ftipulis marcefcentibus, foliolis oblongo-lanceolatis emarginatis fubtus glutinofo-pubefcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1144. Waldft. et Kit. rar. hung. 1. p. 20. t. 21.*

Gl. laeuis. *β.* leguminibus fpinulofis. *Pall. it. 1. p. 498. app. n. 120.*

β. leguminibus fubafperis aut laeuibus.

Gl. laeuis. *α.* leguminibus glabris. *Pall. it. 1. p. 498. app. n. 120.*

Gl. glabra. *Pall. ind. taur.*

Copioffima in campeftribus, tam Tauriae, quam ad Caucafum. Floret aeftate. ♃

Nimis *affinis* Gl. glabrae et vix nifi *leguminum ſetis* diſtincta: quae tamen mox creberrimae conſertae, mox rarae et ſparſae, quandoque in integrum deficiunt. *Foliola* ouata mucrone minimo obliquo terminata: ſummorum foliorum anguſtiora ſublanceolata. Haec eſt *Glycyrrhizae ſpecies*, per omnem Roſſiam meridionalem maxime communis et in officinis pro ſucco liquiritiae obtinendo adhibita. An *Gl. glabra* Europae occidentalis hactenus per Rutheniam ullibi reperta? ſuſpicor enim etiam Gmelinum in *Florâ ſib. 4. p. 32. ſub n. 41* hanc, nec Gl. germanicam indigitaſſe, quamuis Linnaei *ſynonymon* ſuum faciat.

377. CORONILLA. Cal. 2-labiatus: $\frac{2}{3}$; dentibus ſuperioribus connatis. Vexillum vix alis longius. Lomentum teres, articulatum, rectum.

* *Floribus umbellatis.*

1432. CORONILLA *Emerus.*

C. fruticoſa, pedunculis ſubtriflоris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus. *Linn ed. Willd. 3. p. 1149. Willd. arb. berol. p. 78. n. 1. Curt. bot. mag. Hall. hiſt. n. 389. Pall. ind. taur.*

C. major. *Riu. tetr. t. 97.*

Creſcit in Tauriae ſyluis, inter Bachiſchiſarai et Sebaſtopolin. Floret Majo. ♄

1433. CORONILLA *iberica.*

C. ſuffruticoſa, foliolis nouenis obtuſiſſimis ſubemarginatis, ſtipulis orbiculatis denticulatis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♄

Facies C. valentinae, imprimis quoad *folia. Stipulae* etiam orbiculatae, ſed margine denticulis plurimis mucronatis inaequales, venoſae, poſt florefcentiam deciduae. *Flores* C. valentinâ duplo majores lutei. *Calyx* dentibus ſubulatis apice villo-

fis. *Corollae* ungues calyce duplo fere longiores. *Legumina* non vidi.

1434. CORONILLA *coronata.*

C. fuffruticofa, foliolis nouenis ellipticis: *internis* cauli approximatis, ftipulis oppofitifoliis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1151. Jacq. auftr. 1. p. 59. t. 95. Hall. hift. n. 388. Pall. ind. taur.*

C. montana. *Riu. tetr. t. 99.*

Creficit in Tauriae montibus fyluaticis. Floret aeftate. ♃

1435. CORONILLA *Securidaca.*

C. herbacea, foliolis plurimis oblongo-cuneatis, lomentis compreffis enfiformibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1153. Sabbat. hort. 7. t. 27. Riu. tetr. t. 82.*

Securidaca vera. *Cluf. hift. 2. p. 236.*

In Caucafi orientalis montibus fylnaticis obuia. Floret Majo. ⊙

1436. CORONILLA *varia.*

C. herbacea, foliolis plurimis lanceolatis glabris, lomentis teretibus erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1153. Curt. bot. mag. Hall. hift. n. 387. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 125.*

C. flore vario. *Riuin tetrap. t. 92.*

Aftragalus glaucoides. *S. G. Gmelin it. 1. p. 127. t. 21.*

Communis in ruderatis et aruis. Floret aeftate. ⊙

1437. CORONILLA *cretica.*

C. herbacea, foliolis fubnouenis cuneatis retufis, pedunculis umbellae florentis folio breuioribus bafi ftrigofis, lomentis teretibus erectis.

C. herbacea, foliolis quindenis cuneatis retufis, lomentis teretibus erectis quinis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1154. Jacq. hort. vind. 1. t. 25. Retz obf. 1. p. 24.*

C. cretica herbacea, flore paruo purpurascente. *Tournef. cor. p. 44.*

In Tauriae meridionalis collibus aridis, mari nigro adjacentibus occurrit. Floret Majo, Junio. ⊙

Folia cum impari utplurimum 4-juga, nec 6-juga. *Stipulae* minutissimae oblongae. *Umbellae* 4-6-florae. *Flores* parui: *corollâ* albidâ, vexillo striis carinâque apice atropurpureis. *Legumina* formâ et situ praecedentis speciei.

1438. CORONILLA *paruiflora.*

C. herbacea, foliolis subnouenis cuneatis retusis, pedunculis umbellae florentis folio longioribus basi strigosis, lomentis teretibus erectis.

C. herbacea, foliolis nouenis cuneatis emarginatis, lomentis teretibus arcuatis quinis, caule hispido. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1155.*

C. an valentina? *Pall. ind. taur.*

C. cretica herbacea, flore luteo paruo. *Tournef. cor. p. 44.*

Prouenit cum praecedente in Tauriae meridionalis collibus apricis eodemque tempore floret. ⊙

Maxime *affinis* praecedenti, a qua, praeter colorem *floris* luteum, potissimum *pedunculorum* umbellae longitudine dignoscitur. *Caulis* in tauricâ aut plane glaber, aut setis sparsis obsoletis subhispidus. *Stipulae* paullo quam in praecedente latiores et *flores* nonnihil majores.

378. ORNITHOPUS. Lomentum articulatum, teres, arcuatum.

1439. ORNITHOPUS *scorpioides.*

O. foliis ternatis subsessilibus: impari maximo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1157. Cauan. hisp. 1. p. 26. t. 37. Pall. ind. taur.*

Scorpioides. *Riu. tetr. 94.*

In Tauriae et Caucaſi orientalis, etiam in Iberiae collibus apricis obuius. Floret Majo, Junio. ⊙

379. HIPPOCREPIS. Lomentum compreſſum, alterâ ſuturâ pluries emarginatum, curuum.

1440. HIPPOCREPIS *uniſiliquoſa.*

H. leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1158. Mill. ic. ed germ. t. 151. Hall. hiſt. n. 392.*

Ferrum equinum. *Riu. tetrap. t. 95.*

Solia equina. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 383.*

Legi rarius in Caucaſi orientalis collibus circa Schamachi; in Taurià circa Sebaſtopolin etiam reperitur. ⊙.

380. SCORPIURUS. Lomentum iſthmis interceptum, reuolutum, teres.

1441. SCORPIURUS *vermiculata.*

Sc. pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique ſquamis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1159. Mill. ic. ed. germ. t. 241. Sabbat. hort. 7. t. 32. Pall. ind. taur.*

Campoides. *Riu. tetrap. t. 94.*

In Taurià meridionali rarius reperitur. ⊙

381. HEDYSARUM. Cal. 5-fidus. Cor. carinâ tranſuerſe obtuſâ. Lomentum articulis monoſpermis, compreſſis.

* *Foliis ſimplicibus.*

1442. HEDYSARUM *Pſeudalhagi.*

H. foliis ſimplicibus lanceolatis obtuſis, caule herbaceo: aculeis ſtipularibus, pedunculis ſpineſcentibus.

H. Alhagi. *Lerche in nou. act. nat. cur. tom. 5. append. p. 167. Gmel. it. 2. t. 29.*

Habitat in planitiebus caucafico-caſpicis et Iberiae meridionalis maximâ copiâ. Floret aeſtate. ♃

Alhagi maurorum aculeis longioribus, *Geniſta-ſpartium* aegyptiacum glaucum flore coccineo mollius filiquis ornithopodii paniculatis *Lippii* eſſe plantam a noſtrâ *diuerſiſſimam*, autopſia ſpeciminis, quod in herbario *Vaillantii* ſeruatur, edocuit. *Noſtrum* eſt herbaceum, nec fruticans, minimè gummiferum.

** *Foliis pinnatis.*

1443. HEDYSARUM *argenteum.*

H. acaule, foliis pinnatis fericeo-nitidis: foliolis ouatibus baſi latioribus, calyce corollâ breuiore, carinâ alis duplo longiore vexillum aequante, lomenti articulis tomentoſis aſperis.

H. foliis pinnatis ſubtus fericeis lucidis, leguminibus articulatis, ſcapo aphyllo. *Linn. ſuppl. p. 333.*

H. ſcapis radicatis. *Gmel. ſib. 4. p. 30. n. 38. t. 13.*

H. villoſum argenteum non ramoſum, floribus ſpicatis purpureo-violaceis. *Amm. ruth. n. 155.*

Creſcit in collibus calcareis promontorii caucaſici, circa thermas conſtantinomontanas. Floret aeſtate. ♃

Tota planta pube fericeâ nitidiſſimâ veſtita, *foliolorum* paginâ ſuperiore viridiore. *Folia* 2-4-juga cum impari: foliolis ouatis baſi paullo latioribus obtuſis mucrone nullo. *Scapi* foliis paullo longiores. *Flores* conferti ſubſeſſiles: *bracteis*, quae pedicellis ſubſunt, ſubulatis villoſis marcidis. *Calyx bracteis* duabus propriis ſubulatis anguſtiſſimis villoſis ſtipatus: *dentibus* ſubulatis elongatis villoſiſſimis corollâ paullo breuioribus. *Corolla* purpuraſcens: *vexillo* emarginato carinae ſubaequali; *alis* oblongis obtuſis duplo breuioribus. *Legumen* intra corollam marcidam 3-4-articulatum: articulis orbiculatis albo-tomentoſis rugoſis ſpinulisque minimis in diſco exaſperatis.

1444. HEDYSARUM *candidum.*

H. acaule, foliis pinnatis fericeo-nitidis: foliolis fubrotundo-ouatis, calyce longitudine corollae, carinâ alis duplo longiore vexillum aequante, lomenti articulis rugofis tomentofis.

H. *(argenteum)* foliis pinnatis fubrotundo-ouatis fubtus fericeo-tomentofis, fcapo aphyllo, lomenti articulis rugofis villofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1205. (excluſis ſynonymis omnibus.)*

H. crètaceum. *Pall. ind. taur.*

β. humilius, fcapis declinatis.

H. fupinum. *Pall. ind. taur.*

H. humilè. *Habl. t aur. p. 152.*

Habitat in collibus cretaceis Tauriae, circa Karaſſubaſar et Sympheropolin: β circa Sudak. Floret Majo, Junio. ♃

Praecedenti maxime *affine*, a quo *dignoſcitur ſcapis petiolisque* hirſutis: pilis patulis, nec pube exili proſtratâ tantum candicantibus, *foliolis* magis rotundatis: mucrone apicis minimo, *calycibus* longioribus, *corollis* pallidis: vexillo purpuraſcente demum ochroleuco, *lomentorum* articulis minus exaſperatis.

1445. HEDYSARUM *ſericeum.*

H. acaule, foliis pinnatis: foliolis ellipticis fubtus fericeo-canis, calyce longitudine alarum, carinà vexillo breuiore, lomenti articulis incanis rugofis.

Aſtragalus *(grandiflorus)* acaulis hirſutus, ſcapis erectis ſpicatis, foliolis ouatis obtuſis villoſis. *Linn. ſpec. pl. p. 1071. Gmel. ſib. 4. p. 61. n. 78. t. 31.*

Habitat in Iberiâ. ♃

Affine admodum binis praecedentibus, ſuae attamen ſpeciei. *Dignoſcitur* ab utroque *foliolis* magis oblongis ſuperne viridibus glabriuſculis, *calycibus* breuioribus, *corollis* ochroleucis unicoloribus: *vexillo* et *alis* ratione *carinae* longioribus. *Scapi petiolique* ſunt minus hirſuti quam praecedentis, neque vero, ſicut in penultimo, pilis patulis plane deſtituti. *Folia* 3-4-juga

cum impari. *H. grandiflorum Pall. it. 2. t.* Y. plurimum huic affine *differt* foliolis latioribus rotundioribusque et calyce alis breuiore.

1446. HEDYSARUM *ibericum.*

H. caulescens, foliis pinnatis: foliolis ellipticis subtus pilosiusculis, petalis omnibus subaequalibus, lomenti articulis laeuibus incanis margine crenulatis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Planta ramosa, facie H. fruticosi, tota luteo-viridis. *Stipulae* subulatae. *Folia* 4-5-juga magnitudine praecedentis. *Racemi* axillares pedunculati folio longiores. *Flores* magnitudine et colore H. fruticosi. *Bracteae* subulatae pedicellum subaequantes. *Calyx* breuis subincanus dentibus subulatis: *bracteis* propriis 2 ad basin minimis. *Vexillum, alae* et *carina* aequalis fere longitudinis; quum in H. fruticoso alae calycem vix superent. *Lomentum* articulatum laeue piloso-canum: margine subundulato crenulato.

1447. HEDYSARUM *tauricum.*

H. caulescens, foliis pinnatis incanis: foliolis elliptico-lanceolatis, racemis axillaribus folio longioribus. vexillo alis duplo longiore carinâ breuiore, lomenti penduli articulis incanis reticulatis.

H. caulescens erectum, foliis pinnatis lanceolato-linearibus subtus pubescentibus, lomenti articulis subrotundis scabriusculis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1208. Pall. ind. taur.*

H. fruticosum. *Habl. taur. p. 121.*

Habitat in Tauriae montibus calcareis circa Karassubasar, Sympheropolin et Sudak. Floret a Junio, usque in autumnum. ♄

Planta tota incana non hirsuta. *Caulis* basi lignescens ramosissimus. *Stipulae* subulatae caducae. *Folia* 8-10-juga magnitudine et formâ fere H. Onobrychis. *Pedunculi* folio duplo

longiores. *Pedicelli bracteaeque* breuiſſimi. *Flores* erectinſculi. H. Onobrychi paullo majores dilutè purpurei. *Calyx* corollâ multoties breuior: dentibus ſubulatis.

1448. HEDYSARUM *caucaſicum.*

H. cauleſcens, foliis pinnatis: foliolis ouatibus venoſis ſubtus piloſiuſculis, racemis axillaribus longiſſimis, vexillo alarum longitudine carinâ breuiore, lomenti erecti articulis glabris.

Habitat in Caucaſi iberici alpeſtribus. ♃

Simillimum H. alpino ſtaturâ, habitu, caule, ſtipulis, foliis, racemis, floribus et leguminum formâ. *Differt foliorum* venis magis prominulis: nervo dorſali imprimis piloſo, *calycinis* dentibus breuioribus, et praecipue *floribus* foecundatis et poſtea leguminibus erectis. *Bracteae* ſubulatae marcidae in hoc et H. alpino ſunt pedicello paullo longiores. *Germina* incana demum calueſcunt. An *varietas* H. alpini?

1449. HEDYSARUM *Pallaſii.*

H. cauleſcens, foliis pinnatis, foliolis ouatis ſubtus tomentoſis: ſuperioribus acutis, alis oblongis calyce breuioribus baſi unidentatis, lomentis ſimplicibus reniformibus villoſis margine dentatis centro aculeatis.

H. caule erecto villoſo, foliis pinnatis ouatis ſubtus tomentoſis, alis obtuſis calyce breuioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1214.*

H. Buxbaumianum. *Pall. ind. taur.*

Frequens in montibus Tauriae cretaceis, praeſertim circa Karaſſubaſar. Floret Junio, Julio. ♃

Caulis, petioli pedunculique villis patulis mollibus maxime hirſuti. *Stipulae* lanceolatae acuminatae. *Folia* 4-6-juga cum impari. *Foliola* ſupra glabra glauca ſubtus tomento denſo candicantia: imorum tantum foliorum [illegible] et obtuſa, caeterorum ouato-lanceolata acuta. *Racemi* longi[illegible]: *pedunculo* vix foliorum longitudine. *Flores* plurimi. *Bracteae* ſubulatae pedicello paullo

longiores. *Calyx* tomentoſus: dentibus tubo vix longioribus. *Corolla* ſpecioſa ochroleuca: *vexillo* extus pubeſcente, venis purpureis parallelis picto. *Alae* oblongae obtuſae: baſi dente laterali abbreuiato, calyce paullo breuiores. *Carina* longitudine vexilli. *Lomentum* cochleato-reniforme villoſum reticulatum: centro ſpinis breuibus muricatum, margine denticulatum. *Semina* duo Galegae officinalis ſeminibus ſimilia.

1450. HEDYSARUM *Buxbaumii.*

H. cauleſcens, foliis pinnatis, foliolis ouatis obtuſis mucronatis ſubtus hirſutis, alis ſemiſagittatis calyce duplo breuioribus, lomentis ſimplicibus reniformibus villoſis margine dentatis centro aculeatis.

Onobrychis orientalis, flore albo maculâ luteâ notato. *Tournef. cor. p. 26.*

Onobrychis major, fructu alato. *Buxb. cent. 2. p. 38. t. 42.*

Habitat in regionum caucaſicarum collibus lapidoſis, circa Tiflin Iberiae frequens. Floret aeſtate. ♃

Praecedenti maxime *affine*, undique minus hirſutum et albicans. *Dignoſcitur foliolis* etiam ſuperioribus obtuſis cum mucrone, ſubtus villis hirſutis nec albo-tomentoſis; *calycis* dentibus tubo duplo longioribus; *vexillo* venis purpuraſcentibus et praeterea maculâ luteà ſupra unguem notato; *alis* minoribus acutiuſculis dente baſeos retrorſum elongato, *lomenti* minus hirſuti dentibus marginalibus longioribus.

1451. HEDYSARUM *Onobrychis.*

H. caule erecto, foliis pinnatis: foliolis elliptico-lanceolatis ſubtus piloſiuſculis, racemis cylindricis, alis calyce breuioribus, lomentis ſimplicibus ſubrotundis glabris aculeato-dentatis.

H. caule erecto, foliis pinnatis cuneatis glabris, alis calycem aequantibus, lomentis glabris monoſpermis aculeato-dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1215. Jacq. auſtr. 4. p. 27. t.*

352. *Hall. hift. n. 396. Gmel. fib. 4. p. 31. n. 40. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 125.*

Copiofum in montofis ficcis. Floret aeftate. ♃

Corolla pallide purpurea: vexilli venis obfcurioribus. *Lomenta* reticulato-rugofa *margine dentibus* abbreuiatis fubaculeata. *Germina* incana, at *fructus* vix pubefcunt.

1452. HEDYSARUM *confertum?*

H. caule declinato, foliis pinnatis: foliolis oblongo-ellipticis venofis fubtus pubefcentibus, *racemis* ouatis, alis calyce breuioribus, lomentis fimplicibus fubrotundis incanis aculeatis.

H. caule procumbente, foliis pinnatis ellipticis pubefcentibus, racemo ouato, lomentis monofpermis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1217. Deffont. atl. 2. p. 178?*

In herbidis elatis Caucafi iberici legi Septembri florens. ♃

Nimis *affine* praecedenti: a quo *differt caulibus* bafi declinatis, *foliolorum* venis magis eminentibus, *racemis* minus elongatis et multifloris, *floribus* aliquanto majoribus, *corollis* fature purpureis, *lomentis magis* pubefcentibus: aculeis marginalibus longioribus et praeterea nonnullis abbreuiatis in difco. An H. Onobrychis *varietas?*

1453. HEDYSARUM *petraeum.*

H. caule erecto, foliis pinnatis: foliolis oblongo-lanceolatis fubtus pilofiufculis, alis calyce duplo longioribus, lomentis fimplicibus fubrotundis incanis aculeato-dentatis.

H. caule erectiufculo, foliis pinnatis oblongo-lanceolatis, alis calyce duplo longioribus, lomentis pubefcentibus monofpermis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1217.*

Habitat in Caucafi fubalpini petrofis, praefertim calcareis. Floret aeftate. ♃

Statura et *facies* H. Onobrychis. *Dignofcitur corollis* albis carinae apice purpurafcente, *alis* oblongis obtufis calyce duplo longioribus, *lomento* magis pubefcente: dentibus margina-

libus pluribus. Caeterum hic loci monendum: in hoc, ficut in pleriſque affinibus, *lomenta* quamuis ſimplicia, nequaquam tamen eſſe *monoſperma*, verum bilocularia: loculis monoſpermis.

1454. HEDYSARUM *cornutum*.

H. foliis pinnatis linearibus, leguminibus monoſpermis laevibus, caule fruticoſo, pedunculis perſiſtenti-ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1219.*

Onobrychis orientalis fruteſcens ſpinoſa, tragacanthae facie. *Tournef. cor. p. 26. itin. 2. p. 108. t. 108.*

Creſcit in ſubalpinis Caucaſi orientalis. Floret Junio, Julio. ♄

Flores vix magnitudine H. Onobrychis. *Calyx* breuis: dentibus ſubulatis. *Vexillum* purpureum: venis ſaturatioribus, *carinae* longitudine. *Alae* pallidae oblongae obtuſae carinae dimidium excedentes. *Carina* pallida apice purpuraſcens. *Lomenta* ſubrotunda plana inermia in diſco reticulata monoſperma reflexa.

382. GALEGA. Cal. dentibus ſubulatis, ſubaequalibus. Legumen ſtriis obliquis, feminibus interjectis.

* *Foliis pinnatis.*

1455. GALEGA *officinalis*.

G. foliis pinnatis, foliolis lanceolatis mucronatis glabris, ſtipulis lanceolatis ſagittatis, leguminibus erectis ſtrictis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1241. Sabbat. hort. 7. t. 26. Hall. hiſt. n. 394. Pall. ind. taur.*

Galega. *Riv. tetrap. t. 71.*

In ſubhumidis, ad foſſas et riuulos communis. Floret Junio, Julio. ♃

1456. GALEGA *orientalis.*

G. follis pinnatis, foliolis ouato-lanceolatis acutis, ſtipulis ouatis, leguminibus pendulis.

G. foliis pinnatis, foliolis ouatis acuminatis glabris, ſtipulis ouatis, floribus cernuis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1241. Lamark dict. 2. p. 596. n. 2.*

G. orientalis latifolia altiſſima, flore caeruleo. *Tournef. cor. p. 27.*

In ſyluis ſubalpinis Caucaſi frequens, praeſertim ad latera montis Beſchtau. Floret Junio, Julio. ♃

Flores et *legumina* similia G. officinali quoad formam, non autem quoad directionem. *Foliola* et *ſtipulae* multo majora.

383. ASTRAGALUS. Legumen biloculare, gibbum. Semina biſerialia.

* *Caulibus folioſis erectis, ſpicis axillaribus ſubſeſſilibus.*

1457. ASTRAGALUS *vulpinus.*

A. cauleſcens erectus, foliolis ouatis obtuſis pubeſcentibus, ſtipulis lanceolatis, ſpicis ouatis ſubſeſſilibus, calycinis dentibus capillaceis lanatis corollam ſubaequantibus.

A. cauleſcens erectus, foliolis ellipticis obtuſis piloſis, ſtipulis lanceolatis, ſpicis ouatis pedunculatis, calycinis dentibus capillaceis lanatis longitudine corollae. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1257.*

A. alopecuroides. *Pall. monogr. n. 12. t. 7. Deſcandolle aſtragalog. p. 181. n. 76.*

Creſcit in arenâ mobili deſerti Caucaſico-caſpici atque Cumani. Floret Majo, Junio. ♃

Stipulae lanceolatae in longum acumen productae piloſae. *Foliola* ſubtus villoſa. *Bracteae* ſubulatae *calycesque* pilis lon-

gis confertis albis undique veſtiti. *Calycini dentes* capillacei corollâ paullo breuiores. *Corolla* pallide lutea.

* * *Caulibus folioſis erectis, ſpicis racemisque pedunculatis.*

1458. ASTRAGALUS *ponticus.*

A. cauleſcens erectus, foliolis ellipticis glabriuſculis, ſtipulis ſubulatis, ſpicis ouatis pedunculatis, calycibus lanatis: dentibus tubo breuioribus.

A. cauleſcens erectus, foliolis oblongis emarginatis ſubhirſutis, ſtipulis lanceolatis, ſpicis globoſis ſeſſilibus, calycibus cylindricis lanatis: dentibus ouatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1259. Pall. monogr. n. 16. t. 11.*

A. narbonenſis. *Pall. ind. taur.*

A. narbonenſis. *β. Deſcand. aſtrag. p. 184. n. 79.*

Habitat in campis herbidis Palo Moeotidi et iſthmo Tauriae vicinis, tum in montibus circa Sudak, nec non in deſerto Tanais et Anticetae fluminum oſtiis interjacente. Floret Junio, Julio. ♃

Caulis piloſiuſculus. *Stipulae* ſubulatae piloſae. *Foliola* elliptica ſubretuſa, mox penitus glabra, mox margine et carinâ ſubtus tantum piloſiuſcula. *Spicae* pedunculo breui piloſo impoſitae folio multo breuiores. *Calycis* dentes oblongi tubo breuiores. *Corolla* calyce ſeſquilongior ſordide lutea. *Legumina* parua piloſa calyce tecta, ut in antecedente. Ab A. narbonenſi *caule* non lanato, *ſtipulis* anguſtioribus, *bracteis* ſolitariis nec ternis et *capitulis* pedunculatis *differre* videtur.

1459. ASTRAGALUS *macrocephalus.*

A. cauleſcens erectus, foliolis oblongo-ellipticis glabris, ſtipulis dilatatis vaginantibus acuminatis, ſpicis globoſis pedunculatis, calycibus lanatis: dentibus ſubulatis.

A. cauleſcens erectus, foliolis oblongo-lanceolatis glabris, ſtipulis ouatis dilatatis vaginantibus, ſpicis globoſis pedunculatis

tis, calycibus lanatis; dentibus lanceolato-fubulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1260.*

Habitat in Iberiae collibus, ad Cyrum fluuium, circa pagum Dzegwi. 2

Caulis fuperne flexuofus. *Foliola* obtufiufcula. *Stipulae* margine pilofae. *Pedunculi* pilofi vix capituli longitudine. *Corolla* lutea calyce fesquilongior. *Legumina* parua, ut in affinibus calyce tecta.

1460. ASTRAGALUS *dafyanthus.*

A. caulefcens diffufus hirfutiffimus, foliolis ellipticis obtufis. ftipulis oblongis, fpicis globofis pedunculo multoties breuioribus, calycibus lanatis: dentibus fubulatis.

A. caulefcens erectus, foliolis ellipticis obtufis mucronatis villofis, ftipulis lanceolatis, fpicis fubrotundo-capitatis pedunculatis, calycinis dentibus lanceolatis leguminibusque ouato-lanceolatis villofis. *Linn. ed. Willd 3. p. 1260. Pall. monogr. n. 86. t. 65. itin. 3. app. n. 119. t. Gg. f. 1. Defcand. aftrag. p. 212. n. 108.*

(A. Eriocephalus. *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 46.*

Crefcit in campeftribus Caucafo fubjacentibus, etiam ad Wolgam et Tyram. Floret Majo, Junio. 2

1461. ASTRAGALUS *onobrychioides.*

A. caulefcens erectus canus, foliolis ellipticis, ftipulis lanceolatis vaginantibus, fpicis capitatis pedunculatis caule altioribus, leguminibus oblongis erectis. *Marfch. caſp. p. 185. app. n. 56.*

A. caulefcens erectus, foliolis lanceolatis canis, ftipulis lanceolatis, fpicâ capitatâ pedunculatâ terminali, leguminibus oblongis erectis calyce majoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1261.*

A. cephalotes. *Pall. monogr. n. 32. t. 24.*

A. canefcens. *Defcand. aftrag. p. 142. n. 39. t. 16.*

Habitat in Caucaſi orientalis et iberici collibus ſiccis. Floret aeſtate. ♃

Capitulum mox unicum mox aliquot *pedunculo* axillari longiſſimo impoſita videntur terminalia, quum *caule* ſint multo altiora.

1462. ASTRAGALUS *piloſus.*

A. caulescens erectus hirſutus, foliolis lanceolatis, ſtipulis falcatis, ſpicis pedunculatis folio longioribus, carinâ unguiculatâ, leguminibus oblongis erectis.

A. caulescens erectus piloſus, foliolis lanceolatis acutis, ſtipulis lanceolatis, ſpicis pedunculatis folio longioribus, leguminibus ſubulatis piloſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1262. Jacq. auſtr. 1. p. 32. t. 51. Hall. in comment. goett. a. 1752. p. 340. t. 12. hiſt. n. 411. Pall. monogr. n. 112. t. 80. Gmel. ſib. 4. p. 39. n. 52. t. 16. Habl. taur. p. 125.*

A. piloſus. α. *Marſch. caſp. p. 188.*

A. villoſus erectus ſpicatus, floribus flaueſcentibus. *Amm. ruth. n. 166.*

Oxytropis (*piloſa*) caulescens erecta villoſa, leguminibus erectis tereti-ſubulatis villoſis. *Deſcand. aſtrag. p. 19. n. 27.*

A. recticaulis hirſutus. *I. Bauh. hiſt. 2. p. 335.*

β. A. (*piloſus. β. flore pallido*) villoſus, foliolis elliptico-lanceolatis, ſpicis longe pedunculatis breuibus, carinâ unguiculatâ, leguminibus oblongis erectis. *Marſch. caſp. p. 187. app. n. 57.*

A. lanato ſimilis. *Pall. monogr. p. 108 ſub n. 113 in notâ.*

Copioſus in campeſtribus Caucaſi, in Tauriâ rarior. Floret Majo, Junio. ♃

1463. ASTRAGALUS *dealbatus.*

A. caulescens suffruticosus erectus canus, foliis subquadrijugis ellipticis, stipulis subulatis, spicis pedunculatis foliolongioribns, leguminibus oblongis calyce pubescente paullo longioribus.

A. caulescens suffruticosus erectus canus, foliis subtrijugis lanceolatis acutis, stipulis oblongo-acuminatis, spicis pedunculatis folio longioribus, vexillis emarginatis, leguminibus oblongis canis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1263. Pall. monogr. n. 30. t. 23. f. 2. 3.*

A. albicaulis. *Descand. astrag. p. 59. t. 21.*

A. caulibus ramosis, pedunculis longissimis, spicis ouatis arctis, foliolis ouatis obtusis. *Gmel. sib. 4. p. 44. n. 58.*

A. saxatilis, floribus albis in spicam breuem digestis, siliquâ hirsutâ. *Amm. ruth. n. 163.*

Crescit in apricis siccis Caucasi demissioris, nec non ad Wolgam et Tanaim. Floret aestate. ♄

Foliola 3-4-juga latiuscula. *Bracteae* cum *calycibus* vix reliquâ plantâ hirsutiores: dentibus calycinis diuaricatis. *Legumina* ouato-oblonga acuta villosa.

1464. ASTRAGALUS *glaucus.*

A. caulescens suffruticosus erectus canus, foliis subsexjugis ellipticis, stipulis subulatis, spicis subcapitatis pedunculatis folio longioribus, leguminibus oblongis calyce hirsuto duplo longioribus.

A. dealbatus. *Pall. monogr. n. 30. t. 23. f. 1. Willd. ed. Linn. p. 1263. n. 16 in notâ.*

Habitat in Tauriae collibus siccis. Floret Majo. ♄

Antecedenti *affinis*: *differt* autem *staturâ* plerumque minore, *foliolis* minoribus pluribus, *spicis* breuioribus, *bracteis calycibusque* pilis crebris erectis albis nigrisque hirsutis: dentibus calycinis breuioribus minusque diuaricatis, *leguminibus* longioribus.

1465. ASTRAGALUS *virgatus.*

A. caulescens erectus fruticosus, foliis subsexjugis lineari-lanceolatis canescentibus, racemis spicatis elongatis, leguminibus oblongis triquetris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1267. Pall. monogr. n. 25. t. 18. Gmel. sib. 4. p. 50. n. 65.*

A. varius. *S. G. Gmel. it. 1. p. 116. t. 17. Lamark dict. 1. p. 313. n. 21. Marsch. casp. p. 188. app. n. 58. Descand. astrag. p. 136. n. 34.*

A. bohemicus. *I. Mayer in act. bohem. a. 1787. p. 314. f. 1.*

A. incanus fruticosus, foliis Viciae. *Buxb. cent. 3. p. 21. t. 37.*

Copiosus in arenâ mobili deserti caucasico-caspii, nec non ad Wolgam, Tanain, Borysthenem. Floret Majo, Junio. ♄

Staturâ maxime variat, mox frutescens erectus et ramosus, mox basi tantum lignosus et diffusus. Quaeritur nonne *A. hyrcanus Pall.* sit hujus mera *varietas?* vidi enim hunc, nec alium affinem, in littoribus arenosis maris Caspii circa Derbent copiosum.

1466. ASTRAGALUS *asper.*

A. caulescens erectus asper, foliolis lineari-lanceolatis, spicis pedunculatis folio longioribus strictis, leguminibus oblongo-lanceolatis triquetris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1271. Jacq. ic. rar. 1. t. 152. misc. 2. p. 335. Descand. astr. p. 169. n. 63.*

A. chloranthus. *Pall. monogr. n. 34. t. 25.*

Onobrychis tertia. *Clus. hist. 2. p. 239.*

In campestribus, ad fluuios Terek et Kumam reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

1467. ASTRAGALUS *galegiformis.*

A. caulescens erectus strictus glaber, foliolis ellipticis obtusis, floribus racemosis pedunculatis, leguminibus triquetris lae-

uibus utrinque mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1271. Pall. monogr. n. 38. t. 29. Deſcand. aſtrag. p. 167. n. 61.*

A. orientalis altiſſimus, galegae foliis anguſtioribus, flore e viridi flaueſcente. *Tournef. cor. p. 25.*

A. dumetorum maximus ſpicatus. *Buxb. cent. 3. p. 22. t. 40.*

Occurrit in pratis ſyluaticis ad fluuium Terek et in collibus circa acidulam Narzana. Floret Majo, Junio. ♃

Planta glabra, praeter pilos incumbentes *foliorum* paginae inferioris.

1468. ASTRAGALUS *uliginoſus.*

A. cauleſcens erectus, foliolis oblongis pubeſcentibus, ſpicis pedunculatis, bracteis oblongis calycis longitudine, leguminibus oblongis tumidis recurno-mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1273. Pall. monogr. n. 35. t. 26. Deſcand. aſtrag. p. 173. n. 66. Gmel. ſib. 4. p. 40. n. 53. t. 17. 18.*

Legi rarius in ſyluis Çaucaſi orientalis ſub arboribus. ♃

**** Caulibus folioſis, diffuſis.*

1469. ASTRAGALUS *lanatus.*

A. cauleſcens decumbens piloſiſſimus, foliolis oblongo-ellipticis acutiuſculis, racemis capitatis pedunculatis folia aequantibus, leguminibus ſubulatis piloſis.

A. cauleſcens proſtratus villoſo-pubeſcens, pedunculis ubique axillaribus folia aequantibus, leguminibus ſubulato-acuminatis villoſis. *Pallas monogr. n. 113. t. 81. Linn. ed. Willd. 3. p. 1276.*

Habitat in Tauriae lapidoſis, circa Sudak frequens. Floret Aprili, Majo. ♃

Maxime *affinis* A. piloſo, a cujus varietate β vix niſi *caule* procumbente, *racemis pedunculiſque* breuioribus et *lanâ*

omnium partium denſiore candidioreque *digno ſcitur*. Ob *carinam* unguiculatam ad Oxytropin *Deſcand.* etiam referendus.

1470. ASTRAGALUS *Citer.*

A. cauleſcens proſtratus, foliolis glabriuſculis oblongis obtuſis mucronatis, ſtipulis lanceolatis, racemis pedunculatis folio longioribus, leguminibus ſubgloboſo-inflatis mucronatis pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1275. Jacq. auſtr. 3. t. 251. Pall. monogr. n. 42 et ind. taur. Deſcand. aſtrag. p. 163. n. 57. Hall. hiſt. n. 409. Allion. pedem. n. 1266. t. 41. f. 2.*

Communis in pratis tam Tauriae, quam ad Caucaſum. Floret aeſtate. ♃

1471. ASTRAGALUS *glycyphyllos.*

A. cauleſcens proſtratus, foliolis glabris ouatis obtuſis mucronatis, ſtipulis ouato-lanceolatis, racemis pedunculatis folio breuioribus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1276. Pall. monogr. n. 102 et ind. taur. Habl. taur. p. 126. Deſcand. aſtrag. p. 159. n. 54. Hall. hiſt. n. 413.*

Aſtragalus. *Riu. tetrap. t. 103.*

Glaux vulgaris, Glycyrrhiza Geſneri. *Cluſ. hiſt. 2. p. 233.*

Ad ſyluarum margines et ad vias ſyluaticas obuius. Floret cum praecedente. ♃

1472. ASTRAGALUS *ſtriatellus.*

A. cauleſcens diffuſus glaber, foliolis cuneiformibus ſubemarginatis, pedunculis ſubtrifloris folio breuioribus, leguminibus ouato-oblongis tumidis deflexis glabris.

A. ſtriatellus. *Pallas.*

Habitat in Taurià meridionali, circa Sudak. ⊙

Caulis digitalis dodrantalisque ramoſus diffuſus glaber, ſicut tota planta praeter *racemos*. *Stipulae* ouatae acutae marcidae. *Folia* 6-8-juga cum impari: *foliolis* paruis ſtricte oppoſitis cuneiformibus ſubemarginatis minime mucronatis. *Pedunculi* ſub-

triflori folio breuiores. *Flores* remotiuſculi patentes A. auſtriaco duplo majores. *Bracteae* minutae ſubulatae pubeſcentes. *Calyx* breuis hirſutus nigreſcens: dentibus ſubulatis, ſuperioribus 2 breuioribus. *Corolla* caeruleſcens vel alba obſcurius lineata: *vexillo* obtuſo carinâ paullo longiore: baſi pallido, *alis* oblongis carinâ breuioribus, *carinâ* obtuſâ. *Legumen* magnitudine A. uliginoſi latius magiſque turgidum ſubtriquetrum deflexum glabrum ſanguineo-maculatum ſemibiloculare: futurâ inferiore introflexâ.

1473. ASTRAGALUS *trimeſtris.*

A. cauleſcens diffuſus, foliolis cuneatis emarginatis ſubtus pubeſcentibus, pedunculis ſubbifloris folio aequalibus, leguminibus hamatis ſubulatis incanis.

A. procumbens, foliolis emarginatis, leguminibus compreſſis arcuatis dorſo late canaliculatis. *Deſcand. aſtrag. p. 154. n. 50.*

A. cauleſcens, ſcapis ſubbifloris, leguminibus hamatis ſubulatis bicarinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1278. Jacq. hort. vind. 2. t. 174. Pall. ind. taur.*

A. hamoſus. *β. Pall. monogr. p. 103 ſub n. 109.*

A. filiquâ curuâ. *Riu. tetrap. t. 105.*

Occurrit in Tauriae meridionalis collibus mari nigro adjacentibus. Floret Majo, Junio. ⊙

1474. ASTRAGALUS *hamoſus.*

A. cauleſcens procumbens, foliolis cuneatis emarginatis ſubtus pubeſcentibus, pedunculis ſubſexfloris folio breuioribus leguminibus hamatis ſubulatis incanis.

A. procumbens, foliolis emarginatis, leguminibus ſubulatis teretibus recuruatis glabris. *Deſcand. aſtrag. p. 155. n. 51.*

A. cauleſcens procumbens, foliolis cuneatis emarginatis, ſtipulis ouatis, racemis pauciflоris pedunculatis folio breuioribus, leguminibus hamatis ſubulatis glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1279. Pall. monogr. n. 109 et ind. taur.*

Falcata foliis pinnatis. *Riu. tetrap. t. 85.*

A. mompellianus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 234.*

Securidaca minor. *Tabern. Kraeut. p. 902. I. Bauh. hiſt. 3. p. 347.*

Occurrit in campis herbidis Tauriae Boſphoro vicinis. Floret Majo. ⊙

Nimis praecedenti *affinis* et forte *varietas.* Conuenit *pube, foliis, florum* formâ et colore. *Legumina* utrique circinnato-arcuata teretiuſcula ſupra et ſubtus ſulco exarata pube tenui proſtratâ incana.

1475. ASTRAGALUS *contortuplicatus.*

A. cauleſcens procumbens hirſutus, foliolis cuneiformi-ouatis emarginatis, pedunculis multifloris folia aequantibus, leguminibus contortuplicatis ſubulatis hirſutis.

A. cauleſcens procumbens pubeſcens, foliolis obouatis emarginatis, racemis pedunculatis, leguminibus arcuato-contortis pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1281. Pall. monogr. n. 108. t. 79. Habl. taur. p. 164. Deſcand. aſtrag. p. 152. n. 49. Hall. in comment. goett. a. 1752. p. 339. t. 11. Gmel. ſib. 4. p. 57. n. 74. t. 28.*

A. hirſutus procumbens, viciae foliis cordatis, filiquis incuruis. *Amm. ruth. n. 164.*

A. repens filiquis undulatis. *Buxb. cent. 3. p. 22. t. 39. peſſima.*

In planitiebus vaſtis caſpio-caucaſicis paſſim reperitur. Floret Majo, Junio. ⊙

1476. ASTRAGALUS *Stella.*

A. cauleſcens diffuſus, capitulis pedunculatis lateralibus, leguminibus rectis ſubulatis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1282. Pall. monogr. n. 105. Deſſont. atl. 2. p. 187. Deſcand. aſtrag. p. 105. n. 7.*

Stella leguminoſa. *Tabern. Kraeut. p. 898.*

Occurrit in Iberiâ mediâ. *D. Steurn.* ⊙

Legumina ſubarcuata, ſupra obſoleie carinata, ſubtus canaliculata, baſi utrinque gibba.

1477. ASTRAGALUS *oxyglottis.*

A. cauleſcens diffuſus, capitulis lateralibus pedunculatis ſubucrticillatis, leguminibus patulis falcatis acuminatis angulatis.

A. oxyglottis. (*Steuen.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1808. p. 115.*

Habitat in Tauriae collibus, circa Sudak. ⊙

Radix ſimplex attenuata alba. *Caules* plures declinati, mox vix dodrantales, mox etiam pedales, teretiuſculi incani. *Stipulae* ſubulatae paruae marcidae. *Folia* 5-8-juga petiolata: *petiolis incanis. foliolis* remotis cuneiformibus emarginatis glabriuſculis. *Capitula* axillaria pedunculata: *pedunculis* incanis longitudine variis, utplurimum tamen folio breuioribus, interdum breviſſimis, ut etiam legumina inter folia radicalia ſeſſilia viderim, quandoque tamen folia ſubaequantibus. *Flores* non vidi. *Legumina* ſeſſilia 5-10 in ſingulo capitulo ſubuerticillata patentia incana circiter pollicaria falcata, ſupra et lateribus utrinque carinata: ſulcis profundis, ſubtus canaliculata, acuta perfecte bilocularia. *Semina* in quonis loculo circiter 6 liuida. *Species* A. Stellae *affinis*, at diſtinctiſſima.

1478. ASTRAGALUS *tauricus.*

A. cauleſcens patulus foliolis linearibus argenteo-piloſis, racemis pedunculatis laxis caule altioribus, leguminibus ouatis acutis erectis.

A. cauleſcens patulus, foliolis linearibus tomentoſis, ſpicâ pedunculatâ terminali, leguminibus ouatis acutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1287. Pall. monogr. n. 51. t. 38.*

A. cretaceus. *Pall. ind. taur.*

Habitat in glareoſis calcareis Tauriae; circa Karaſſubaſar et Sympheropolin frequens. Floret Majo, Junio. 2

Caulis basi ramosissimus cespititius sublignescens: *ramis* brevibus, *pedunculis racemisque* elongatis axillaribus nec terminalibus. *Flores* magnitudine subsequentis; *legumina* breviora incana erecta 2-4-sperma. *Corollis* albis *variat.*

Oxytropis filiformis *Desvaux. astrag. p. 80. n. 16. t. 4* est planta, ab A. taurico *Pall.* glabritie et carinâ unguiculatâ manifeste *diversa;* quamuis *habitu* conveniat.

1479. ASTRAGALUS *austriacus.*

A. caulescens procumbens, foliolis linearibus truncatis emarginatis, racemis pedunculatis folio longioribus, alis corollae bifidis, leguminibus triquetris lanceolatis pendulis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1288. Jacq. austr. 2. p. 56. t. 195. Desvaux. astrag. p. 99. n. 1. Roth catal. 2. p. 18. Habl. taur. p. 150.*

A. dichopterus. *Pall. ind. taur.*

Onobrychis secunda. *Clus. hist. 2. p. 239.*

In Tauriae et Caucasi collibus apricis passim obvius. Floret cum praecedente. ♃

Legumina ad angulum rectum plerumque patula, vix autem reflexa. A. dichopterus *Pall. monogr. n. 52. t. 39* videtur huc etiam referendus, quamvis icon citata plantae, mihi in Tauriâ saepenumero obviae habitum minus bene exprimat.

1480. ASTRAGALUS *subulatus.*

A. caulescens procumbens suffruticosus, foliolis linearilanceolatis tomentosis, racemis pedunculatis folio longioribus, leguminibus linear-subulatis triquetris erectis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1289.*

α. major, floribus approximatis, corollis purpureis.

A. subulatus tauricus. *Pall. monogr. n. 27. t. 20.*

A. subuliformis. α. tauricus. *Desvaux. astrag. p. 134. n. 33.*

A. macrocarpus. *Pall. ind. taur.*

β. macilentus, floribus paucioribus remotis, corollis purpureis.

A. fubulatus macilentus. *Pall. loc. cit. t. 20. D.*

γ. humifufus, gracilis, pauciflorus, corollis ochroleucis.

A. fubuliformis. β. tataricus. *Defcand. aſtrag. p. 135. ſub n. 33.*

Occurrit in campeſtribus apricis α Tauriae et Iberiae calidioris, β in lapidoſis ſiccis Tauriae, γ ibidem et in deſerto Caucaſico-caſpio atque Cumano, nec non ad Wolgam et Tanain. Floret Majo, Junio. ♃

Planta ceſpitans vix tamen baſi ligneſcens polymorpha. *Caules foliaque* pilis proſtratis argentata, nec vere tomentoſa. *Varietas* elongata albiflora ad Caucaſum reliquis frequentior.

1481. ASTRAGALUS *reduncus.*

A. ſubcauleſcens diffuſus, foliolis obouatis hirſutis, racemis folio longioribus, leguminibus ſubtriquetris deorſum uncinatis hirſutis.

A. ſubcauleſcens, foliolis quindecimjugis minutis, pedunculis folio longioribus depreſſis, leguminibus deorſum uncinatis. *Pall. monogr. n. 114. t. 82. Linn. ed. Willd. 3. p. 1291.*

Habitat in campeſtribus Tauriae et in deſerto Cumano; ad Wolgam quoque, inter Zarizyn et Aſtrachan paſſim obuius. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

Planta wolgica et caucaſica *floribus* gaudet ochroleucis, taurica roſeis. *Legumina* eâdem ratione deorſum ſunt arcuata, ut in A. hamoſo ſurſum.

1482. ASTRAGALUS *Onobrychis.*

A. cauleſcens ſubdiffuſus, ſpicis ouatis pedunculatis folio longioribus, vexillis alis duplo longioribus, leguminibus racemoſis ouatis: acumine rectiuſculo.

A. caulescens diffusus, pedunculis spicatis, vexillis flore duplo longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1296. Jacq. austr. 1. p. 25. t. 38. Pall. monogr. n. 31 et ind. taur. Hall. hist. n. 412.*

A. Onobrichis. α. alpinus. *Descand. astrag. p. 124 sub n. 24.*

Onobrychis prima. *Clus. hist. 2. p. 238.*

β. major, erectus.

A. Onobrichis. ε. stipulaceus et ζ. maximus. *Descand. astrag. p. 125 sub n. 24.*

A. caulibus ramosis, spicis ovatis speciosis laxis, floribus longissimis, foliis oblonge ellipticis saepe acutis. *Gmel. sib. 4. p. 43. n. 57. t. 21.*

Frequens tam in Tauriâ, quam ad Caucasum; β in sabulis maritimis ad Bosphorum Tauriae. Floret Majo, Junio. ♃

1483. ASTRAGALUS *aduncus.*

A. caulescens diffusus canus, spicis abbreviatis pedunculatis folio longioribus, vexillo alis sesquilongiore, leguminibus subcapitatis ovato-oblongis: acumine obliquo.

A. caulescens erectus fruticosus, foliis subsexjugis linearibus obtusis canescentibus, spicis subcapitatis pedunculatis, vexillis elongatis acuminatis, leguminibus aduncis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1269.*

A. Onobrichis. γ. orientalis. *Descand. astrag. p. 125 sub n. 24.*

A. orientalis ramosus, fructu aduncо. *Tournef. cor. p. 29.*

Habitat in abruptis lapidosis Caucasi cabardinici, ad riuum Podkumok. Floret Majo, Junio. ♃

Planta e stipite basilari lignescente cespitatim ramosissima diffusa incana; praesertim *caule* et *foliorum* paginâ inferiore.

Foliola circiter 21 elliptica parua. *Stipulae* connato-bifidae vaginantes: fuperiores bipartitae minutae. *Flores* 6-8 aggregati, praeter vexillum magnitudine praecedentis. purpurei. *Calyx* incanus, ſtriis quinque dentibuſque nigricantibus. *Vexillum* obtuſum elongatum ſubemarginatum. *Legumina* praecedente minora magis oblonga aggregata incana: acumine longo obliquo. Monendum puto, Cariff. Deſcandolle A. orientalem ramoſum, fructu adunco *Tournef. cor. p. 29* ad hunc et iterum ad A. ornithopodioiden allegaſſe: quonam recte?

1484. ASTRAGALUS *flaccidus.*

A. cauleſcens procumbens villoſus, ſpicis pauciflоris pedunculatis folia aequantibus, vexillis alis ſeſquilongioribus, leguminibus triquetro-priſmaticis acutis erectis piloſis.

A. viminei varietas. *Pall. monogr. p. 24 ſub n. 28.*

A. hybridus Viciae foliis, floribus in capitulum congeſtis purpureis Gerberi. *S. G. Gmel. it. 1. p. 116. t. 18.*?

Habitat in Iberiâ copioſus.

Statura et *habitus* A. hypoglottidis. *Caulis* baſi ramoſus procumbens purpuraſcens villoſus. *Stipulae* lanceolatae paruae. *Foliola* 17-21 elliptica leuiſſime emarginata. *Flores* 3-6 conferti magnitudine praecedentis purpurei. *Calyx* purpuraſcens incanus. *Vexillum* elongatum emarginatum. *Legumina* praecedentibus duplo longiora ſubtus carinata, ſupra canaliculata. Ab *A. vimineo*, quocum *illuſtr. Pallas* conjungit, ſpecie omnino diuerſus.

****** *Scapo nudo, abſque caule folioſo.***

1485. ASTRAGALUS *eriocarpus.*

A. ſubacaulis, foliolis ellipticis obtuſis hirſutis, ſcapis folio breuioribus, floribus ſpicatis, leguminibus ouatis hirſutiſſimis calyce tectis.

Habitat in Iberiae collibus, circa Tiflin. *D. Steuen.* ♃

Stipes multiceps ſubterraneus, e quo folia ſcapique. *Folia* petiolata digitalia et dodrantalia undique villis mollibus hirſuta, nec tamen incana: *foliolis* circiter 27. *Stipulae* radicales parvae ſubulatae nigro-piloſae. *Scapi* digitales ſtriati hirſuti foliis breuiores. *Flores* numeroſi primum ſubcapitati, aetate confertim ſpicati ſpecioſi *Bracteae* ſubulatae nigro-piloſae calyce breuiores. *Calyx* ouato-oblongus fauce anguſtior hirſutus: dentibus ſubulatis tubo dimidio breuioribus. *Corolla* magnitudine fere A. longiflori luteſcens: vexillo elongato emarginato. *Legumen* ouatum pilis confertis candidis mollibus totum obtectum, intra calycem turgidulum. Vidi unicum *ſpecimen caule* pollicari inſtructum, vulgo autem acaulis eſt. A. lineato *affinis* videtur, ſed magnitudine, foliolis majoribus, floribus numeroſis et calycibus non reticulato-venoſis nec rubro-lineatis *diſtinctus*. A. dafyantho etiam quodammodo ſimilis et A. alopecuroideorum tribui accenſendus.

1486. ASTRAGALUS *montanus*.

A. ſubacaulis, ſcapis folio longioribus, foliolis lanceolatis acutis piloſis, floribus ſubnutantibus: carinâ unguiculatâ, leguminibus oblongis: acumine inflexo.

A. acaulis, foliolis lanceolatis acutis ſubpiloſis, ſcapis erectis folio longioribus, floribus laxe ſpicatis erectis, leguminibus oblongis pubeſcentibus: acumine inflexo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1302. Jacq. auſtr. 2. t. 167. Pall. monogr. n. 71. Hall. hiſt. n. 408. Gmel. ſib. 4. p. 55. n. 71.*

Oxytropis (*montana*) ſubacaulis villoſa, leguminibus erectis tereti-oblongis villoſis ſtylo acuminatis ſemibilocularibus, carinis breuiter mucronatis. *Deſcand. aſtrag. p. 66. n. 1.*

Onobrychis quarta. *Cluſ. hiſt. 2. p. 240.*

Occurrit in Iberiâ. ♃

1487. ASTRAGALUS *phyſodes*.

A. acaulis, foliolis ouatis glauceſcentibus, ſcapis folio longioribus, floribus capitatis, leguminibus inflatis globoſis mem-

branaceis glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1303. Pall. monogr. n. 80. t. 58 et ind. taur. Descand. astrag. p. 239. n. 137. t. 48.*

In Tauriae campis apricis hinc inde reperitur, in deserto caspio-caucasico copiosus. *Varietatem* perpusillam, circa Tiflin lectam *amiciss. Steuen* communicauit. Floret Aprili, Majo. ♃

1488. ASTRAGALUS *longiflorus.*

A. acaulis, foliolis ellipticis obtusis pilosis, scapis pauciflоris folio multo breuioribus, germinibus glabris, leguminibus sphaeroideis utrinque acuminatis: thecapodio longitudine tubi calycis.

A. acaulis, foliolis ellipticis retusis subpilosis, scapis racemosis paucisloris folio duplo breuioribus, leguminibus ellipticis inflatis acuminatis glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1304. Descand. astrag. p. 216. n. 112. Pall. monogr. n. 18. t. 60 A et 60 B.*

A. pedunculis radicatis unisloris aut bisloris folio dimidio breuioribus, floribus longissimis, foliolis ouatis hirsutissimis. *Gmel. sib. 4. p. 75. t. 27. pessima.*

Frequens in sabulis deserti Caucasico-caspici. Floret Aprili, Majo. ♃

1489. ASTRAGALUS *tumidus.*

A. acaulis, foliolis subrotundo-ouatis pilosis, scapis pauciflоris folio multo breuioribus, germinibus glabris, leguminibus oblongis tumidis acuminatis glabris pendulis: thecapodio breuissimo.

Habitat in Iberiâ. ♃

Similimus praecedenti et praeter *leguminum* formam et situm aegre dignoscendus. *Foliola* latiora obtusa: cum mucrone minimo; in praecedente saepe retusa mucrone destituta. *Flores* demum nutantes, qui in praecedente cum fructibus erecti.

1490. ASTRAGALUS *utriger*.

A. acaulis, foliolis oblongis pilofis, fcapis racemofis paucifloris folio multo breuioribus, germinibus lanuginofis, leguminibus ellipticis inflatis acuminatis: thecapodio calycem fubaequante.

A. acaulis, foliolis oblongis acutis pilofis, fcapis racemofis paucifloris folio duplo breuioribus, leguminibus inflatis acuminatis pubefcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1305. Pall. monogr. n. 82. t. 61. Defcand. aftrag. p. 217. n. 113.*

A. phyfodes. *Pall. it. 3. p. 502 et. 504.*

A. tragacanthae folio, non ramofus, floribus luteis. *Amm. ruth. n. 168. (ex autoritate Pallafii.)*

Occurrit in Tauriae rupeftribus, circa Sudak. Floret primo vere. ♃

Facies praecedentium, fed *germinibus* lanâ longâ albâ veftitis facile *dignofcendus*. *Foliola* minora et anguftiora, neque vero acuta. *Calyces* breuiores. *Legumina* longius acuminata matureſcentia villofitatem omnem exuunt, telle etiam citatâ Pallafii icone.

1491. ASTRAGALUS *calycinus*.

A. acaulis, foliolis obouatis fericeo-canis, fcapis folio breuioribus, calycibus inflatis globofis, leguminibus fubtriquctris acutis tectis.

Habitat ad riuum Kumam, circa Mafchar. Floret Majo, Junio. ♃

Foliola 5-13 majufcula: inferiora minora valde remota. *Scapi* fulcati foliis breuiores. *Flores* 4-8 conferti feffiles. *Bracteae* fubulatae breues. *Calyces* magni inflati globofi: fauce coarctatâ: dentibus fubulatis breuibus. *Corolla* ochroleuca: unguibus calyce breuioribus. *Legumen* paruum calyce incluſum ouatum infra carinatum fupra canaliculatum. *Planta* tota pilis exilibus proſtratis argentata minime hirſuta. Videtur A. anthil-

loidi *Descand.* affinis: sed diuersus *foliolis* majoribus pauciori-bus, *scapis* breuioribus, *leguminibus* polyspermis.

1492. ASTRAGALUS *monspessulanus.*

A. acaulis, foliolis ellipticis obtusis subtus incanis, scapis declinatis folia aequantibus, leguminibus oblongis acutis teretiusculis arcuatis glabris.

A. acaulis, foliolis ellipticis obtusis, scapis racemosis declinatis folio longioribus, vexillis elongatis, leguminibus teretiusculis arcuatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1514. Hall. hist. n. 414. Curt. bot. mag.*

A. Polygala. *Pall. monogr. n. 115. t. 83.*

Polygala. *Camer. epit. p. 929.*

Crescit in promontorii caucasici rupestribus. Floret Aprili, Majo. ♃

Foliola circiter 21 elliptica obtusa subretusa. *Scapi* sulcati incumbenti-pilosi. *Bracteae* subulatae breues. *Calyces* incani subpurpurascentes. *Corolla* purpurea; vexillo elongato emarginato. *Legumina* oblonga *stylo* acuminata teretiuscula arcuata erecto-patula purpurascentia.

1493. ASTRAGALUS *sanguinolentus.*

A. acaulis, foliolis ellipticis obtusis subtus incanis, scapis declinatis folio longioribus, leguminibus oblongis compressis subarcuatis glabris.

A. acaulis, foliolis obouatis mucronatis, scapis folio longioribus declinatis paucifloris, leguminibus oblongo-linearibus compressis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1319. Marsch. casp. p. 190. app. n. 60.*

A. incanus: varietas. *Pall. monogr. n. 116. t. 84. f. 2.*

A. clauatus. β. brenibracteatus. *Descand. astrag. p. 230 sub n. 127.*

A. orientalis folio subrotundo incano, flore ex viridi flauescente. *Tournef. cor. p. 28.*

Habitat in Caucafi orientalis alpeſtribus apricis ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

Differt a praecedente *foliolis* minoribus, *ſcapis* ratione foliorum longioribus pauciflоris, *corollis* ochroleucis: carinae apice cyaneo, *leguminibus* latioribus breuioribus compreſſis minus arcuatis ſanguineo-maculatis: quoad reliqua ſimilis.

1494. ASTRAGALUS *brachycarpus.*

A. acaulis, foliolis ellipticis pubeſcentibus, ſcapis racemoſis folio longioribus, leguminibus obouatis calycis longitudine.

A. humilis Serpilli foliis. *Buxb. cent. 3. p. 21. t. 38. f. 1?*

Habitat in promontorio caucaſico, circa thermas conſtantinomontanas et ad latera montis Beſchtau. ♃

Facies A. monſpeſſulani, praeter legumen. *Foliola* 15-27 pilis proſtratis ſparſis imprimis ſubtus pubeſcentia, binis praecedentibus majora, obtuſiuſcula. *Scapi* incumbenti-piloſi tereti-uſculi cum racemo foliis paullo longiores. *Racemi* multiflori demum elongati. *Bracteae* ſubulatae parvae. *Flores* magnitudine et formâ A. monſpeſſulani. *Calyx* pilis incumbentibus albis nigriſque. *Corolla* purpurea: vexillo elongato emarginato. *Legumina* obouata abbreviata purpuraſcentia, juniora pilis albis proſtratis pubeſcentia, *ſtyli* baſi perſiſtente mucronata. *Affinis* A. nummularioidi *Deſſont.* ſed *diſtinctus foliolis* oblongis, *floribus* pedicellatis, *vexillo* longo.

1495. ASTRAGALUS *teſticulatus.*

A. acaulis hirſutus, foliolis ellipticis obtuſis, ſcapis breuiſſimis pauciflоris aggregatis, bracteis calyce duplo breuioribus, leguminibus ouatis acutis lanatis.

A. ſcapis breuiſſimis, foliis calycibuſque piloſis, leguminibus inflatis calloſo-lanatis. *Pall. monogr. n. 89. t. 67. Linn. ed. Willd. 3. p. 1320.*

A. cinereus. *α.* radiciflorus. *Deſcand. aſtrag. p. 222. n. 118. t. 40. (excluſis varietatibus.)*

A. ſubacaulis, floribus radicalibus numeroſis ſubſeſſilibus. *Gmel. ſib. 4. p. 52. n. 67. (excluſâ varietate et ſynonymo Buxbaumii.)*

Creſcit in deſerto caucaſico-caſpio, nec non in Tauriae campis apricis ſiccis. Floret Aprili, Majo. ♃

Stipulae triangulae breues petiolo adnatae. *Foliola* circiter 21 utrinque valde piloſa. *Calyx* villis albis nigriſque pubeſcens: dentibus ſubulatis tubo plus quam dimidio breuioribus. *Corolla* lactea aut incarnata: *vexillo* ſubemarginato, *alis* oblique emarginatis, *carinâ* alis breuiore apicem verſus ſature purpureâ.

1496. ASTRAGALUS *diffuſus.*

A. acaulis hirſutus, foliolis elliptico-lanceolatis, pedicellis radicalibus breuiſſimis aggregatis, bracteis calyciſque dentibus ſetaceis elongatis piloſiſſimis, leguminibus onatis ſubtriquetris acuminatis hirſutis.

A. acaulis, foliolis lanceolatis acutis piloſo-pubeſcentibus, floribus ſubſeſſilibus aggregatis, calycinis dentibus ſubulatis piloſis, leguminibus oblongis ſubtriquetris lanatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1321.*

A. dolichophyllus. *Pall. monogr. n. 90. t. 68.*

A. depreſſus. *Pall. ind. taur.*

A. ſubacaulis, floribus radicalibus numeroſis ſubſeſſilibus. var. j. acaulis, floribus luteis. *Gmel. ſib. 4. p. 52 ſub. n. 67.*

Occurrit in Tauriae et planitierum Caucaſo adjacentium graminoſis apricis. Floret Aprili, Majo. ♃

A. praecedente *bractearum* et *dentium calycinorum* longitudine coloreque *corollae* ochroleuco potiſſimum dignoſcitur. *Calyces* pilis patulis albis hirſutiſſimi, nigris nullis intermixtis.

1497. ASTRAGALUS *humilis.*

A. acaulis hirſutus, foliolis obouatis, pedunculis radicalibus breuiſſimis aggregatis, bracteis calyce duplo breuioribus, leguminibus onatis ſubtriquetris acuminatis hirſutis.

Habitat in Caucaſo iberico. 2

Foliola binis praecedentibus breuiora latioraque. *Vexillum* valde emarginatum. *Leguminum* acumen rectum longum. *Conuenit* cum praecedente *pedicellis* breuiſſimis, *calycibus* pilis albis hirſutiſſimis, *corollis* flauicantibus, *leguminibus* acuminatis; cum penultimo vero *bracteis calyciſque* dentibus breuibus.

1498. ASTRAGALUS *rupifragus.*

A. acaulis, foliolis oblongis obtuſis piloſo-pubeſcentibus, floribus breue pedunculatis aggregatis, leguminibus oblongis acutis lanatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1320.*

A. ſubexſcapus, foliis ſeptemjugis piloſiſſimis, calycibus glomeratis inaequaliter dentatis, leguminibus ouato-acuminatis triquetris calloſo-lanatis. *Pall. monogr. n. 92. t. 70.*

A. cinereus. *β.* brevipes et *γ.* longipes. *Deſcand. aſtrag. p. 222 ſub. n. 118. t. 41?*

Habitat in rupibus Tauriae meridionalis. *Pallas.* 2

Magis affinibus *elongatus* baſique ſubramoſus et *hirſutie* aequabili caneſcens. *Foliola* majora longiora. *Bracteae* breues. *Calyces* turgidiores: dentibus tubo multo breuioribus. *Corollae* ſaturius purpureae. *Legumina* acuminata, ut in proxime praecedente.

1499. ASTRAGALUS *nummularius.*

A. acaulis, foliolis ſubrotundis ſubtus hirſutis, ſcapis breuiſſimis pauciflоris aggregatis, bracteis calyce duplo breuioribus, leguminibus ouatis tumidis acutis piloſis.

A. acaulis, foliolis ſubrotundis emarginatis piloſis, floribus ſubſeſſilibus aggregatis, leguminibus ouatis piloſis. *Linn. ed.*

Willd. 3. p. 1321. Deſcand. aſtrag. p. 221. n. 117. t. 11. f. 2. Vahl ſymb. 1. p. 60. Lamark dict. 1. p. 317. n. 40.

Legi in glareoſis ad torrentes, per Caucaſum orientalem ſubalpinum. ♃

Foliola multijuga, interdum 49, formâ fere A. humilis ſubemarginata. *Bracteae* et *dentes calycini* breues. *Calyces* albidi. *Legumina* praecedentibus majora turgidiora: acumine breui. An hic A. tragacanthoides *Linn.* conueniente etiam A. acauli flore luteo *Buxb. cent. 3. p. 21. t. 38. f. 2?* An etiam A. Buchtormenſis *Pall. monogr. n. 83. t. 62. f. A* ab hoc *diuerſus?*

***** *Fruticoſi et ſuffruticoſi: petiolis ſpineſcentibus, perſiſtentibus.*

1500. ASTRAGALUS *caſpicus.*

A. frutеſcens, petiolis ſpineſcentibus, foliis ſubquadrijugis, foliolis lanceolatis acutinſculis incanis, floribus geminatis ſeſſilibus, calyce tubuloſo lanato, leguminibus incanis.

A. *(cretenſis)* fruticoſus, petiolis ſpineſcentibus, floribus rubro-venoſis axillaribus. *Pall. monogr. p. 5. n. 6.*

Prouenit in Caucaſi orientalis ſubalpinis. Floret Junio, Julio. ♄

Folia 3-5-juga, ratione aliorum hujus tribus parua; hinc *petioli* quoque ſpineſcentes debiliores. *Foliola* parua incana ſubhirſuta; mucrone apicis minimo. *Stipulae* pubeſcentes. *Calyx* dentibus ſubulatis ſubaequalibus tubo breuioribus. *Corolla* albida: vexillo oblongo obtuſo lineis purpureis pulchre picto. *Legumen* calyce tectum, pilis albis modice hirſutum. Ab *affini* A. cretico *calyce* tubuloſo, nec ad baſin uſque partito potiſſimum dignoſcitur.

Obſeruandum, inchoante floreſcentiâ, in hoc et affinibus *flores* videri ad ramorum apices aggregatos; qui ramo nonello ſenſim ulterius excreſcente floreſque ultro ferente, demum per totum ramum ſparſi apparent.

1501. ASTRAGALUS *caucaſicus.*

A. fruteſcens, petiolis ſpineſcentibus, foliis ſubſeptemjugis, foliolis lanceolatis acutis hirtis incanis, floribus geminatis ſeſſilibus, calyce tubuloſo leguminibuſque lanatis.

A. fruteſcens, petiolis ſpineſcentibus, foliis ſubſeptemjugis, foliolis lanceolatis mucronatis hirtis, floribus axillaribus geminis ſeſſilibus, calycibus campanulatis: dentibus lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1331 Pall. monogr. n. 2. t. 2.*

Habitat in Caucaſi ſterilibus lapidoſis, ad torrentem Terek, verſus portas caucaſicas; etiam ad Iberum amnem et in montibus Moſchicis. Legi paſſim Auguſto et Septembri adhuc florentem. ♄

Praecedente humilior minuſque ramoſus, *ſpinis* vero validioribus armatus. *Foliola* plura majora acutiora hirſutioraque. *Flores* majores albi immaculati: vexillo latiore emarginato. *Legumen* calyce tectum pilis albis confertis lanatum. *Differt* ab A. gummifero, quocum Cl. Deſcandolle conjungit, *foliolis ſtipuliſque* hirſutis et *corollis calyce* duplo majoribus.

1502. ASTRAGALUS *Arnacantha.*

A. fruteſcens, petiolis ſpineſcentibus, foliis ſubquadrijugis, foliolis lanceolatis mucronato-ſpinoſis hirſutis canis, floribus geminatis ſeſſilibus, calyce 5-partito: dentibus ſetaceis lanatis.

A. (*Poterium*) fruticoſus, petiolis ſpineſcentibus ſubincuruis ſexjugis, floribus ſolitariis axillaribus, leguminibus ſubmonoſpermis. *Pall. monogr. n. 1. t. 1.*

A. Tragacanthae affinis. *Pall. ind. taur.*

A. Tragacantha. *Habl. taur. p. 112.*

A. compactus. β. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1334. Lamark dict. 1. p. 322. n. 64. β. Deſcand. aſtrag. p. 192. n. 86. β.*

Tragacantha orientalis humillima incana, flore purpureo. *Tournef. cor. p. 29.*

Frequens in Tauriae meridionalis collibus lapidoſis ſteriliſſimis; paſſim quoque in Caucaſo orientali obuius. Floret Julio, Auguſto; ſecundum ill. Pallaſium etiam primo vere. ♄

A. compacto proximus, tamen ſpecie *differre* videtur. *Dignoſcitur caule* altiore ramoſiore, *ſtipulis* acumine longiore, *foliolis* anguſtioribus, *floribus* minoribus geminatis per totum caulem ſparſis, *corollis* incarnatis, *leguminibus* lanà albâ nec ſubruſâ veſtitis. *Calyx* in hoc et A. compacto ad baſin uſque partitus, quaſi pentaphyllus et *legumina* calyce tecta. *Radicis* cellulae et meditullium gummate ſcatent, quod tamen rarius ſponte exſtillat.

384. PSORALEA. Calyx longitudine leguminis. Stamina diadelpha. Legumen monoſpermum, ſubroſtratum, ecalue.

1503. PSORALEA *palaeſtina.*

Pf. foliis ternatis, foliolis ouatis, petiolis pubeſcentibus ſulcatis, ſpicis capitatis pedunculatis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1350. Jacq. hort. vind. 2. t. 184. Gouan. illuſtr. p. 51.*

Pf. bituminoſa. *Pall. ind. taur.*

Creſcit in pratis Tauriae meridionalis, circa Alupkam, Jaltam etc. Floret Julio, Auguſto. ♃

1504. PSORALEA *acaulis.*

Pf. foliis ternatis, ſcapo nudo. *Steuen dec. pl. iber.*

Habitat in Iberiâ occidentali. ♃

Planta acaulis, *habitu* ſingulari in hoc genere. *Folia* radicalia ſcapos aequantia: petiolis longiſſimis pubeſcentibus. *Foliola* magna ouata obtuſa baſi inaequalia inaequaliter argute denticulata hirta: extimo majore. *Scapi* dodrantales ſtriati hirti. *Spica* ouato-oblonga compacta multiflora. *Bracteae* ſubulatae nigro-piloſae calyce breuiores. *Calyx* nigro-piloſus: dentibus

fubulatis. infimo longiore. *Corolla* purpuraſcens calyce paullo longior: vexillo alis, alisque carinâ paullo longioribus.

385. TRIFOLIUM. Flores ſubcapitati. Legumen. vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum.

* Meliloti: *leguminibus nudis, floribus racemoſis.*

1505. TRIFOLIUM *coeruleum.*

Tr. racemis oblongis pedunculatis, leguminibus ventricoſis ſeminudis diſpermis mucronatis, caule erecto, ſtipulis lanceolatis membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1352. Pall. ind. taur.*

Melilotus coerulea. *Riu. tetrap. t. 10.*

Occurrit in ſterilibus apricis et in cultis hinc inde. Floret aeſtate. ⊙

1506. TRIFOLIUM *officinale.*

Tr. leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, ſtipulis lanceolato-ſubulatis indiuiſis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1355. Gmel. ſib. 4. p. 23. n. 32. t. 7. Hall. hiſt. n. 362. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Melilotus. *Riu. tetr. t. 7.*

β. flore albo.

Copioſum in campis apricis, ad vias et aggeres: varietas *β* rarior. Floret aeſtate. ⊙

Caules ſaepe orgyales et *alae* carinam excedentes in *varietate* albiflorâ, ſicut in vulgari: quamuis contrarium afferat Deſrouſſeaux *in dict. enc. bot. 4. p. 62.*

1507. TRIFOLIUM *hamoſum.*

Tr. leguminibus racemoſis nudis compreſſis monoſpermis neruoſis piloſis uncinato-acuminatis, ſtipulis ſubulatis indiuiſis, caulibus adſcendentibus.

Foenugraecum Meliloti facie minus, foliis incanis. *Buxb. cent. 2. p. 39. t. 44. f. 1?*

Habitat in Tauriâ meridionali et in Iberiâ. *D. Steuen.* ⊙

Radix annua simplex. *Caules* nonnulli digitales seu dodrantales, varius pedales subramosi. *Racemi* axillares pedunculati abbreuiati subcapitati deorsum imbricati. *Flores* magnitudine et formâ praecedentis: *calyce* incano-pubescente, *corollâ* luteâ. *Legumina* ouata compressa neruosa albo-pilosa basi glabra deflexa: acumine longo inflexo hamosa. *Semen* unicum reniforme fordide flauicans. *Foliola* cuneata argute denticulata. *Stipulae* paruae subulatae integrae.

** Lotoidea: *leguminibus tectis, polyspermis.*

1508. TRIFOLIUM *hybridum.*

Tr. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus subaequalibus, foliolis ouato-oblongis emarginatis serrulatis, caule adscendente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1359.*

Trifoliastrum pratense corymbiferum. *Mich. nou. gen. 28. t. 25. f. 2. 6.*

Occurrit in Tauriae pratis. Floret aestate. ♃

1509. TRIFOLIUM *repens.*

Tr. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus superioribus breuioribus, foliolis ouato-oblongis emarginatis serrulatis, caule repente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1359. Curt. lond. Hall. hist. n. 367. Gmel. sib. 4. p. 19. n. 26. Pall. ind. taur. Riu. tetr. t. 15.*

Frequens in Tauriae et Caucasi herbidis. Floret cum praecedente. ♃

1510. TRIFOLIUM *ambiguum.*

Tr. capitulis umbellaribus, leguminibus subdispermis, calycinis dentibus subaequalibus, vexillo lanceolato, foliolis ouatis obtusulis serrulatis, caule repente.

Tr. Vaillantii M. B. *Catal. hort. gorenk. a. 1808. p. 111.*

Tr. caulibus ſubrectis, ſpicis depreſſis, ſiliquis diſpermis. *Hall. hiſt. n. 138?*

Habitat frequens in Tauriae et Caucaſi pratis; nec non in campeſtribus tanaicenſibus et ad Wolgam inferiorem. Floret cum praecedentibus hujus tribus. ♃

Praecedentibus *majus* et robuſtius, reptatu aeque ceſpitans. *Caules* floriferi dodrantales rarius pedales. *Stipulae* lanceolatae marcidae. *Foliola* magnitudine Tr. alpeſtris latiora obtuſiuſcula non emarginata, ſtriis ut in hoc valde prominulis et denticulis marginalibus crebris argutiſſimis. *Capitula* denſa praecedentibus duplo majora. *Flores* etiam duplo majores: foecundati demum reflexo-patentes. *Calyx* ſtriatus: dentibus ſubaequalibus ſubulatis diuaricatis. *Corolla* pallida, aetate rubicunda ſicut praecedentium. *Petala* libera. *Vexillum* lanceolatum multo quam in praecedentibus longius et anguſtius. *Legumen* breue, 1-2-ſpermum. *Species* quoad *habitum* hujus omnino tribus, quamuis legumine tecto ſaepe monoſpermo aberret. Pro Tr. orientali altiſſimo, caule fiſtuloſo albo *Tournef. cor. Vaill. pariſ. t. 22. f. 5* olim habui; modo et ab hoc diſtinctum eſſe agnoſco.

* * * Lagopoda: *calycibus villoſis.*

1511. TRIFOLIUM *ſubterraneum.*

Tr. capitulis villoſis quinqueſloris: comâ centrali reflexâ rigidâ fructum obuoluente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1361. Sabbat. hort. 7. t. 36. Riu. tetrap. t. 14. Pall. ind. taur.*

Tr. pratenſe ſupinum Cathobleps, ſiue capite humimerſo. *Barrel. ic. 881.*

Creſcit ad pedes ſaxorum ingentium, pago Tauriae Alupkae imminentium. Floret Majo. ⊙

1512. TRIFOLIUM *pictum*.

Tr. capitulis villoſis ſubgloboſis terminalibus ſolitariis inuolucratis, calyciuis dentibus ſetaceis aequalibus corollâ breuioribus, caulibus diffuſis, foliolis obouatis denticulatis.

Tr. capitulis villoſis ſubgloboſis terminalibus ſolitariis, calycinis dentibus ſetaceis corollâ breuioribus, caulibus diffuſis, foliolis obouatis denticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1363. Roth catal. 2. p. 101.*

Creſcit in ſabulo littorali Tauriae meridionalis, ad pontum Euxinum, prope pagum Tujak. Floret Majo, Junio. ⊙

Spontaneum ſaepe digito minus totum piloſum. *Stipulae* lanceolatae. *Foliola* obouata ſubemarginata ſtriata denticulata, juniora interdum maculâ lunatâ ſanguineâ. *Capitulum* ultimo folio approximatum: *bracteis* propriis tribus ſubrotundis acuminatis ſubmembranaceis lineatis. *Calycis* dentes aequales ſetacei villoſiſſimi: villis rufeſcentibus aut albicantibus. *Corolla* purpurea calyce longior: vexillo lineari longiſſimo. *Planta* culta major eſt atque ramoſior: *foliorum* maculis inſignioribus.

1513. TRIFOLIUM *diffuſum*.

Tr. ſpicis ſubrotundo-ouatis villoſis, calycinis dentibus inaequalibus ſetaceis corollam aequantibus, caule erecto, foliolis oblongis mucronatis ſubdenticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1365. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 50. Ehrh. catal. 7. p. 165.*

Creſcit in campis herbidis ad fluuium Terek, inter Kiſljar et Moſdok, etiam in Tauriâ. Floret Majo, Junio. ⊙

Capitula terminalia breue pedunculata magnitudine Tr. pratenſis. *Calyx* corollam ſubaequans: dentibus duobus ſuperioribus paullo breuioribus. *Corolla* monopetala: tubo cylindrico albo, limbo purpuraſcente. *Vexillum alae* et *carina* ejuſdem fere longitudinis. *Legumen* calyce breuius monoſpermum.

1514. TRIFOLIUM *pratenſe.*

Tr. ſpicis denſis ouatis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae inaequalis breuiore, ſtipulis ariſtatis, foliolis oualibus ſubintegerrimis, caule adſcendente. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1366. Flor. dan. t. 989. Hall. hiſt. n. 377. Gmel. ſib. 4. p. 22. n. 29. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 124.*

Triſolium. *Riu. tetr. t. 12.*

Commune in pratis fertilioribus. ♃

1515. TRIFOLIUM *alpeſtre.*

Tr. ſpicis denſis ſubglobоſis ſubgeminatis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae ſubaequalis aequante, ſtipulis ſetaceis, foliolis lanceolatis tenuiſſime ſerrulatis ſtriato-venoſis, caulibus ſimpliciſſimis ſtrictis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1368. Flor. dan. t. 662. Jacq. auſtr. 5. p. 15. t. 433. Hall. hiſt. n. 376. Hoppe enchirid. a. 1796. p. 175. n. 9. Gmel. ſib. 4. p. 22. n. 30. Pall. ind. taur.*

Tr. rubens. *Habl. taur. p. 24.*

In pratis montanis paſſim reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

Radix maxime repens, multicaulis.

1516. TRIFOLIUM *ochroleucum.*

Tr. ſpicis villoſis ellipticis breue pedunculatis, calycis dente infimo longiore alas aequante, caule adſcendente ramoſo, foliolis integerrimis oblongis: infimis obcordatis.

Tr. ſpicis villoſis ellipticis, caule erecto ramoſo pubeſcente, foliolis oblongis: infimis obcordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1372. Jacq. auſtr. 1. t. 40. Gouan illuſtr. p. 51. Hall. hiſt. n. 378. Allion. pedem. n. 1098.*

Creſcit circa Tiflin et in Caucaſi alpe Kaiſchaur. Floret aeſtate; in alpibus Auguſto, Septembri. ♃

Folia ſumma oppoſita. *Pedunculus* breuiſſimus. *Corolla* ochroleuca: *vexillo* elongato lanceolato.

1517. TRIFOLIUM *pannonicum.*

Tr. ſpicis villoſis oblongo-ellipticis longe pedunculatis, calycis dente infimo longiore alis breuiore, caule ſtricto ſubramoſo, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis: inferioribus emarginatis.

Tr. ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, foliis integerrimis cauleque erecto villoſiſſimis. *Linn. mant. 276. ſpec. ed. Willd. 3. p. 1368. Jacq. obſ. 2. p. 21. t. 42.*

Creſcit in Caucaſo iberico. ♃

Praecedenti maxime affine, a quo *dignoſcitur* caule altiore firmiore, *ſpicis* majoribus longioribus longeque pedunculatis, *floribus* majoribus.

1518. TRIFOLIUM *trichocephalum.*

Tr. ſpicis hirſutis ellipticis baſi foliоſis, calycis dente infimo longiore alis duplo breuiore, caule adſcendente ſimpliciſſimo paucifolio, foliolis ouatis integerrimis.

Habitat in Caucaſi iberici alpeſtribus. *C. Muſſin-Puſchkin.* ♃

Planta quoad ſpicas et flores ad binas praecedentes accedens, ſed digitalis et villis mollibus patulis undique hirſutiſſima. *Folium* in caule, ad baſin unicum aut nullum: *inde caulis* ad ſpicam uſque nudus, cui folia duo oppoſita caeteris ſimilia pro *inuolucro* ſubſunt. *Foliola* breuiora latioraque quam in binis praecedentibus, obtuſa. *Spica* denſa Tr. pannonico breuior. *Flores* huic magnitudine et colore ſimiles. *Calyx* dentibus minus inaequalibus: infimo caeteris paullo tantum longiore. *Petala* cohaerent unguibus in hoc et binis praecedentibus.

1519. TRIFOLIUM. *anguſtifolium.*

Tr. ſpicis villoſis conico-oblongis, dentibus calycinis ſetaceis ſubaequalibus, foliolis linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1372.*

Tr. alopecurum anguſtifolium elatius. *Barrel. ic. 698.*

Lagopus hiſpanica. *Riu. tetrap. t. 17.*

Creſcit in campis apricis herbidis Tauriae et ad Caucaſum. Floret Majo, Junio. ⊙

1520. TRIFOLIUM *aruenſe.*

Tr. ſpicis villoſiſſimis ſubcylindraceis, dentibus calycinis ſetaceis corollâ longioribus, foliolis obouato-linearibus. *Smith brit. 2. p. 787. Linn. ed. Willd. 3. p. 1373. Flor. dan. t. 724. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 373. Pall. ind. taur.*

Lagopus. *Riu. tetrap. t. 16.*

Occurrit in agris incultis collibuſque ſterilibus. Floret Majo, Junio. ⊙

1521. TRIFOLIUM *lappaceum.*

Tr. capitulis ſubgloboſis hiſpidis, dentibus calycinis ſubulatis corollam aequantibus, caule diffuſo, foliolis obouatis retuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1364. Habl. taur. p. 163.*

Tr. capitulo glomerato rigido. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 383.*

Tr. nemoroſum capite ouato villoſo rubeſcente. *Barrel. ic. 871.*

Occurrit in pratis regionum caucaſicarum hinc inde. Floret Junio. ⊙

Caulis declinatus: *ramis* floriferis erectis. *Stipulae* acuminatae neruoſae. *Foliola* cuneata apice ſerrulata: inferiora emarginata. *Capitula* terminalia globoſa ebracteata. *Calyx* ſtriatus: dentibus ſubulatis piloſiſſimis, duobus ſuperioribus in florente breuioribus: omnibus demum patentibus ſubaequalibus. *Corolla* albida ſubpurpuraſcens: *vexillo* lanceolato *alis* longiore.

1522. TRIFOLIUM *leucanthum.*

Tr. ſpicis villoſis ſubgloboſis pedunculatis, calycibus patentibus: dentibus ſubaequalibus corollâ breuioribus, ſtipulis ſubulatis, foliolis obouato-oblongis apice ſubſerratis.

Tr. ſtellatum. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae meridionalis collibus ſiccis. Floret Majo, Junio. ⊙

Radix exilis annua multicaulis. *Caules* declinati villis mollibus patulis hirſuti, ſicut tota planta. *Stipulae* ſubulatae. *Foliola* obouato-oblonga apice ſubſerrata. *Capitula* terminalia pedunculata ebracteata. *Calyx* undique villoſus: dentibus ſubulatis ſubaequalibus, demum patentiſſimis. *Corolla* alba calyce paullo longior: *vexillo* lanceolato *alis* parum longiore. *Affine* admodum Tr. ſtellato; ſed *differt caulibus* digitalibus ſeu ſpithamalibus nec pedalibus, *ſtipulis* lanceolato-ſubulatis integerrimis nec ouatis denticulatis, *foliolis* magis oblongis: imis tantum quandoque obcordatis, *floribus* minoribus et *calycum* villo rufeſcente nec albo.

1523. TRIFOLIUM *ſquarroſum.*

Tr. ſpicis oblongis terminalibus ſubſeſſilibus piloſis, calycum dente infimo longiſſimo reflexo, caule erecto, foliolis oblongis integerrimis.

Tr. ſpicis oblongis ſubpiloſis, calycum infimo dente longiſſimo reflexo, caule herbaceo erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1370.*

Tr. purpureum lagopoides hirſutum annuum rotundifolium, ſpicâ dilute rubente. *Moriſ. hiſt. 2. p. 140. ſect. 2. t. 13. f. 1.*

Creſcit in nemoribus, circa fortalitium Georgopolitanum Caucaſi. ⊙

Planta erecta ramoſa pedalis undique villoſa. *Stipulae* cuſpidatae. *Foliola* lanceolato-elliptica integerrima. *Capitula*

ouata folitaria caulem et ramos terminantia, foliis fummis oppofitis approximata. *Calyces* ftriati undique villofi: dente infimo reflexo caeteris fextuplo longiore, unde capitulum fructiferum quafi barbatum. *Corolla* purpurafcens: *vexillo* lanceolato elongato.

1524. TRIFOLIUM *ftriatum.*

Tr. capitulis oblongis terminalibus axillaribufque pedunculatis diphyllis, calycis dentibus inaequalibus pilofis, caule diffufo, foliolis obouatis apice ferrulatis.

Tr. capitulis terminalibus axillaribufque ouatis fubfolitariis fubfeffilibus, calycibus ftriatis pilofis inaequalibus, foliolis obouatis fubintegerrimis pubefcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1376. Flor. dan. t. 1171. Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 25.*

Tr. hirfutum flore paruo dilute purpureo, in glomerulis oblongis, femine magno. *Vaill. parif. t. 33. f. 2.*

Occurrit in campis herbidis ad fluuium Terek, inter Kifljar et Mofdok. Floret Majo. ⊙

Pedunculi axillares breues, apice *foliis* duobus oppofitis capitulum excipientibus. *Calyx* ftriatus villofus: dentibus fetaceis; imo longiore, duobus fuperioribus breuioribus. *Corolla* dilute purpurea vix longitudine dentis infimi calycini: *vexillo* ouato breui. *Foliola* apice euidenter ferrulata, cum mucrone medio.

1525. TRIFOLIUM *fcabrum.*

Tr. capitulis ouatis axillaribus feffilibus, calycis dentibus inaequalibus lanceolatis mucronatis rigidis recuruis, foliolis obouatis ferrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1374. Curt. lond. Hall. hift. n. 371.*

Tr. flofculis albis in glomerulis afperis cauliculis adnatis. *Vaill. parif. t. 33. f. 1.*

In Tauriâ et Iberiâ reperitur. ⊙

Plantula praecedente minor et humifufa villis fubcanefcens. *Foliola* minora ftriata ferrulata. *Capitula* axillaria feffilia.

Calyces albo-villoſi: dentibus latioribus breuioribus. *Corolla* et huic parua calycem vix aequans.

1526. TRIFOLIUM *echinatum.*

Tr. capitulis ouatis terminalibus axillaribuſque pedunculatis aphyllis, calycis dentibus ſubulatis inaequalibus piloſis corollâ breuioribus, caule declinato ramoſo, foliolis obouato-oblongis integerrimis.

Habitat ad Caucaſum. ⊙

Statura Tr. lappacei. *Caulis* declinatus piloſiuſculus: *ramis* ramoſis. *Stipulae* ſubulatae piloſae. *Foliola* obouata piloſiuſcula: ſuperiora oblonga. *Pedunculi* axillares et terminales capitulo multo longiores. *Calyces* ſtriati undique pubeſcentes: tubo breuiſſimo: dentibus ſubulatis peranguſtis exquiſite acuminatis pilis patulis hirſutis, infimo longiore; omnibus fructiferis patentiſſimis ſicut in Tr. lappaceo. *Corolla* monopetala calyce duplo longior pallida: vexillo lanceolato elongato.

**** Veſicaria: *calycibus inflatis, ventricoſis.*

1527. TRIFOLIUM *turgidum.*

Tr. capitulis ouatis paleaceis, calycibus fructiferis inflatis globoſis glabris: dentibus ſetaceis recurvis, petalis mucronatis, caule erectiuſculo.

Habitat in promontorio caucaſico, inter fluuium Kuban et riuum Iegorlik, nec non in campeſtribus circa portum Odeſſanum. ⊙

Nimis *affine* Tr. ſpumoſo, a quo *differt* defectu *involucri* uniuerſalis capituli, *calycibus* breuioribus globoſis nec ouatis collo longiuſculo, *petalis* ochroleucis mucronatis nec tantum acutis, *leguminibus* incluſis. *Vexillum* emarcidum perſiſtens liberum, alae autem cum carinâ unguibus connatae in hoc et in Tr. ſpumoſo. *Palea* ſubulata minuta ſub quouis calyce.

1528. TRIFOLIUM *fragiferum.*

Tr. capitulis fubrotundis, calycibus fructiferis membranaceis pubefcentibus: dentibus fetaceis; duobus longioribus reflexis, caulibus repentibus pilofis, foliolis obouatis obtufis.

Tr. capitulis fubrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubefcentibus: dentibus fetaceis, binis reflexis; caulibus repentibus, foliolis obouatis obtufis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1380. Fl. dan. t. 1042. Curt. lond. Roth catal. 1. p. 80. Hall. hift. n. 370. Pall. ind. taur. Vaill. parif. t. 22. f. 2.*

Commune in pratis collibusque herbidis. Floret aeftate. 2

1529. TRIFOLUM *phyfodes.*

Tr. capitulis fubrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubefcentibus: dentibus fetaceis fubaequalibus longitudine tubi, pedunculis folium aequantibus, caulibus procumbentibus glaberrimis, foliolis ouatis obtufis.

T. phyfodes. *Steuen.*

Habitat in Iberiâ.

Facies praecedentis, fed *diftinctum. Caules* longiores graciliores procumbentes vix tamen radicantes glaberrimi, nec ut in praecedente cum petiolis pedunculisque pilis fparfis patulis pubefcentes. *Stipulae* anguftiores: acumine longiore. *Foliola* majora laete viridia, nec glauca; ferraturis minus confertis diftincte mucronulatis, nec creberrimis minutiffimisque mucrone vix vifibili. *Pedunculi* breuiores. *Capitula,* ob *flores pedicello* lineam longo fultos nec feffiles, minus conferta. *Calycis* dentes omnes fubaequales fimiles dentibus duobus fuperioribus praecedentis fpeciei. *Corollae* magis rubicundae: *vexillo* longiore anguftioreque.

1530. TRIFOLIUM *tumens.*

Tr. capitulis fubrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubefcentibus: dentibus fetaceis fubaequalibus

tubo breuioribus, pedunculis folio longioribus, caulibus procumbentibus glaberrimis, foliolis obouatis fubemarginatis.

Tr. tumens. *Steuen.*

Habitat in Iberiâ, ad fluuios Iberum et Alazonium.

Differt a praecedente *gracilitate*, *foliolis* basi acutioribus plerisque obcordatis, *pedunculis* longioribus, *capitulis* minoribus, *floribus* paucioribus et praesertim *calycinis* dentibus minoribus. An tamen *varietas* ex loco natali aridiore?

***** Lupulina: *vexillis corollae inflexis.*

1531. TRIFOLIUM *montanum.*

Tr. spicis subglobosis pedunculatis, vexillis subulatis marcescentibus, calycinis dentibus subulatis pubescentibus, foliolis oblongis denticulatis, caule erecto.

Tr. spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1381. Flor. dan. t. 1172. Hall. hist. n. 372. Gmel. sib. 4. p. 21. n. 28.*

Tr. folio longo, flore albo. *Riu. tetr. t. 13.*

Occurrit in collibus apricis herbidis. Floret Majo, Junio. 4

1532. TRIFOLIUM *paruiflorum.*

Tr. spicis globosis axillaribus pedunculatis, vexillis deflexis persistentibus calyce breuioribus, calycinis dentibus inaequalibus subulatis recuruis glabris, foliolis obouatis serrulatis, caule patulo.

Tr. capitulis globosis axillaribus pedunculatis, calycinis dentibus inaequalibus corollà longioribus subulatis patulis recuruis, foliolis obouatis serrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1376. Ehrh. catal. 7. p. 165.*

Crescit in campis herbidis ad fluuium Terek, inter Kisljar et Mosdok. Floret Majo. ⊙

Planta pusilla glabra dichotome ramosa. *Foliola* striata argute serrulata. *Stipulae* acuminatae nervosae. *Flores* parvi. *Calyx* dentibus 4 subaequalibus: infimo minore. *Corolla* calyce brevior albida. *Vexillum* ovatum obtusum persistens: aestate fuscum nitidum. *Alae* et *carina* minutissimae. *Legumen* calyce brevius dispermum. *Semina* globosa pallida.

1533. TRIFOLIUM *agrarium.*

Tr. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis lanceolato-cuneatis: intermedio sessili. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1882. Flor. dan. t. 558. Sturm ic. germ.*

Tr. pratense luteum, capitulo Lupuli, vel agrarium. *C. B. Vaill. paris. t. 22. f. 3.*

In Iberiae campestribus obvium. ⊙

1534. TRIFOLIUM *procumbens.*

Tr. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus sulcatis, caulibus procumbentibus, foliolis obovatis. *Smith brit. 2. p. 792. Linn. ed. Willd. 3. p. 1383. Flor. dan. t. 796. Hall. hist. n. 363. Pall. ind. taur.*

Tr. campestre. *Sturm ic. germ.*

Tr. lupulinum alterum minus. *Ray synops. ed. 3. p. 330. t. 14. f. 3.*

In pratis et pascuis occurrit. Floret Majo, Junio. ⊙

386. LOTUS. Legumen cylindricum, strictum. Filamenta cuneiformia. Alae sursum longitudinaliter conniventes. Cal. tubulosus.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum constituentibus.*

1535. LOTUS *siliquosus.*

L. leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis subtus pubescentibus. *Linn. ed. Willd.*

3. p. 1386. Jacq. auſtr. 4. p. 32. t. 361. Hall. hiſt. n. 386. Pall. ind. taur.

L. tetragonolobus. *Riu. tetr. t. 79.*

Trifolium ſiliquoſum. *Tabern. Kraeut. p. 904.*

Occurrit in collibus herbidis Tauriae. Floret aeſtate. ♃

1536. LOTUS *anguſtiſſimus.*

L. leguminibus ſubbinatis linearibus ſtrictis erectis, caule erecto, pedunculis alternis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1389.*

L. annua oligoceratos, ſiliquis ſingularibus binis terniſue. *Moriſ. hiſt. 2. p. 175. ſect. 2. t. 18. f. 1.*

L. corniculata ſiliquis ſingularibus vèl binis, tenuis. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 356.*

Provenit in planitiebus Caucaſo adjacentibus rarius: ad Wolgam et Tanain frequentior. Floret aeſtate. ⊙

Planta erecta patulo-ramoſa pilis ſparſis longis undique hirſuta. *Foliola* oblonga. *Stipulae* ſemicordatae foliolis breuiores latiores. *Flores* 1-3 L. corniculato duplo minores. *Calyx* undique hirſutus. *Legumina* formâ ſituque L. corniculati minora, juniora pubeſcentia, demum glabra.

** *Pedunculis multifloris in capitulum.*

1537. LOTUS *corniculatus.*

L. capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1395. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 385. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 124.*

α. caulibus procumbentibus.

L. aruenſis. *Perſoon ap. Uſteri ann. 14. p. 39.*

β. caulibus elongatis erectiuſculis.

L. riparia. *Perſoon loc. cit.*

Copiosus in pratis et campis herbidis: β in nemoribus. Floret a Majo ad Augustum. ♃

387. DORYCNIUM. Cal. 5-dentatus, bilabiatus. Filamenta subulata. Stigma capitatum. Legumen turgidum, 1-3-spermum.

1538. DORYCNIUM *monspelienſe.*

D. foliolis lineari-lanceolatis acutis, calycinis dentibus ouatis, caule fruticoso. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1396.*

D. suffruticosum. *Vill. delph. 3. p. 416.*

Lotus Dorycnium. *Linn. spec. pl. p. 1092. Willd. arb. berol. p. 185. n. 2. Hall. hist. n. 384. Pall. ind. taur.*

Trifolium Lupinaster. *Habl. taur. p. 124.*

D. hispanicum. *Clus. hist. 2. p. 1397.*

Lotus polyceratos frutescens incana, siliculis subrotundis erectis. *Morif. hist. 2. p. 178. sect. 2. t. 18. f. 15.*

Frequens in abruptis lapidosis cretaceis Tauriae: in Iberiâ quoque obuium. Floret Junio, Julio. ♄

Legumina subglobosa calyce paullo longiora monosperma. *Foliola* obouato-lanceolata acuta.

1539. DORYCNIUM *latifolium.*

D. foliolis obouatis obtusis, dentibus calycinis subulatis, caule erecto suffruticoso. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1397.*

D. orientale latifolium villosum. *Tournef. cor. p. 26. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 32. f. 1.*

Occurrit in Iberiae collibus siccis. ♄

Legumina subcylindrica calyce triplo longiora, 2-3-sperma. *Foliola* obouata obtusa.

388. TRIGONELLA. Vexillum et alae fubaequales, patentes, formâ corollae tripetalae.

1540. TRIGONELLA *polycerata.*

Tr. leguminibus fubfeffilibus congeftis erectis fubrectis longis linearibus, pedunculis muticis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1399.*

Foenum graecum fylueftre alterum. *Dod. pempt. p. 547.*

In arenâ mobili deferti caucafico-caſpici obuia. Floret Majo, Junio. ⊙

1541. TRIGONELLA *monſpeliaca.*

Tr. leguminibus feſſilibus congeftis arcuatis diuaricatis inclinatis breuibus, pedunculo mucronato inermi. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1401. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 142. Hall. hiſt. n. 379. Pall. ind. taur.*

Foenugraecum polyceration. *Riu. tetr. t. 81.*

Foenum-graecum minus monſpeliacum. *Breyn cent. t. 33. f. 2.*

In Tauriae arenâ littorali, nec non in rupeſtribus calcareis obuia, Caucafi collibus aridioribus etiam familiaris. Floret Majo, Junio. ⊙

1542. TRIGONELLA *gladiata.*

Tr. leguminibus fubfeffilibus erectiuſculis falcatis acuminatis tomentoſis, caule baſi ramoſo patulo.

Tr. gladiata. *(Steuen) Catal. hort. gorenk. a. 1808. p. 112.*

Tr. Foenum graecum. *Habl. taur. p. 138.*

Creſcit in Tauriae campis et collibus apricis ad Boſphorum. Floret Aprili, Majo. ⊙

Caulis digitalis, ſpithamaeus vel ſemipedalis, baſi *ramoſus:* medio erecto, lateralibus declinatis. *Stipulae* lanceolatae acutae

integerrimae. *Foliola* cuneata antice argute denticulata emarginata. *Flores* axillares subsessiles solitarii, rarius gemini. *Calyx* dentibus subulatis aequalibus. *Corolla* alba: *vexillo* oblongo longo, *alis* duplo breuioribus linearibus, *carinâ* breui obtusâ. *Legumina* compressa subfalcata acuminata venoso-striata erecta, sicut tota planta villis copiosis rufescentib:.s vestita, affini Tr. Foeno graeco latiora et quadruplo saltim breuiora.

389. MEDICAGO. Legumen compressum cochleatum. Carina corollae a vexillo deflectens.

* *Perennes.*

1543. MEDICAGO *cretacea.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus reniformibus concauo-marginatis integerrimis, foliolis subrotundo-obouatis integerrimis lineatis, caule suffruticoso.

Habitat in Tauriae abruptis steriliſſimis cretaceis circa Karassubasar. Floret Junio, Julio. ♄

Stipes lignescens, e quo *caules* annotini multi adscendentes dodrantales ramosi. *Stipulae* minutae acutae marcescentes. *Foliola* parua rigida glauca. *Capitula* racemosa axillaria breue pedunculata. *Flores* formâ et colore M. falcatae paullo minores. *Legumina* glabra glauca lineata monosperma.

1544. MEDICAGO *satiua.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleato-contortis integerrimis laeuibus incanis, stipulis subulatis integerrimis, foliolis oblongo cuneiformibus apice dentatis.

M. pedunculis racemosis, leguminibus laeuibus cochleato-contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1404. Desrouss. in dict. enc. 3. p. 631. n. 8. Kniph. cent. 8. n. 67. Hall. hist. n. 382.*

Medica legitima. *Clus. hist. 2. p. 242.*

Medica major erectior, floribus purpurascentibus. *J. Bauh. hist. 2. p. 383.*

Frequens in herbidis siccioribus apricis regionum Caucasicarum, etiam in glareosis ad torrentium latera. Floret Majo, Junio. ♃

Planta spontanea a cultâ differt *habitu* graciliore, *colore* luteo-viridi, *villositate* majore et *foliorum* angustiâ. *Flores* constanter caerulescentes.

1545. MEDICAGO *glutinosa.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleato-contortis integerrimis lacuibus villoso-viscosis, stipulis subulatis basi subdentatis, foliolis cuneiformi-ouatis apice dentatis.

M. pedunculis ramosis, leguminibus contorto-falcatis calycibusque viscoso-villosis, foliolis obouatis apice dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1406. Marsch. casp. p. 191. app. n. 60.*

Habitat in pratis montanis Caucasi. Floret Junio, Julio, Augusto. ♃

Praecedenti *proxima* nec insequenti, praesertim quoad *legumina.*

1546. MEDICAGO *falcata.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus falcatis pubescentibus, stipulis subulatis integerrimis, foliolis oblongo-cuneiformibus apice dentatis.

M. pedunculis racemosis, leguminibus contorto-falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1405. Flor. dan. t. 233. Desrouss. in dict. enc. 3. p. 630. n. 7. Hall. hist. n. 381. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 124.*

Falcata. *Riu. tetr. t. 83.*

Copiosa in campis apricis. Floret aestate. ♃

Legumina lunato-falcata calyce duplo longiora formae ab hoc genere alienae.

1547. MEDICAGO *rupeſtris.*

M. pedunculis ſubbifloris, leguminibus reniformi-contortis venoſis incanis, ſtipulis ſubulatis ſubintegerrimis, foliolis oblongis cuneiformibus apice dentatis pubeſcentibus.

Habitat in rupeſtribus calcareis Tauriae, circa Karaſſubaſar et Sympheropolin. Floret Majo, Junio. ♃

Primo intuitu *varietatem* pumilam et macilentam M. falcatae ſimulat. *Stipes* ligneſcens multiceps faxis infixus. *Caulículi* digitales aut dodrantales reclinati apice adſcendentes. *Stipulae* ſubulatae: imae quandoque denticulis ad baſin minutis. *Folia* formâ et pube M. falcatae minora. *Pedunculi* biflori rarius quadriflori axillares vix folio longiores. *Flores* duplo M. falcatâ ſaltim minores: *corollâ* luteâ. *Legumen* in formam orbicularem contortum leuiter incaneſcens et venoſum inerme lente paullo majus. *Affinis* M. proſtratae, ſed pedunculis pauciſloris et floribus paruis *diſtincta* videtur.

1548. MEDICAGO *ſaxatilis.*

M. pedunculis pauciſloris, leguminibus cochleatis venoſis margine ſpinuloſo-denticulatis glabris, ſtipulis ſubulatis ſubdenticulatis, foliolis oblongis cuneiformibus apice dentatis ſubpubeſcentibus.

Habitat in Tauriae ſaxoſis, cum praecedente et eodem tempore floret. *D. Steuen.* ♃

Penultimae ita *ſimilis*, ut demto legumine difficillime *dignoſcas*. *Caules foliolaque* minora minus pubeſcentia. *Flores* magnitudinis inter praecedentem et M. falcatam mediae. *Legumina* magnitudine praecedentis, at formâ diuerſa; quippe anfractibus 3-4 cochleato-contorta et margine intus ſpinulis paucis minutis rectis munita.

1549. MEDICAGO *cancellata.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis reticulato-venosis glabris, stipulis subulatis: inferioribus denticulatis, foliolis oblongis cuneiformibus apice dentatis glaberrimis.

Habitat in deserto Caucasico-caspio rarius, nec non in campestribus wolgicis, circa coloniam Sareptanam. ♃

Planta binis praecedentibus altior, *staturâ habituque* M. falcatae, tota glaberrima luteo-viridis. *Stipulae* angustae subulatae, inferiores dentatae: dente supremo longiore, ut bifidae videantur, *superiores integerrimae.* *Foliola* formâ M. falcatae: dentibus apicis mucroneque medio argutis. *Pedunculi* minus multiflori quam M. falcatae: *floribus* duplo minoribus. *Calycis* denticuli breues. *Corolla* lutea. *Legumina* binis praecedentibus vix majora *glaberrima* anfractibus 2-3 contorta inermia: venis longitudinalibus transuersalibusque parallelis pulchre reticulata.

** *Annuae aut biennes.*

1550. MEDICAGO *lupulina.*

M. spicis ouatibus, leguminibus reniformibus monospermis, stipulis integerrimis, foliolis obouatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1406. Curt. lond. Desrouss. in dict. enc. 3. p. 629 n. 5. Gmel. sib. 4. p. 22. n. 31. Hall. hist. n. 380. Pall. ind. taur.*

Communis in ruderatis, ad vias et sepes. Floret a Majo, per totam aestatem. ♂

1551. MEDICAGO *orbicularis.*

M. pedunculis subbifloris, leguminibus inermibus cochleatis orbiculatis planiusculis, stipulis setaceo-multifidis, foliolis obouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1407. Desrouss. in dict. enc. 3. p. 632 n. 12. Gaertner fruct. 2. p. 349. t. 155.*

M. polymorpha. α. orbicularis. *Linn. spec. pl. p. 1097.*

M. scutellata. *Pall. ind. taur.*

Medica major dicarpos, capsulâ compressâ orbiculatâ nigrâ planâ oris crispis et non crispis. *Morif. hist. 2. sect. 2. t. 15. f. 1. 2.*

Communis in pratis et pascuis. Floret Majo, Junio. ⊙

1552. MEDICAGO *maculata.*

M. pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis utrinque compressis: aculeis subulatis arcuatis, stipulis dentatis, foliolis obcordatis dentatis maculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1412.*

M. polymorpha. *η.* arabica. *Linn. spec. pl. p. 1098. Curt. lond.*

M. cordata. *Desrouss. in dict. enc. 3. p. 636 n. 20.*

M. coronata. *Pall. ind. taur.*

Medica cochleata minor polycarpos annua, capsulâ majore albâ, folio cordato maculâ fuscâ. *Morif. hist. 2. sect. 2. t. 15. f. 12.*

Occurrit in Tauriae herbidis passim cum praecedente. ⊙

1553. MEDICAGO *Gerardi.*

M. pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis villosis utrinque planis: anfractibus quinis, aculeis subulatis rectis uncinatis, stipulis setaceo-dentatis, foliolis obouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1415. Gerard. gallopr. p. 516.*

M. cochleata dicarpos, capsulâ spinosâ rotundâ minore rarius spinis crassioribus et breuioribus armatâ. *Morif. hist. 2. sect. 2. t. 15. f. 18.*

Habitat in campis herbidis Tauriae et ad fluuium Terek, inter Kisljar et Mosdok. Floret Majo. ⊙

Planta tota valde villosa, subtomentosa. *Caules* declinati. *Stipulae* lanceolatae, inferiores praesertim basi latiores dentatae. *Pedunculi* breues mucronati triflori. *Legumina* tomentosa, anfractibus subquinis in globi formam contorta: aculeis breuibus

albidis hamosis distichis paucis per paria approximatis. *Planta* caucasica aberrat *cauliculis* rectioribus, *stipulis* plerisque integerrimis, *leguminum* aculeis minus euidenter uncinatis.

1554. MEDICAGO *minima*.

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis pilosis: aculeis subulatis rectis uncinatis, stipulis integerrimis, foliolis obouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1418. Desrouss. in dict. enc. 3. p. 636. n. 21. Hall. hist. n. 383. Pall. ind. taur.*

M. polymorpha. λ. minima et μ. hirsuta. *Linn. spec. pl. p. 1099.*

Cochleata echinata minima. *Riu. tetr. t. 88.*

Medica echinata minima et eadem hirsuta. *J. Bauh. hist. 2. p. 386.*

Communis in graminosis apricis, etiam in sabulis ad littora Tauriae marina. Floret aestate. ☺

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

390. HYPERICUM. Cal. 5-partitus. Petala 5. Filamenta multa, in 5 phalanges basi connata. Capsula.

* *Trigyna: calycibus integerrimis.*

1555. HYPERICUM *Androsaemum.*

H. floribus trigynis terminalibus, calycinis foliolis inaequalibus subrotundo-ouatis obtusis, fructibus baccatis, foliis ouatis sessilibus, caule fruticoso ancipiti. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1446. Curt. lond.*

Androsaemum. *Dod. pempt. p. 78.*

Herba Siciliana. *Tabern. Kraeut. p. 1143.*

Occurrit in Caucaso iberico. ♄

1556. HYPERICUM *quadrangulare.*

H. floribus trigynis, caule quadrangulo herbaceo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Smith brit. 2. p. 801. Linn. ed. Willd. 3. p. 1459. Flor. dan. t. 640. Curt. lond. Hall. hist. n. 1038.*

Crescit in glareosis, ad riuum Podkumok, prope fortalitium Georgopolitanum Caucasi. Floret Julio, Augusto. ♃

1557. HYPERICUM *perforatum.*

H. floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Smith brit. 2. p. 801.*

Linn. ed. Willd. 3. p. 1460. Curt. lond. Gmel. ſib. 4. p. 179. n. 4. Hall. hiſt. n. 1037. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.

Copioſum tam in Tauriâ, quam per omnem Caucaſum. Floret aeſtate. ♃

1558. HYPERICUM *humifuſum.*

H. floribus trigynis, terminalibus ſubcymoſis: axillaribus ſolitariis, caulibus proſtratis ancipitibus, herbaceis, foliis oblongis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1461. Flor. dan. t. 141. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1039.*

In Tauriâ meridionali rarius obvium. ♃

** *Trigyna: calycibus bracteiſque ſerrato-glandulosis.*

1559. HYPERICUM *hirſutum.*

H. floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulosis, caule tereti erecto pubeſcente, foliis oblongis baſi attenuatis pellucido-punctatis ſubtus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1465. Flor. dan. t. 802. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1043. Gmel. ſib. 4. p. 178. n. 2. Pall. ind. taur.*

In Tauriae et Caucaſi ſyluis reperitur. Floret Julio. ♃

1560. HYPERICUM *elegans.*

H. floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulosis acutis, foliis cordato-lanceolatis glabris, caule teretiuſculo, paniculae ramis bifidis, pedicellis alternis.

H. floribus trigynis, calycibus ouatis acutis glanduloſo-ſerratis, foliis ouato-lanceolatis acuminatis ſubcordatis amplexicaulibus, caule teretiuſculo paniculato erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1469.*

H. pulchrum. *Pall. ind. taur.*

In campeſtribus apricis cum H. perforato frequens. Floret aeſtate. ♃

Facies II. perforati. *Folia* longiora baſi latiora ſaepe margine reuoluta. *Rami* floriferi oppoſiti paniculati. *Pedunculi* multiflori bifidi; pedicellis brenibus: infimo ex bifurcaturâ, caeteris alternis. *Bracteae* ſubulatae minutae pilis raris glanduliferis ciliatae. *Flores* magnitudine II. perforati. *Calycina* foliola ouato-lanceolata acuta. *Petala* calyce plus duplo longiora: punctis glandulofis nigris praefertim marginalibus. Videtur H. ciliato plurimum *affine.*

1561. HYPERICUM *hyſſopifolium.*

H. floribus trigynis, calycibus obtuſis glandulofo-dentatis, paniculâ pyramidatâ caule tereti longiore, foliis linearibus obtuſis ſeſſilibus glaucis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1470. Lamark dict. 4. p. 170.*

H. orientale roriſmarini folio glauco. *Tourneſ. cor. p. 19*

β. foliis anguſtiſſimis: *faſciculo axillari.*

H. orientale foliis Coris intortis et plurimis ex eodem exortu. *Tourneſ. cor. p. 19.*

γ. foliis latioribus planiuſculis.

Habitat in Caucaſi orientalis et Iberiae campis apricis ſiccis: β in abruptis ſteriliſſimis, γ in Tauriae montibus altis. Floret aeſtate. ♃

Planta polymorpha quoad *folia*, quae mox latiuſcula ſunt, mox anguſtiſſima pellucido-punctata. *Pedunculi* oppoſiti axillares plerumque trifidi triflori, interdum bis trifidi, aut ſimplices uniflori. *Flores* magnitudine praecedentis, ſed *calyces* breues obtuſi. *Bracteae* eglanduloſae pellucido-punctatae.

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

391. TRAGOPOGON. Receptaculum nudum. Cal. ſimplex, polyphyllus. Pappus plumoſus, ſtipitatus.

* *Cauleſcentes.*

1562. TRAGOPOGON *pratenſis.*

Tr. calycibus corollae radium aequantibus, foliolis integris ſtrictis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1492. Kniph. cent. 9. n. 91. Hall. hiſt. n. 8. Gmel. ſib. 2. p. 1. n. 1. Habl. taur. p. 147.*

In pratis fertilioribus minime rarus. Floret a Majo, ad Auguſtum. ♂

1563. TRAGOPOGON *undulatus.*

Tr. calycibus radium corollae aequantibus, foliis integris ſublinearibus: caulinis undulatiſſimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1492. Jacq. ic. rar. 1. t. 158. miſc. 2. p. 317. Gmel. ſib. 2. p. 2 ſub n. 1.*

Tr. villoſus. *Habl. taur. p. 151.*

Tr. orientalis. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae pratis, cum praecedente. ♂

Nimis praecedenti *affinis* et forte *varietas. Folia* juniora criſpata apicibus ſpiraliter contortis, tomento floccoſo veſtita: adultiora recta caluescentia. *Calycina* foliola 6-8 rarius 10. *Corollulae* utrinque pallide luteae. *Antherae* nigrae.

1564. TRAGOPOGON *major.*

Tr. calycibus corollae radio longioribus, foliis integris ſtrictis, pedunculis ſuperne incraſſatis, corollulis ad apicem rotundatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1493. Jacq. auſtr. 1. p. 19. t. 29.*

Tr. dubium. *Scop. carn. ed. 2. n. 947.*

Tr. porrifolium. *Pall. ind. taur.*

Frequens in graminoſis fertilioribus. Floret a Majo, per totam aeſtatem. ♂

Foliola calycina 8-12. *Corollulae* luteae. *Antherae* atrae.

392. SCORZONERA. Receptaculum nudum. Pappus plumoſus, ſubſtipitatus. Calyx imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis.

1565. SCORZONERA *humilis.*

Sc. caule ſubnudo ſubumbifloro calycinisque ſquamis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis neruoſis planis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1499. Flor. dan. t. 816. Gmel. ſib. 2. p. 2. n. 2. t. 1.*

Sc. humilis. *β.* latifolia. *Pall. ind. taur.*

Sc. lanata. *Schrank bauar. 2. p. 306.*

Sc. humilis latifolia pannonica. *Clus. hiſt. 2. p. 138.*

Sc. humilis latifolia neruoſa. *Moris. hiſt. 3. p. 82. ſect. 7. t. 9. f. 4.*

Prouenit in Tauriae meridionalis montibus altioribus. Floret Aprili, Majo. ♃

Folia radicalia lanceolata acuminata neruoſa petiolata margine ſcabra: caulina remota linearia acuminatiſſima parua. *Caulis* ſaepiſſime uniflorus, junior cum calyce lanuginoſus, aetate glaber. *Semina* incana.

1566. SCORZONERA *crispa.*

Sc. caule folioso pauciflora, foliis lanceolatis undulatis nervosis glabris.

Habitat in Tauriae collibus apricis siccis. Floret Aprili, Majo. ♃

Planta plerumque dodrante minor saepe digitalis glauco-viridis glabra. *Folia radicalia* formâ praecedentis, sed valde undulata et crispa, margine scabra: *caulina* parua linearia. *Flos* terminalis formâ praecedentis; accedente utplurimum uno alterone laterali ex summorum foliorum axillis. *Lanugo* vaga quasi detrita interdum in juniore ad foliorum axillas et ad basin calycis.

1567. SCORZONERA *hispanica.*

Sc. caule ramoso folioso multiflora, foliis lanceolatis acuminatis subdentatis: superioribus integerrimis amplexicaulibus, calyce glabriusculo.

Sc. caule ramoso, foliis amplexicaulibus lanceolatis integris basi subserrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1499. Gmel. sib. 2. p. 6. n. 4. Pall. ind. taur.*

Sc. major hispanica prima. *Clus. hist. 2. p. 137.*

Occurrit in graminosis planitierum Caucasum a septentrione attingentium, Tanais et Anticetae ostiis interjacentium; nec non inter Borysthenem Palumque Mocotiden. Floret aestate. ♃

Foliorum inferiorum dentes sparsi atque minuti in spontaneâ saepe desiderantur. *Calycum* juniorum tantum basis cum pedunculis subpubescens.

1568. SCORZONERA *taurica.*

Sc. caule folioso multifloro calyceque pubescentibus, foliis inferioribus lanceolatis acuminatis integris pubescentibus: superioribus lineari-subulatis.

Habitat in Tauriae collibus siccis circa Karassubasar. Floret Majo, Junio. ♃

Caulis circiter pedalis tomento albo vago pubescens, sicut foliorum pagina inferior et pedunculi cum calyce. *Folia* radicalia et ima caulina lato-lanceolata in petiolum attenuata plana nervosa margine scabra, superiora sessilia stricta angusta: acumine longissimo. *Flos* terminalis et nonnulli laterales ex foliorum superiorum axillis: *pedunculis* calyce longioribus. *Calyx* oblongus, minus tamen quam Sc. hispanicae. *Corollulae* luteae. *Differt* ab affini Sc. hispanicà *pube* insigniore imprimis pedunculorum et calycum, *foliis* radicalibus latis integerrimis: caulinis minutis, *ramis* praeter pedunculos laterales nullis et *calyce* breviore.

1569. SCORZONERA *villosa.*

Sc. foliis linearibus carinatis villosis, caule ramoso. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1504.*

Sc. tota villosa, caule ramoso striato, foliis carinatis integerrimis, semiflosculis flauis: extimis subtus rubellis. *Scop. carn. ed. 2. n. 952. t. 46.*

Sc. orientalis angustifolia, semine longo aspero. *Tournef. cor. p. 36.*

Occurrit in Tauriae collibus aridis, circa Karassubasar et in campestribus ad fluuium Terek, circa oppidum Mosdok. Floret Majo, Junio. 2

Squamae exaridae albidae caulis basin foliaque radicalia cingentes. *Caulis* circiter pedalis ramosus. *Folia* lineari-subulata longa canaliculata carinata juniora imprimis villosa, sicut tota planta; inferiora conferta. *Pedunculi* axillares terminalesque demum longissimi striati. *Flores* magnitudine et formâ Sc. hispanicae. *Calyces* lanuginoso-villosi fructiferi calescentes. *Corollulae* luteae extimae subtus purpurascentes. *Antherae* atrae. *Semina* spinulis sursum spectantibus aspera, caeterum nuda.

1570. SCORZONERA *ensifolia.*

Sc. caule folioso multifloro erecto, foliis ensiformibus nervosis filiformi-acuminatis, calycibus seminibusque lanuginosis.

Habitat in arenâ mobili deſerti Caucaſico - caſpii et ad Wolgam inferiorem circa coloniam Sareptanam. Floret Majo, Junio. ♃

Statura praecedentis. *Caulis* erectus baſi lanugiноſus totus folioſus. *Folia* enſiformia amplexicaulia neruoſa glabriuſcula: acumine longiſſimo diuaricato. *Flores* terminales et nonnulli laterales ex ſummorum foliorum axillis: *pedunculis* folioſis. *Calyx* ſquamis mucronatis, totus lanâ denſâ ſubruſâ obtectus. *Corollulae* luteae. *Semina* ouato-oblonga breuia ſicut calyx lanuginoſa: *pappo* plumoſo ſubruſo.

1571. SCORZONERA *erioſperma.*

Sc. caule folioſo multifloro adſcendente, foliis lineari-ſubulatis carinatis baſi lanatis, calyce ſubuilloſo, feminibus lanâ candidiſſimâ veſtitis.

Sc. foliis linearibus acuminatis carinatis baſi lanatis, caule ramoſo, calycibus incanis, feminibus tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1504. Marſch. caſp. p. 192. app. n. 61.*

Habitat in graminoſis apricis Caucaſi; circa thermas conſtantinomontanas frequens. Floret aeſtate. ♃

1572. SCORZONERA *purpurea.*

Sc. foliis lineari-ſubulatis canaliculato-triquetris, caule ramoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1502. Jacq. auſtr. 1. p. 23. t. 35. Gmel ſib. 2. p. 7. n. 5. t. 2.*

Sc. anguſtiſolia elatior pannonica. *Cluſ. hiſt. 2. p. 139.*

In campeſtribus Caucaſo adjacentibus, inter fluuios Kuban et Tanain reperitur. Floret Majo. ♃

1573. SCORZONERA *tuberoſa.*

Sc. caule unifloro folioſo, foliis linearibus ſubtus pubeſcentibus, radice tuberoſâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1501. Pall. t. 3. app. n. 131. t. Y. f. 3.*

Sc. humilis tuberosa glabra syriaca. *Morisſ. hiſt. 3. p. 83. sect. 7. t. 6. f. 16.*

In campestribus Caucaso subjacentibus occurrit et ad Wolgam circa Zarizyn frequens. Floret Majo. ♃

1574. SCORZONERA *lanata.*

Sc. caule unifloro basi folioso, foliis lineari-lanceolatis undulatis undique sericeo-lanuginosis, radice tuberosâ.

Sc. tuberosa humilis. *Morisſ. hiſt. 3. p. 83. sect. 7. t. 6. f. 17.*

Habitat in Iberiae collibus siccis circa Tiflin. ♃

Statura, habitus et *radix* praecedentis, sed tota *planta* pilis molliſſimis candidiſſimis elongatis vestita. *Folia* pleraque radicalia: uno tantum alteroue ad basin *caulis* subnudi lanuginosi. *Calyx* etiam totus lanuginosus: squamis lanceolatis. *Corollulae* luteae.

1575. SCORZONERA *pusilla.*

Sc. caule ramoso procumbente foliis filiformibus apice circinnatis, radice tuberosâ.

Sc. foliis filiformibus apice circinnatis, caule ramoso. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1501. Pall. itin. 2. app. n. 122. t. L.*

Habitat in arenâ mobili deserti Caucasico-caspici: circa Astrachan quoque reperitur. Floret Majo. ♃

Radix: tubera ouata concatenata in arenam alte defixa, sapida.

1576. SCORZONERA *laciniata.*

Sc. foliis inferioribus pinnatifidis linearibus: superioribus linearibus, calycibus glabris: squamis inferioribus patulis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1506. Jacq. austr. 4. p. 29. t. 356. Hall. hiſt. n. 12. Pall. ind. taur.*

In incultis paſſim repcritur. Floret Majo, Junio. ♂

Dignoſcitur ſquamis *calycis* apice ſphacelatis.

393. SONCHUS. Receptaculum nudum. Calyx imbricatus, ventricoſus. Pappus piloſus, ſeſſilis.

1577. SONCHUS *paluſtris.*

S. pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1512. Curt. lond. Habl. taur. p. 160.*

S. laeuior auſtriacus quintus altiſſimus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 147.*

Occurrit in humentibus ad riuum Malk promontorii caucaſici. Floret aeſtate. ♃

1578. SONCHUS *uliginoſus.*

S. pedunculis calycibuſque laeuibus ſublomentoſis, foliis ſubruncinatis ſpinuloſo-dentatis amplexicaulibus, floram radio diſco longiore, feminibus oblongis ſulcatis.

S. oleraceus. *Schkuhr bot. n. 4220. t. 256. Gmel. ſib. 2. p. 9. n. 8. Hall. hiſt. n. 21.*

S. oleraceus. *α.* laeuis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1514.*

S. laeuis alter, flore luteo quartus. *Tabern. Kraeut. p. 499.*

S. laeuior vulgaris primus. *Clus. hiſt. 2. p. 146.*

In campeſtribus et cultis ſubhumidis, nec non ad arundineta communis. Floret aeſtate. ⊙

Planta polymorpha ſtaturâ et foliis. *Caulis* in umbroſis humentibus orgyalis et ultra, alias 3-pedalis, immo nonnunquam humilior. *Folia* mox runcinato-pinnatifida, mox ſinuata, mox etiam indiuiſa. *Flores* ad caulis et ramorum apices ſubumbellati, aliique ex axillis foliorum ſuperiorum paniculati: magnitudinis inter S. aruenſem et ſubſequentem mediae. To-

mentum albiſſimum vagum abſterſile in pedunculis et ad calycum baſin, in adultiore vix ſuperſtes. *Radius floris* diſco longior ut in S. aruenſi, cui etiam *floſculi* colore intenſius luteo ſimiles. *Semina* oblonga ſubcompreſſa ſulcis exarata. *Species* a ſubſequente omnino diſtincta, florum magnitudine et colore ſeminumque ſtructurâ haud aegre *dignoſcenda.*

1579. SONCHUS *oleraceus.*

S. pedunculis ſubhiſpidis, calycibus glabriuſculis. foliis ſubruncinatis ſpinuloſo-dentatis amplexicaulibus, florum radio diſcum ſubaequante, ſeminibus oualibus compreſſo-planis: ſtriis obliteratis.

S. oleraceus. *Poll. ind. taur. Habl. taur. p. 157.*

S. aſper. *Schkuhr bot. n. 4221. t. 256. Flor. dan. t. 843. Curt. lond. Gmel. ſib. 2. p. 10. n. 9.*

S. oleraceus. γ. aſper. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1515.*

S. foliis amplexicaulibus rigidiuſculis integris aut ſemipinnatis dentatis, calycibus laeuibus. *Hall. hiſt. n. 22.*

S. aſper primus. *Tabern. Kraeut. p. 499.*

β. foliis tenerioribus lyrato-pinnatiſidis: lobo extimo majore haſtato-triangulari.

S. foliis amplexicaulibus dentatis integris aut ſemipinnatis. β. foliis petiolatis: petiolo foliaceo ſerrato, cum ſegmento maximo folium terminante. *Hall. hiſt. n. 21. β.*

S. laeuis latifolius tertius. *Tabern. Kraeut. p. 499.*

Communis in cultis, ad vias, ſepes. Cum praecedente floret. ⊙

Differt a praecedente *ſtaturâ* vulgo humiliore, *ramis* floriferis cum *pedunculis* ſaepe pilis glanduliferis vagis hiſpidis; qui pili quandoque etiam ad *calycis* baſin conſpiciuntur, *floribus* minoribus, *calycibus* ventricoſioribus, *radio* breuiore diſci latitudinem vix adaequante, *corollulis* pallide luteis extimis ſubtus purpuraſcentibus et *ſeminibus* magis complanatis: *ſtriis* te-

nuiſſimis exaratis. *Folia* et huic admodum polymorpha, in α ſaepe indiuiſa rigida toto ambitu dentibus ſpineſcentibus inaequalibus exaſperato, in β diſſecta tenera: dentibus marginalibus debilioribus.

1580. SONCHUS *dichotomus.*

S. pedunculis ſquamoſis aequalibus calycibuſque glabris, foliis runcinatis laciniis ouatis angulatis remotis denticulatis: rameis minutis, caule ramoſo ſubdichotomo.

S. foliis radicalibus runcinatis, caule dichotomo ſubaphyllo, pedunculis aequalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1517.*

Scorzonera dichotoma. *Vahl ſymb. 2. p. 89. Deſſont. atl. 2. p. 450.*

Creſcit in abruptis lapidoſis Caucaſi orientalis et Iberiae circa Tiflin. Floret Junio, Julio, Auguſto. ♃

Planta glaberrima glauca. *Caulis* circiter pedalis in *ramos* floriferos elongatos patulos iterum ramoſos diuiſus ſubdichotomus. *Folia* radicalia runcinata: laciniis latis breuibus angulatis argute denticulatis; caulina inferiora conſimilia baſi cordata amplexicaulia, ramea minuta ſquamaeformia. *Pedunculi* uniflori elongati ſquamati in calycem, non incraſſati. *Flores* magnitudine S. tingitani: *calycinis ſquamis* ouato-lanceolatis fuſceſcentibus margine membranaceis ut in Scorzoneris. *Corollulae* luteae. *Semina* fuſca tuberculata: pappo piloſo candido.

1581. SONCHUS *ſibiricus.*

S. pedunculis ſquamatis calycibuſque glabris, floribus ſubcorymboſis, foliis lanceolatis ſubſinuatis: caulinis ſubcordato-ſagittatis.

S. pedunculis ſquamoſis, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſeſſilibus: inferioribus runcinato-dentatis, ſuperioribus integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1522. Lamark dict. 3. p. 399. n. 10. Gmel. ſib. 2. p. 11. n. 11. t. 3.*

Lactuca falicis folio, flore coeruleo. *Amm. ruth. n. 211.*

Occurrit in Tauriâ et in Caucaſo altiore. ♃

Dignoſcitur a ſubſequente *foliis* teneris vulgo minus profunde diſſectis: caulinis baſi latioribus ſubcordatis utrinque hamo paruo acuto, *pedunculis* inferioribus longioribus in corymbum, *floribus* nonnihil minoribus. Quoad reliqua maxime *affinis*. *Pumilum* dodrante minorem legi ad radices alpis Kaiſchaur, Septembri florentem.

1582. SONCHUS *tataricus.*

S. pedunculis ſquamatis calycibuſque glabris, floribus paniculatis, foliis oblongis ſubruncinatis: caulinis baſi attenuatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1522. Lamark dict. 3. p. 400. n. 11.*

Lactuca ſalicis folio ſerrato, flore caeruleo. *Amm. ruth. n. 212.*

Frequens ad littora marina Tauriae et in argilloſis ſubſalſis Caucaſo mare caſpium verſus ſubjacentibus. Floret Julio, Auguſto. ♃

Radix valde repens. *Folia* rigida ſubcarnoſa plerumque omnia runcinata denticulata. *Pedunculi* et huic ſquamoſi, minus elongati quam praecedentis.

1583. SONCHUS *cacaliaefolius.*

S. pedunculis ſquamatis hiſpidis, calycibus glabris, floribus ſubcorymboſis, foliis haſtato-triangularibus: petiolis foliaceis amplexicaulibus, ſuperioribus ſeſſilibus cordato-ſagittatis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Caulis ſimpliciſſimus bipedalis ſtriatus ſuperne piloſo-hiſpidus. *Folia* lata denticulata ſcabra haſtato-triangularia: inferiora petiolo foliaceo-marginato dentato amplexicauli ſagittato-auriculato, ſuperiora minora ſeſſilia acuminata. *Pedunculi* ex ſummorum foliorum axillis multiflori ſubcorymboſi glanduloſo-

hiſpidi. *Flores* magnitudine et colore praecedentis: *calycibus* glabris. Haberem pro S. *foliis lanceolatis* ſeſſilibus denticulatis caulibus hiſpidis *Gmel. ſib. 2. p. 12. n. 12. t. 4. f. 1*, niſi *calyces* eſſent glabri.

1584. SONCHUS *prenanthoides.*

S. pedunculis ſquamatis viſcoſis, calycibus glabris, racemo terminali *compoſito elongato*, foliis ouato-oblongis baſi lyrato-runcinatis attenuatis.

Habitat in Caucaſi ſyluis altioribus. Floret Julio, Auguſto. 4

Caulis ſimpliciſſimus bipedalis ſulcatus villoſus. *Folia* magna lata denticulata non acuminata baſi runcinata: inferiora ſublyrata in *petiolum marginatum* denticulatum attenuata. *Panicula* terminalis racemoſa compoſita conferta elongata viſcida. *Flores* magnitudine Prenanthis purpureae: *corollulis* coeruleis.

394. LACTUCA. Receptaculum nudum. Calyx imbricatus, cylindricus: margine membranaceo. Pappus ſimplex, ſtipitatus. Semina laeuia.

1585. LACTUCA *altiſſima.*

L. foliis denticulatis glabris: imis ſinuatis, ſuperioribus lanceolatis ſagittatis acuminatis, paniculâ ramoſiſſimâ ſubcorymboſâ.

Habitat ad riuulorum margines, prope Caucaſi acidulam Narzana. Floret aeſtate.

Planta glabra orgyalis et ultra: *ramis* floriferis plurimis paniculatis ſubcorymboſis. *Folia* pleraque indiuiſa lanceolato-agittata exquiſite acuminata denticulata. *Flores* magnitudine L. ſatiuae: *corollulis* luteis. *Semina* nigra. A L. ſagittatâ *differt foliorum* denticulis majoribus et lobis baſeos multo longioribus

acutioribuſque: a L. auguſtanâ, cui habitu magis ſimilis, *folio-rum* dentibus non ciliatis et *ſeminibus* nigris.

1586. LACTUCA *Scariola.*

L. foliis verticalibus carinâ aculeatis apice acutis, baſi ſagittatis, runcinato-pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1526. Hall. hiſt. n. 14. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 160.*

L. ſilueſtris ſiue Endinia multis dicta, folio laciniato dorſo ſpinoſo. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1003.*

Copioſa in ruderatis et cultis. Floret Julio, Auguſto. ⊙

1587. LACTUCA *ſaligna.*

L. foliis carinâ aculeatis, radicalibus lanceolatis pinnatifidis: caulinis linearibus integerrimis ſagittatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1528. Jacq. auſtr. 3. p. 28. t. 250. Rupp. fl. jen. ed. Hall. p. 237. t. 4. Hall. hiſt. n. 13. Pall. ind. taur.*

L. viroſa. *Habl. taur. p. 160.*

Frequens in ſterilibus apricis, etiam in cultis. Floret Julio, Auguſto. ⊙

395. CHONDRILLA. Recept. nudum. Cal. calyculatus. Pappus ſimplex, ſtipitatus. Floſculi multiplici ſerie. Semina muricata.

1588. CHONDRILLA *juncea.*

Ch. foliis radicalibus runcinatis: caulinis indiuiſis, ſummis linearibus; caule baſi hiſpido, calycibus laeuibus.

Ch. foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1531. Jacq. auſtr. 5. p. 12. t. 427. Gmel. ſib. 2. p. 8. n. 6. 7. Hall. hiſt. n. 17. Pall. ind. taur.*

Prenanthes? hiſpida. *Pall. it. 1. p. 501. app. n. 126.*

Ch. viminalibus virgis. *Cluſ. hiſt. 2. p. 144.*

Ch. juncea ſeptima. *Tabern. Kraeut. p. 487.*

Frequens in aruis et campis apricis. Floret Junio, Julio. ♂

1589. CHONDRILLA *latifolia.*

Ch. foliis radicalibus runcinatis: caulinis indiuiſis lanceolatis, caule baſi calycibusque hiſpidis.

Habitat in Tauriae campeſtribus, praecedente minus communis, eodem tempore florens. ♂

Affinis praecedenti, ſed *diuerſa habitu* firmiore minus ramoſo, *caule ramisque* foliatis, *foliis* latioribus et *calycibus* subtomentoſis: ſquamis carinâ ſetis longiuſculis patentibus hiſpidatis.

1590. CHONDRILLA *graminea.*

Ch. foliis radicalibus runcinatis: caulinis indiuiſis, ſuperioribus lineari-filiformibus, caule calycibuſque laeuibus.

Habitat in arenâ mobili deſerti Caucaſico-caſpici. In collibus ſabuloſis ad Wolgam, inter Aſtrachan et Zarizyn frequens. ♃

Planta multicaulis ramoſiſſima virgata glaberrima. *Folia* tantum infima ſubruncinata: dentibus retroſpectantibus; pleraque integerrima anguſtiſſima. *Calyx* laeuis ſubincanus. *Corollulae* luteae. *Semina* albida apice hiſpida: pappo piloſo ſtipitato.

396 PRENANTHES. Recept. nudum. Cal. calycu-
latus. Pappus ſimplex, ſubſeſſilis. Floſculi ſimplici ſerie.

1591. PRENANTHES *viminea.*

Pr. foliis *decurrentibus*: inferioribus pinnatifidis extrorſum dentatis, ſummis linearibus, caule ramoſo diuaricato. *Linn.*

ed. Willd. 3. p. 1539. Jacq. auſtr. 1. p. 9. t. 9. Allion. pedem. n. 829. t. 52. f. 2. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.

Chondrilla ſaxatilis viſcoſa, caule cnimidophoro. *Column. ecphr. p. 238. ic. p. 240.*

Occurrit in Tauriae collibus ſiccis lapidoſis. Floret Julio, Auguſto. ♂

Semina nigra: pappo *longe ſtipitato*. *Calyx* imbricatus. An ad *Lactucam* potius referenda?

1592. PRENANTHES *hiſpida.*

Pr. foliis inferioribus runcinato-pinnatifidis dentatis: lobo extimo triangulari, caulinis ſinuatis baſi cordatis amplexicaulibus; paniculâ ſubcorymboſâ, caule pedunculiſque hiſpidis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Caulis ſimplex ſeſquipedalis ſiſtuloſus pilis patulis glanduliferis apicem verſus confertioribus hiſpidus. *Folia* diſſecta, ut in Pr. murali lobis anguſtioribus acutioribuſque. *Panicula* terminalis ſubcorymboſa: ramis pedunculiſque valde hiſpidis. *Flores* Pr. murali paullo majores: *calyce* calyculato octophyllo glabro, *floſculis* denis duodeniſue luteis. *Pappus* ſtipitatus.

1593. PRENANTHES *eryſimifolia.*

Pr. foliis lyrato-pinnatifidis dentatis lobo terminali haſtato, floribus dichotomo-corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1543.*

Chondrilla orientalis maxima Cichorii ſylueſtris folio. *Tournef. cor. p. 36.*

Habitat in Iberiae ſubalpinis, ad fluuium Kſani.

Planta glaberrima. *Folia* radicalia et caulina inferiora diſſecta petiolata: petiolo amplexicauli ſagittato, ſuperiora minuta lanceolato-ſagittata *remota*, ut caulis maximâ ex parte nudus appareat. *Flores* facie Pr. muralis: *calyce* 5-phyllo calyculo minimo, *floſculis* quinis luteis.

1594. PRENANTHES *muralis.*

Pr. foliis lyrato-pinnatifidis dentatis, lobo terminali quinquangulari, floribus paniculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1543. Flor. dan. t. 509. Hall. hiſt. n. 18.*

Sonchus ſyluaticus quartus. *Tabern. Kraeut. p. 501.*

Occurrit in ſyluis, ad latera montis Beſchtau Caucaſi. ⊙

397. LEONTODON. Recept. nudum. Cal. duplex. Pappus ſtipitatus, piloſus.

1595. LEONTODON *Taraxacum.*

L. calyce exteriore reflexo, ſcapo unifloro, foliis runcinatis glabris: laciniis lanceolatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1544. Flor. dan. t. 574. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 56. Gmel. ſib. 2. p. 14. n. 14. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 131.*

Copioſum in Tauriâ et omni Caucaſo. ♃

Squamae calycinae auctae ſquamulâ apicis dorſali, veluti apiculo duplicato.

1596. LEONTODON *ſerotinus.*

L. calyce exteriore reflexo, ſcapo unifloro tomentoſo, foliis runcinatis ſcabris: laciniis triangularibus denticulatis.

L. calyce exteriore patulo, ſcapo unifloro, foliis runcinatis ſcabris: laciniis rotundatis denticulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1545. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 114.*

Copioſus in Tauriae campis apricis, nec ad Caucaſum exulat. Floret a Julio, uſque in autumnum. ♃

Folia primigena quaedam ſaepe integra denticulata. *Scapus* in ſpontaneo ſemper tomentoſus. *Flos* praecedentis.

1597. LEONTODON *liuidus.*

L. calyce exteriore erecto adpreſſo: ſquamis ouatis, ſcapo unifloro, foliis lanceolatis ſinuato-dentatis glabriuſculis. *Linn*

ed. Willd. 3. p. 1545. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 115. Gmel. ſib. 2. p. 15. n. 15.

L. paluſtre. *Smith brit. 2. p. 823.*

L. erectus. *Schrad. ſpic. germ. p. 45.*

L. ſalinum. *Pollich pal. n. 735.*

Taraxacum lanceolatum. *Poiret dict. enc. 5. p. 349. n. 2.*

Hedypnois paludoſa. *Scop. carn. ed. 2. n. 958. t. 48.*

Taraxacum ſiue dens leonis anguſtiore folio. *C. Bauh. pin. 126. Lachenal in act. helu. 9. p. 306. n. 39. Hall. hiſt. n. 56. γ.*

Occurrit in foſſis aquâ ſalitâ *irriguis*, circa Tauriae oppidum Kertſch. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Flos praecedentibus minor. Squamae calycis acumine duplicato, ut in praecedentibus.

398. APARGIA. Recept. nudum. Pappus plumoſus, ſeſſilis. Calyx imbricatus.

1598. APARGIA *caucaſica.*

A. ſcapo nudo uniflоro glabro, calyce hirto, foliis runcinato-dentatis *ſcabris ſubpiloſis:* pilis ſimplicibus proſtratis.

Habitat in graminoſis alpium caucaſicarum; legi in alpe Kaiſchaur Auguſto, Septembri florentem. ♃

Radix praemorſa fibris *lateralibus firmata. Folia* runcinata: lobis triangulis retroſpectantibus ſubintegris, ſuperne pilis ſimplicibus incumbentibus adeo paucis adſperſa, ut penitus glabra videantur. *Scapus uniflorus* foliis longior ſtriatus, praeter ſquamulam unam alteramue minutam *nudus*, ſub ipſo calyce parum incraſſatus et pubeſcens. *Calyx* nigricans pilis albidis hiſpidus. *Corollulae* fature luteae. *Semina* teſtacea oculo nudo laeuia: *pappo* ſeſſili *plumoſo* ſordide albo. *Habitus* et *Statura*

ſubſequentis, ſed pilorum in *ſcapo* defectu et pilis *foliorum* parcis non furcatis *diſtincta*.

1599. APARGIA *hiſpida*.

A. ſcapo nudo unifloro, calyce hirto, foliis runcinato-dentatis hirtis: pilis furcatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1552. Flor. dan. t. 862. Hall. hiſt. n. 25.*

Hieracium folio Hedipnoidis. *Cluſ. hiſt. 2. p. 142.*

Occurrit in Tauriae ſummo monte Tſchaturdag et in Caucaſo ſubalpino. Floret Julio, Auguſto. 2

Folia runcinato-dentata: dentibus acutis rectis, utrinque pilis furcatis patulis aſpera. *Scapus* ſtriatus, ſicut folia hirtus, apice vix incraſſatus: ſquamulâ unâ alterâue ſubulatâ ſub flore, caeterum nudus. *Calyx* hirtus, minus quam praecedentis nigricans. *Semina* teſtacea non aſpera, magis quam in praecedente elongata et *pappum* verſus attenuata.

1600. APARGIA *hiſpanica*.

A. caule foliofo ſubunifloro calyceque hirto, foliis lanceolatis dentatis hirtis: pilis furcatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1553.*

Leontodon hiſpidum. *Cauan. hiſp. 2. p. 39. t. 149.*

Leontodon hirtum? *Pall. ind. taur.*

Andryala lanata. *Habl. taur. p. 155.*

Frequens in Tauriae herbidis apricis, ſiccis. Floret aeſtate. 2

Planta pilis rigidis furcatis confertis tota aſpera ſubincana. *Folia* dentibus diſtantibus inaequalibus. *Caulis* ſaepe unifolius aut bifolius 1-3-florus: *pedunculis* elongatis haud incraſſatis, ſquamulâ unâ alterâue ſubulatâ. *Calyx* viridis, ſicut reliqua planta hiſpidus. *Corollulae* luteae: extimae ſubtus purpuraſcentes. *Semina* punctulato-ſcabra praelonga *pappum* verſus attenuata, qui exinde ſtipitatus apparet.

1601. APARGIA *ſtrigoſa.*

A. caule folioſo ſubunifloro hiſpido, calyce incano: ſquamis margine carinâque ciliato-hiſpidis, foliis lanceolatis dentatis hiſpidis: pilis furcatis, feminibus ſcabris.

Scorzonera (*aſperrima*) foliis runcinatis hiſpidis, caule ſubbifloro ſubfolioſo hiſpido. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1507.*

Scorzonera hiſpida. *Forſk. aeg. arab. p. 215.*

Habitat in apricis ſiccis Caucaſi orientalis et Iberiae. Floret Junio. ♃

Folia caulesque quam maxime hiſpida; *calyces* tantum incani: ſquamis carinâ marginibuſque piloſo-hiſpidis. *Caules* 1-2-phylli 1-3-flori, ut in praecedente. *Corollulae* pallide luteae, extimae ſubtus purpureae. *Semina* fuſca linearia pappum verſus valde attenuata, ut in Scorzoneris, punctis minimis eleuatis ſcabra. *Pappus* plumoſus. Hanc Apargiae nec Scorzonerae eſſe accenſendam probat *habitus* et *affinitas* cum praecedente et cum A. incanâ.

399. PICRIS. Recept. nudum. Pappus plumoſus, ſubſeſſilis. Semina tranſuerſim ſtriata. Calyx calyculatus.

1602. PICRIS *hieracioides.*

P. caule erecto baſi ſimplici hiſpido, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, floribus corymboſis, calyce exteriore laxo.

P. caule erecto ſcabro, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, floribus corymboſis, calyce exteriore laxo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1556. Schkuhr ap. Uſteri ann. 12. p. 24. Hall. hiſt. n. 24. Gmel. ſib. 2. p. 39. n. 32. Pall. ind. taur.*

Hieracium aſperum majore flore in agrorum limitibus. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1029.*

Communis ad vias et agrorum verſuras. Floret Junio, ulio, Auguſto. ♃

1603. PICRIS *ſtrigoſa.*

P. caule baſi *ramoſo* patulo ſtrigoſo, foliis lanceolatis dentatis, floribus ſparſis, calyce exteriore laxo.

P. calycibus imbricatis: varietas flore minore et pallidiore, hiſpidiſſima. *Gmel. ſib. 2. p. 39 ſub n. 32.*

Habitat in collibus herbidis promontorii Caucaſici orientalis, verſus mare caſpium, circa faxum Beſchbarmak. Floret Junio, Julio. ♃

Planta pedalis ramoſiſſima diuaricata ſtrigoſiſſima: pilis albidis furcatis. *Pedunculi* per caulem et ramos ſparſi minime corymboſi. *Flores* praccedente *duplo minores*: *corollulis* pallidis. *Semina* et *pappus* praecedentis. *Affinis* quoad habitum P. aſperae *Spreng.* ſed *diſtincta* ſtrigoſitate majore, floribus minoribus et praeſertim ſeminibus minoribus rugis tuberculisque minus exaſperatis, fuſceſcentibus *nec nigricantibus.*

400. HELMINTIA. Recept. nudum. Cal. duplex: exterior 5-phyllus, *longitudine interioris.* Semina tranſuerſim ſtriata. Pappus ſtipitatus.

1604. HELMINTIA *echioides.*

Helmintia. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1607.*

Picris (*echioides*) perianthiis exterioribus pentaphyllis, interiore ariſtato majoribus. *Linn. ſpec. pl. p. 1114. Curt. lond.*

Hieracium echioides. *Tabern. Kraeut. p. 496.*

Hieracium *capitulis* Cardui benedicti maximum, Bugloſſum echioides quibuſdam. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1028.*

In aruis et ruderatis Tauriae, Caucaſi orientalis et Iberiae obuia. ☉

401. HIERACIUM. Recept. nudum. Calyx imbricatus, ouatus. Pappus ſimplex, ſeſſilis.

* *Scapo unifloro.*

1605. HIERACIUM *Piloſella.*

H. foliis integerrimis ouatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo unifloro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1563. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 55. Pall. ind. taur.*

Piloſella prima. *Tabern. Kraeut. p. 506.*

Piloſella majore flore, ſiue vulgaris repens. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1309.*

Creſcit in Tauriâ ad ſyluarum margines hinc inde. Floret Junio. ♃

** *Scapo multifloro.*

1606. HIERACIUM *bifurcum.*

H. ſcapo bifurco ſubbifloro baſi ſubfolioſo, foliis lanceolatis acutis integerrimis, ſtolonibus nullis.

Habitat in Tauriae montoſis apricis. Floret Junio, in ſubalpinis Auguſto. ♃

Folia utrinque pilis ſparſis elongatis. *Scapus* dodrantalis piloſus, ſaepe ſupra medium ſquamâ ſubulatâ et pedunculo unifloro aequante: interdum uniflorus aut quadriflorus, accedente tunc pedunculo altero laterali bifloro. *Flos* magnitudine H. Piloſellae: ſquamis quoque *calycis* pilis albis nigriſque. *Pedunculis* longiſſimis ab affinibus *dignoſcendum.*

1607. HIERACIUM *Auricula.*

H. ſcapo unifolio ſubſexfloro, floribus umbellatis, foliis lanceolatis acutis integerrimis, ſtolonibus repentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1564. Hall. hiſt. n. 52.*

H. dubium. *Flor. dan. t. 1044.*

Pilofella *major fecunda*. *Tabern. Kraeut. p. 507.*

Occurrit in collibus herbidis apricis. Floret aeſtate. ♃

Planta tota pilis elongatis valde hirſuta. *Pedunculi* 3-6 breues ſubumbellati. *Flores* parui.

1608. HIERACIUM *cymoſum.*

H. ſcapo folioſo hiſpido, floribus corymboſo-paniculatis, pedunculis propriis glomeratis, calycibus hiſpidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1566. Flor. dan. t. 810. Hall. hiſt. n. 51. Pall. ind. taur.*

Pilofella altera major. *Tabern. Kraeut. p. 507.*

Creſcit locis editis graminoſis, cum praecedente. ♃

Differt a praecedente defectu *ſtolonum*, *foliis* in caule pluribus, *floribus* numeroſis ad 40 uſque, *pediccllis* breuiſſimis.

** *Caule folioſo.*

1609. HIERACIUM *ſonchifolium.*

H. caule baſi folioſo ramoſo ſubquadrifloro, pedunculis elongatis, foliis runcinatis incanis, calycibus tomentoſis.

Habitat in abruptis ſubalpinis Caucaſi orientalis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Facies H. glauci *Allion. pedem. t. 28. f. 3 et t. 81. f. 1.* *Folia* radicalia et nonnulla baſeos caulis runcinata dentata incano-pubeſcentia: ea quae pedunculis ſubſunt parua ſubintegra. *Caulis* pedalis glabriuſculus baſi incano-pubeſcens, in ramos 2-3 unifloros vel bifloros elongatos praeter ſquamulam unam alteramue minimam nudos ſubdiuiſus. *Flos* magnitudine H. Pilofellae. *Calyx* albo-tomentoſus, intermixtis pilis nigris breuiſſimis. *Corollulae* luteae. *Semina* fuſca. *Pappus* piloſus ſeſſilis.

1610. HIERACIUM *murorum.*

H. caule erecto folioſo piloſo ſimplici, floribus paniculatis, foliis ouatis baſi profunde dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1577.*

Hall. hiſt. n. 46. Lachenal in act. helu. 9. p. 296. n. 28. Gmel. ſib. 2. p. 25. n. 22. Pall. ind. taur.

Pulmonaria gallica mas. *Tabern. Kraeut. p. 504.*

Piloſella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1033.*

In ſyluis hinc inde obuium. Floret Majo, Junio. ♃

1611. HIERACIUM *echioides.*

H. caule erecto ſtrigoſo-hiſpido, foliis lanceolatis ſubintegerrimis ſtrigoſo-hiſpidis baſi attenuatis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1587. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 85. Lumnitzer poſon. n. 782. Gmel. ſib. 2. p. 34. n. 29. (deſcriptio, nec ſynonyma.)*

H. molle. *Pall. ind. taur.*

H. orientale foliis anguſtis villoſiſſimis. *Tourneſ. cor. p. 35.*

In herbidis apricis, tam Tauriae, quam Caucaſi paſſim obuium. Floret aeſtate. ♃

Accedit *habitu* ad H. cymoſum; ſed *caulis* totus folioſus, *ſtrigoſitas* omnium partium major, *flores* paullo majores, *pedunculi* inferiores in corymbo compoſito magis elongati. *Caules* et *folia* praeter pilos elongatos incano-tomentoſa. *Calyces* pilis elongatis albidis villoſiſſimi, intermixtis pilis breuioribus nigris. *Pilis* omnium partium magis minuſue confertis et *tomento* caulis foliorumque denſiore vel tenuiore *variat.*

1612. HIERACIUM *incanum.*

H. caule erecto tomentoſo, corymbo compoſito, foliis ouato-lanceolatis amplexicaulibus integris ſubundulatis incanis ciliatis.

H. orientale altiſſimum Cynogloſſi folio. *Tourneſ. cor. p. 35.*

Habitat in campis herbidis promontorii caucafici, inter fortalitia Georgopolitanum et *Alexandrinum*. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caulis 2-3-pedalis ſimplex, baſi folioſus, ſupra medium nudus, ſulcatus tomento tenui albo veſtitus. *Folia* lata utrinque anguſtiora minime acuminata, ſuperne leuiter pubeſcentia, ſubtus pubeſcenti-cana, margine pilis elongatis albis ciliata. *Corymbus* decompoſitus, floribus plurimis: *pedunculis* inferioribus longiſſimis multifloris. *Flores* magnitudine praecedentis. *Calyx* tomentoſus ſubuiſcoſus: villis breuiſſimis rufeſcentibus plurimis, intermixtis nigris paucis. *Corollulae* luteae.

1613. HIERACIUM *amplexicaule*.

H. caule erecto ramoſo, foliis ouato-cordatis amplexicaulibus baſin verſus dentatis, pedunculis calycibuſque hirſutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1582. Kniph. cent. 12. n. 56. Hall. hiſt. 1. n. 36 et 2. app. p. 181. Allion. pedem. n. 792. t. 15. f. 1 et t. 30. f. 2.*

Legi in ſyluis ad latera montis Beſchtau Caucaſi, Auguſto. ♃

Folia pilis ſparſis breuiſſimis glanduliferis aſpera margine ciliata: ſuperiora *acuminata*. *Caulis pedunculique* piloſo-hiſpidi: pilis nigricantibus apice glanduliferis. *Flores* magnitudine H. ſabaudi: *calycibus* nigricantibus piloſis, *corollulis* luteis. *Pappus* ſordide albus.

1614. HIERACIUM *ſabaudum*.

H. caule erecto *ſimplici*, foliis ouato-oblongis ſubglabris acutis ſeſſilibus ſubamplexicaulibus baſin verſus dentatis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1589. Flor. dan. t. 872. Hall. hiſt. n. 35. Allion. pedem. n. 796. t. 27. f. 2. Gmel. ſib. 2. p. 35. n. 30. t. 14. f. 2. Amm. ruth. n. 208. Habl. taur. p. 163.*

Copioſum in nemoroſis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Synonymon Gmelini allegatum omnino hujus esse videtur, contradicente tamen *Willdenouio*. H. folioſum *Waldſt. et Kit.* videtur etiam ad hujus ſpeciei *varietates* hirſutiores referendum.

402. CREPIS. Recept. nudum. Calyx calyculatus: ſquamis laxis. Pappus piloſus ſeſſilis ſ. ſtipitatus. Semina apice attenuata.

1615. CREPIS *nemauſenſis*.

Cr. foliis runcinato-lyratis obtuſis dentatis, *ſcapo* nudo multifloro hiſpido, calycinis ſquamis margine membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1592. Allion. pedem. n. 809. t. 75. f. 1.*

Andryala nemauſenſis. *Vill. delph. 3. p. 66. t. 26.*

Cr. burſifolia. *Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae et Caucaſi demiſſioris incultis ſterilibus. Floret Aprili, Majo. ☉

1616. CREPIS *purpurea*.

Cr. foliis runcinato-pinnatifidis: lobis oblongis acutis dentatis diuaricatis, ſcapo nudo multifloro laeui.

Hieracium (*purpureum*) ſcapo unifloro nudo, foliis pinnatifidis ſubtus villoſis: laciniis lineari-lanceolatis acutis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1560.*

Habitat in Tauriae ſaxoſis cretaceis, imprimis circa Karaſſubaſar. Floret Junio, Julio. ♃

Planta tota pube albidâ vagâ ſubincana, magnitudine praecedentis. *Folia* carnoſula: lobis diuaricatis runcinato-dentatis, dentibus acuminatis. *Scapi* 1-6-flori: *pedunculis* longiſſimis ſubcorymboſis. *Squamae* minutae ſubulatae pedunculis ſubjectae. *Flores* magnitudine Hieracii Piloſellae. *Calyx* ſubtomentoſus albus calyculatus. *Corollulae* purpureo-caeruleae colore Sonchi ſibirici. *Semina* ſuſceſcentia: *pappo* piloſo candido ſeſſili.

1617. CREPIS *alpina.*

Cr. foliis ouatis cordato-ſagittatis amplexicaulibus dentatis, pedunculis elongatis unifloris, çalycibus hiſpidis: exterioribus membranaceis ſcarioſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1595. Gmel. ſib. 2. p. 16. n 16. t. 5.*

Occurrit in montibus Tauriae altioribus. Floret Majo, Junio. ⊙

Pappus piloſus ſtipitatus.

1618. CREPIS *rigida.*

Cr. foliis rigidis ſcabris dentatis: radicalibus obouatis, caulinis ſagittatis amplexicaulibus, floribus racemoſo-paniculatis, calycibus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1597. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 19.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi campis herbidis apricis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caulis bipedalis ſimplex ſulcatus pubeſcenti-canus. *Folia* ima ouata petiolata dentata: dentibus baſeos longioribus; caulina ſtricta anguſtiora acutiora ſagittato-amplexicaulia. *Racemus* terminalis elongatus: *pedicellis* ſubbifloris utplurimum breuibus, quandoque tamen elongatis. *Flos* magnitudine Hieracii ſabaudi: *calyce* albo-tomentoſo: baſi ſquamis ſubulatis laxis, *corollulis* luteis. *Semina* atra: *pappo* piloſo ſeſſili candido.

1619. CREPIS *ſibirica.*

Cr. foliis oblongis dentatis ſcabris: inferioribus baſi attenuatis, ſuperioribus ſeſſilibus amplexicaulibus, caule retrorſum hiſpido paucifloro, cálycibus hiſpidiuſculis.

Cr. foliis amplexicaulibus oblongis rugoſis inferne dentatis, caule hirto, calycibus carinâ ciliatis. *Linn. ſpec. pl. p. 1135.*

Hieracium ſibiricum. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1583. Gmel. ſib. 2. p. 26. n. 24. t. 10.*

Occurrit in collibus herbidis Caucasi subalpini, circa acidulam Narzana. Floret Julio, Augusto. ♃

Ob *calycem* squamis baseos laxis calyculatum a Crepide, me quidem judice, *removeri* nequit.

1620. CREPIS *foetida.*

Cr. foliis runcinato-pinnatifidis scabris sessilibus: *summis* lanceolatis basi profunde incisis, calycibus ouatis pilosis angulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1598. Hall. hist. n. 29. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Cr. prima. *Lachenal in act. helu. 9. p. 278.*

Hieracium luteum cichorii sylvestris folio, amygdalas amaras olens. *Moris. hist. 3. sect. 7. t. 4. f. 4.*

In campestribus sterilibus, praesertim arenosis non rara. Floret a Junio ad Septembrim. ♂

Corollulae extus purpurascentes, *Pappus* stipitatus: flosculorum extimorum sessilis.

1621. CREPIS *biennis.*

Cr. foliis hispidis runcinato-pinnatifidis: summis sessilibus lanceolatis dentatis carinâ hispido-aculeatis, calycibus pubescentibus muricatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1603. Schkuhr bot. n 4279. t. 222. Pall. ind. taur.*

Cr. secunda. *Lachenal in act. helu. 9. p. 278.*

Occurrit in campis herbidis ad fluuium Terek, inter Kisljar et Mosdok. Floret Majo, Junio. ♂

Radix elongata simplex. *Caulis* erectus bipedalis et altior sulcatus: villis sparsis rigidulis. *Folia* radicalia spathulata basi runcinato-pinnatifida dentata, margine et carinâ imprimis hispida: *caulina* inferiora runcinata sessilia basi subcordata dentata, summa cordato-lanceolata dentata. *Pedunculi* versus caulis apicem corymbosi subuniflori pilis glanduliferis hispidi: infe-

rioribus altioribus. *Bracteae* ſubulatae marcidae dorſo hiſpidae. *Flores* magnitudine Hieracii Piloſellae: *calycibus* pedunculorum adinſtar glanduloſo-hiſpidis nigricantibus, ſquamis baſeos laxis breuibus margine membranaceis. *Semina* pallida: *pappo* piloſo longe ſtipitato. Ad hanc forte referenda Crepis *Hall. hiſt. n.* 32, quamuis *Cl. Lachenal loc. cit.* alleget Crepidem *Halleri n.* 30, a noſtrâ et Lachenalii ſtirpe *pappo* ſeſſili diſcrepantem. Stirpem a noſtrâ eâdem notâ alienam pro Cr. bienni proponunt *Lamark in dict. enc. 2. p. 181. n. 13 et Leers herb. n. 611.*

1622. CREPIS *tectorum.*

Cr. foliis glabriuſculis lanceolato-runcinatis: laciniis adſcendentibus, ſummis linearibus filiformi-ſagittatis amplexicaulibus; floribus corymboſis, calycibus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1601. Curt. lond. Flor. dan. t. 501. Hall. hiſt. n. 31. Gmel. ſib. 2. p. 28. n. 25. t. 11. 12. Schkuhr bot. n. 4278. t. 222.*

Cr. tertia. *Lachenal in act. helu. 9. p. 278.*

Hieracium ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 491.*

Copioſa in pratis et cultis. Floret a Majo, uſque in autumnum. ⊙

Planta polymorpha quoad ſtaturam, ramoſitatem et foliorum formam. *Dignoſcitur* a praecedente *radice* exili annuâ, *foliis* praeſertim ſuperioribus anguſtioribus indiuiſis, *floribus* minoribus paniculatis, *calyce* incano: calyculi ſquamis ſubulatis *pappo* ſeſſili.

1623. CREPIS *agreſtis.*

Cr. foliis radicalibus lanceolato-runcinatis: caulinis lanceolatis baſi dentatis ſagittatis, floribus corymboſo-paniculatis, calycibus hirtis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1602. Waldſt. et Kit. rar. hung.*

Cr. pulchra. *Scop. carn. ed. 2. n. 955.*

Cr. quarta. *Lachenal in act. helu. 9. p. 281. n. 9.?*

In Caucaſi orientalis incultis prouenit. Floret Junio, Julio. ☉

Facies Cr. viridis, itidemque ramoſa et patula. *Differt foliis* ſcabris margine carinâque ciliato-hiſpidis: dentibus haud elongatis, *calycinis* ſquamis carinâ ſubſpinuloſis. *Flores* parui, ſicut in Cr. viridi. *Pappus* piloſus ſeſſilis.

1624. CREPIS *hiſpida.*

Cr. ſetoſo-hiſpida, foliis runcinatis baſi auriculatis: ſuperioribus lanceolatis ſagittato-haſtatis baſi pinnatifidis, calycibus hiſpidiſſimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1601. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 43.*

Creſcit in incultis et agreſtibus ad fluvium Terek, inter Kiſliar et Moſdok. Floret Majo, Junio. ☉

Planta, ſicut affines complurimae, *foliis* magis minuſque diſſectis ludens, inſigni caulis, foliorum, imprimis vero pedunculorum et calycum *hiſpiditate dignoſcenda. Flores* magnitudinis inter Cr. biennem et tectorum mediae. *Pappus* piloſus ſeſſilis.

1625. CREPIS *rhoeadiſolia.*

Cr. foliis runcinato-pinnatifidis amplexicaulibus: lobis inaequalibus oblongis angulato-dentatis, extimo cuneiformi trilobo acuto, caule ramoſo, pedunculis calycibuſque hiſpidis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.*

Caulis profunde ſulcatus: *ramis* floriferis alternis foliоſis. *Folia* magna lata diſſecta et lobata fere Papaueris Rhoeados piloſo-pubeſcentia. *Pedunculi* et *calyces* valde hiſpidi. *Flores* magnitudine Cr. foetidae. *Squamae* ſubulatae laxae ad baſin calycis. *Corollulae* luteae. *Pappus* piloſus ſeſſilis.

1626. CREPIS *pulchra.*

Cr. foliis caulinis cordato-ſagittatis acuminatis dentatis, paniculâ compoſitâ ſubcorymboſâ nudâ, calycibus ſubcylindricis glabris: ſquamis baſeos breuiſſimis.

Cr. foliis fagittatis dentatis. caule paniculato, calycibus pyramidatis glabris. *Linn. ſpec. pl. p. 1134. Retz obſ. 2. p. 24.*

Prenanthes hieracifolia. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1541.*

Hieracium pulchrum. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1025.*

Prouenit in Tauriae collibus, praeſertim ad Boſphorum, et ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar. ⊙

Panicula tota cum calycibus viſcoſa, ſed minime pubeſcens. *Flores facie Lapſanae* communis.

403. HEDYPNOIS. Recept. nudum. Cal. calycu-latus. Pappus diſci duplex: exteriore obſoleto, multiſeto; interiore paleaceo, 5-phyllo: radii margo obſoletus.

1627. HEDYPNOIS *monſpelienſis.*

H. caule diffuſo ramoſo, foliis oblongis dentatis baſi attenuatis ſeſſilibus, ſquamis calycis fructigeri glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1616.*

Hyoſeris Hedypnois. *Linn. ſpec. pl. p. 1138. Schkuhr bot. n. 4294. t. 224. Moriſ. hiſt. 2. p. 53. ſect. 7. t. 1. f. 6.*

Lapſana Zacintha. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 165.*

Occurrit in Tauriae meridionalis herbidis. Floret Majo. ⊙

404. HYPOCHOERIS. Recept. paleaceum. Cal. ſubimbricatus. Pappus plumoſus.

1628. HYPOCHOERIS *maculata.*

H. caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ouato-oblongis integris dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1620. Flor. dan. t. 149. Gmel. ſib. 2. p. 38. n. 31. Hall. hiſt. n. 2. t. 1. Allion. pedem. n. 849. t. 14. f. 3.*

Hieracium primum latifolium. *Cluſ. hiſt. 2. p. 139.*

In herbidis Caucaſi ſubalpini obuia. Floret Julio, Auguſto. ♃

405. LAPSANA. Recept. nudum. Cal. ſubcalyculatus: ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis, fructifer conniuens. Pappus nullus.

* *Cauleſcentes.*

1629. LAPSANA *communis.*

L. cauleſcens ramoſa, foliis ouatis petiolatis angulato-dentatis, pedunculis calycibuſque glabris.

L. cauleſcens ramoſa, foliis ouatis petiolatis angulato-dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1624. Flor. dan. t. 500. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 6. Gmel. ſib. 2. p. 40. n. 33. Pall. ind. taur.*

Sonchus ſyluaticus primus. *Tabern. Kraeut. p. 500.*

Copioſa in graminoſis inumbratis. Floret Junio, Julio. ⊙

1630. LAPSANA *grandiflora.*

L. cauleſcens ramoſa, foliis ouatis petiolatis angulato-dentatis, pedunculis calycibuſque glanduloſo-hiſpidis.

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur, ubi florentem Septembri legi. ⊙

Facies praecedentis. *Flores* majores: *calycibus* nigricantibus, *corollulis* intenſe luteis.

406. RHAGADIOLUS. Recept. nudum. Semina arcuata, patentia. Pappus nullus. Calyx calyculatus.

1631. RHAGADIOLUS *ſtellatus.*

Rh. ſeminibus laeuibus patentibus, foliis caulinis lanceolatis indiuiſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1625.*

Lapſana ſtellata. *Linn. hort. upſ. p. 245. Schkuhr bot. n. 4307. t. 225. Pall. ind. taur.*

Hieracium ſtellatum. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 1014.*

In Tauriae meridionalis montoſae aruis frequens. Floret Majo. ⊙

407. CICHORIUM. Recept. ſubpaleaceum. Calyx calyculatus. Pappus polyphyllus, paleaceus.

1632. CICHORIUM *Intybus.*

C. floribus axillaribus geminis ſubſeſſilibus, foliis runcinatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1628. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.*

Cichorium. *Tabern. Kraeut. p. 467.*

Copioſum in ſterilibus apricis. Floret Julio, Auguſto. ♃

408. SCOLYMUS. Recept. paleaceum. Calyx imbricatus, ſpinoſus. Pappus nullus.

1633. SCOLYMUS *hiſpanicus.*

Sc. floribus ſubaggregatis, foliis ſcabris coſtâ mediâ ſubtus hirtis interrupte decurrentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1630. Mill. ic. ed. germ. t. 240. Pall. ind. taur.*

Sc. Theophraſti hiſpanicus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 153. Tabern. Kraeut. p. 1074.*

Occurrit in Tauriae fterilibus apricis. Floret Julio, Auguſto. ♂

409. ARCTIUM. Recept. paleaceum. Cal. globoſus: ſquamis apice hamis inflexis. Pappus ſetoſo-paleaceus.

1634. ARCTIUM *Lappa.*

A. foliis cordatis petiolatis ſubtus incanis, calycinis ſquamis omnibus ſubulatis viridibus.

A. foliis caulinis cordatis petiolatis denticulatis, calycibus laeuibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1631. Hall. hiſt. n. 161. β. γ. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 132.*

Lappa glabra. *Lamark dict. 1. p. 377. n. 2. Allion. pedem. n. 528.*

Lappa major, capite maximo glabro. *Vaill. pariſ. p. 114. n. 4.*

Lappa, ſiue Bardana major. *Moriſ. hiſt. 3. ſect. 7. t. 32. f. 1.*

Commune in ruderatis. Floret Julio, Auguſto. ♂

1635. ARCTIUM *Bardana.*

A. foliis cordatis petiolatis ſubtus tomentoſis, calycinis ſquamis intimis lanceolatis coloratis.

A. foliis caulinis cordatis petiolatis integerrimis, calycibus arachnoideo-tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1632.*

A. Lappa *β. Linn. ſpec. pl. p. 1243. Flor. dan. t. 642. Gmel. ſib. 2. p. 104. n. 85. Hall. hiſt. n. 161. α*

Lappa tomentoſa. *Lamark dict. 1. p. 377. n. 1. Allion. pedem. n. 527. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 7. t. 32. f. 2.*

Lappa major, Arctium Dioſc. *C. B. Vaill. pariſ. p. 113. n. 1.*

Copioſum cum praecedente. ♂

Folia denticulata in hoc et in praecedente. *Calycis* tomentum arachnoideum in A. Bardanâ copioſius et perſiſtens, in A. Lappâ parcius et cito euaneſcens. *Diagnoſis* optimâ ex conformatione ſquamarum calycis.

410. SERRATULA. Recept. paleaceum ſ. villoſum. Calyx imbricatus, cylindricus, inermis. Pappus plumoſus ſ. dentatus.

1636. SERRATULA *quinquefolia.*

S. foliis ferratis impari-pinnatis, ſubbijugis: pinnis confluentibus, pedunculis unifloris, ſquamis calycinis interioribus elongatis coloratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1639.*

Habitat in Caucaſi nemoribus; circa fortalitium Georgopolitanum frequens. Floret aeſtate. ♃

Planta ramoſa interdum orgyalis, glabriuſcula aut leuiter pubeſcens. *Foliola* ouato-lanceolata argute dentata: exteriora majora. *Folia* ramea ſumma ſimplicia. *Flores* magnitudine S. coronatae. *Calycis* ſquamae exteriores virides nigro-lineatae: mucrone minuto patulo, interiores elongatae ſcarioſae teſtaceae. *Corollulae* formâ et colore S. coronatae. *Semina pappo* dentato giluo.

1637. SERRATULA *centauroides.*

S. foliis pectinato-pinnatifidis: laciniis lineari-falcatis acutis ſubintegris, pedunculis unifloris, ſquamis calycinis interioribus elongatis ſcarioſis.

S. foliis pinnatifidis obliquis acutis glabris inermibus, ſquamis calycinis mucronatis: interioribus ſcarioſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1644. Gmel. ſib. 2. p. 44. n. 38. t. 17.*

Carduus (*radiatus*) foliis pectinato-pinnatifidis nudis ſcabris: laciniis linearibus inermibus, terminali ouatâ; ſuperioribus ſeſſilibus, calycinis ſquamis ouatis mucronatis: interioribus

elongatis linearibus discoloribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1658. Waldst. et Kit. rar. hung. 1. t. 11.*

Provenit in Caucasi montosis herbidis apricis. Floret Junio, Julio. ♃

Folia scabra: radicalia ovata basi elongato-dentata; caulina pectinato-pinnatifida, extimo majore dentato; ramea suprema lanceolata indivisa. *Flores* formâ, magnitudine et colore praecedentis. *Pappus* denticulato-scaber. *Planta* tota scabra. Carduum radiatum *Waldst. et Kit.* non differre a Serratulâ nostrâ specimina horti Gorenkensis edocuere; nec Carduus *Gmel. sib. 2. n. 39. t. 18 specie a. n 38 differre videtur.*

1638. SERRATULA *xeranthemoides.*

S. foliis runcinato-pinnatifidis dentatis hirtis, caule ramosissimo virgato, calycibus oblongis: squamis interioribus elongatis scariosis.

Centaurea *(radiata)* calycibus subinermibus subaristatis radiatis, foliis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2325.*

Xeranthemum erucifolium. *Linn. spec. pl. p. 1021. Gmel. sib. 2. p. 108. n. 92. t. 47. f. 1.*

In Tauriae Caucasique campestribus reperitur. Floret Julio, Augusto. ♃

Caulis flexuosus pedalis: *ramis* ramosis rigidis patentibus apice floriferis subcorymbosis. *Folia* radicalia oblonga obtusa in petiolum attenuata dentata: caulina runcinata, superiora profunde pinnatifida, ramea summa indivisa. *Flores* magnitudine S. alpinae. *Calycis* squamae apice patulae: mucrone albo spinoso, interiores elongatae et scariosae, ut in praecedentibus. *Flosculi* purpurei omnes discoidei et fertiles. *Pappus* pilosus scaber.

1639. SERRATULA *multiflora.*

S. foliis linearibus integerrimis subtus tomentosis, corymbo composito multifloro, calycibus subcylindricis incanis, pappo scabro.

S. foliis lanceolatis subtus villosis subdecurrentibus integerrimis, caule corymboso, calycibus cylindricis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1643.*

Jacea salicis folio subtus lanuginoso et incano, serratulae capitulis. *Amm. ruth. n. 178. Gmel. sib. 2. p. 51.*

Occurrit in Tauriae et Caucasi campestribus. Floret Julio, Augusto. ♃

Dignoscitur a subsequente *corymbis* magis compositis et multifloris, *floribus* minoribus, *calycibus* angustioribus purpurascentibus incanis: a S. salicifoliâ, *habitu* simillimâ, *pappo* scabro nec plumoso. *Variat foliis* lineari-lanceolatis.

1640. SERRATULA *stoechadifolia.*

S. foliis linearibus integerrimis subtus tomentosis, corymbo subsimplici, calycibus oblongo-ouatis tomentosis, pappo scabro.

S. salicifoliae affinis. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae collibus lapidosis cretaceis, circa Karassubasar frequens: nec non in campestribus Borysthenis vicinis, inter Cherson et Berislav. Floret cum praecedente. ♃

Simillima praecedenti. *Folia* semper angusta linearia margine reuoluta, nunquam sublanceolata. *Corymbi* floribus 3-10: pedunculis unifloris bifloriue. *Calyces* tomento albi, sicut *foliorum* pagina inferior atque *caules.*

1641. SERRATULA *salsa.*

S. foliis radicalibus lyratis: extimo hastato-triangulari, caulinis lanceolatis: petiolis auriculatis decurrentibus elongato-dentatis, corymbo composito.

S. foliis radicalibus lyratis, caulinis lanceolatis decurrentibus basi dentatis, corymbo composito. *Biehler. diss. cent. plant nou. herb. Sprengel. n. 66.*

Planta salsa ambigui generis. *Pall. it. 1. p. 502. app. n. 128.*

In graminoſis ſubſalſis humidiuſculis ad fluuium Terek, haud procul oppido Kiſljar, nec non ad Wolgam, circa coloniam Sareptanam locis ſalſuginoſis reperitur. Floret Junio, Julio. ♃

Habitus et *affinitas* S. caſpicae ſumma. *Differt* potiſſimum *foliorum* radicalium formâ et caulinorum *petiolis* baſi valde dilatatis cauli adnaſcentibus elongato-dentatis. *Pappus* plumoſus.

1642. SERRATULA *aruenſis.*

S. foliis lanceolatis pinnatiſido-dentatis undulatis ſpinoſis, glabris, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1646. Flor. dan. t. 644. Hall. hiſt. n. 171. Gmel. ſib. 2. p. 56. n. 46. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Cirſium aruenſe Sonchi ſolio, radice repente, flore purpureo. *Tournef. inſt. p. 448. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 159.*

Carduus aruenſis. *Tabern. Kraeut. p. 1079.*

Frequens in agris, cultis, ad vias et aggeres. Floret aeſtate. ♂

Varietas foliis criſpis: neruis in ſpinas validas elongatis hic loci exulat; ſtirps enim taurico-caucaſica videtur inter hanc *varietatem* et *S. ſetoſam Willd.* quaſi media. *Pappus* plumoſus.

1643. SERRATULA *ciliata.*

S. foliis ſeſſilibus lanceolatis ſpinuloſo-ciliatis ſubtus tomentoſis: inferioribus ſinuatis, ſuperioribus integris.

S. foliis ſeſſilibus lanceolatis integris ſpinuloſo-ciliatis ſubtus tomentoſis. *Vahl. ſymb. 1. p. 67. Linn. ed. Willd. 3. p. 1645.*

S. incana. *S. G. Gmel. it. 1. p. 155. t. 36. f. 2.*

Cirſium foliis incanis et lanuginoſis. *Gmel. ſib. 2. p. 56. n. 46. var. I. II. III.*

Cirsium Salicis folio subtus tomentoso. *Amm. ruth. n. 196.*

Frequens tam in Tauriâ, quam ad Caucasum cum praecedente obuia. ♃

Radix maxime repens difficillime extirpanda. *Differt* a praecedente canitie *caulium foliorum* et *calycum, floribusque* majoribus. *Pappus* plumosus.

411. CARDUUS. Cal. imbricatus, ventricosus: squamis spinosis. Pappus capillaris s. scaber. Recept. villosum.

* *Foliis decurrentibus.*

1644. CARDUUS *nutans.*

C. foliis semidecurrentibus spinosis, floribus cernuis, squamis calycinis superne patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1648. Flor. dan. t. 675. Hall. hist. n. 167. Gmel. sib. 3. p. 42. n. 35. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 145.*

C. moschatus flore amplo, capite deflexo. *Vaill. act. paris. a. 1718. p. 153.*

Communis in sterilibus, ruderatis. Floret Junio, Julio. ♂

1645. CARDUUS *hamulosus.*

C. foliis decurrentibus lanceolatis pinnatifido-dentatis spinosis subtus villosis, pedunculis unifloris tomentosis, calycinis squamis subulatis spinosis: interioribus recurvatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1650. Ehrh. catal. 7. p. 166.*

C. acanthoides. *Pall. ind. taur.*

Frequens in ruderatis et campestribus apricis herbidis, ad Caucasum. Floret cum praecedente. ♂

Differt ab affini C. acanthoide *caule foliisque* magis pubescentibus, his saepe subtus tomentoso-canis: spinis aliquanto

debilioribus, *ramis* floriferis paucioribus magis elongatis, *pedunculis* longioribus tomentosis: alâ foliaceâ spinulosâ angustissimâ apicem versus penitus evanescente. *Flores* C. acanthoidi simillimi. *Variat* magnitudine, ramositate, *foliis* profunde vel obiter incisis et sinuatis subtus incanis vel utrinque viridibus et *pedunculorum* longitudine. *Varietatem* humilem 1-2-floram in Tauriae agris reflibilibus legi.

1646. CARDUUS *crispus.*

C. foliis decurrentibus oblongis sinuatis margine spinosis subtus lanuginosis, floribus pedunculatis aggregatis terminalibus, calycinis squamis lineari-subulatis mucronatis patulis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1652. Flor. dan. t. 621. Hall. hist. n. 165. Gmel. sib. 2. p. 41. n. 34. Pall. ind taur.*

Cirsium caule crispo, foliis laciniatis subtus tomentosis. *Amm. ruth. n. 182.*

Cardans caule crispo. *J. Bauh. hist. 3. p. 59. Vaill. act. paris. a. 1718. p. 153.*

Communis in incultis. Floret Julio, Augusto. ♂

Facile a praecedente *dignoscitur foliis* latioribus: lobis sinubusque obtusis minus crispatis et divaricatis, *pedunculis* brevibus, *floribus* minoribus subaggregatis, *calycinis* squamis angustioribus laxis villo arachnoideo copiosiore connexis. *Variat* et hic foliis magis minusve dissectis et pubescentibus. *Gmelinus loc. cit.* nonnullos *affines* cum hoc conjungere videtur.

1647. CARDUUS *albidus.*

C. foliis decurrentibus runcinatis spinosis villosis subtus tomentosis, pedunculis ramosis subnudis tomentosis, calycibus aggregatis oblongis: squamis erectis omnibus spinoso-acuminatis.

C. pycnocephalus. *Pall. ind. taur.*

Frequens in incultis Tauriae et ad Caucasum, etiam in Iberiâ. Floret Majo, Junio. ☉

Affinis admodum C. pycnocephalo, tamen diuerſus *foliorum* ſpinis numeroſioribus: ſummorum imprimis debilioribus, *pedunculis* communibus minus elongatis, *floribus* ſaepius pedicello breui inſiſtentibus nec omnibus ad pedunculum communem penitus ſeſſilibus, *calycibus* magis tomentoſis totis erectis: ſquamis pluribus anguſtioribus. Maturis feminibus integri *calyces* decidunt in hoc et in plerisque *affinibus*.

1648. CARDUUS *cinereus*.

C. foliis decurrentibus pinnatifido-ſinuatis ſpinoſis villoſis ſubtus incanis, pedunculis elongatis ramoſis nudis tomentoſis ſubuniflоris, calycibus oblongis: ſquamis erectis ſpinoſo-acuminatis, intimis apice ſcarioſis ferrulatis mucronatis.

Habitat in incultis circa oppidum Kiſljar. Floret cum praecedente. ☉

Facies praecedentis. *Dignoſcitur foliis* minus profunde diſſectis minusque criſpatis parcius villoſis imprimis ſubtus: ramorum floriferorum diminutis nequaquam decurrentibus; *pedunculis* multo longioribus niueo-tomentoſis ramoſis: pedicellis elongatis uniflоris, accedente rarius flore, altero approximato ſubſeſſili; *calycibus* minus lanuginoſis: ſquamis baſi latioribus acumine minus elongato; intimis inermibus apice ſcarioſis ſubtiliſſime ferrulatis et cum mucrone medio minuto debili; *feminibus* duplo minoribus.

1649. CARDUUS *orientalis*.

C. foliis oblongis ſinuato-dentatis adnato-decurrentibus ſpinoſis ſubtus niueo-tomentoſis, calycibus oblongis aggregatis terminalibus ſeſſilibus: ſquamis erectis omnibus ſpinoſo-acuminatis.

C. foliis ſemidecurrentibus lanceolatis dentato-angulatis ſpinoſis ſupra glabris ſubtus niueo-tomentoſis, calycibus conicis ſeſſilibus aggregatis terminalibus, calycinis ſquamis ſpinoſis erectis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. I. p. 63. n. 32.*

Habitat in campis apricis Iberiae. Circa Tiflin frequens. Floret Julio, Auguſto. ♂

Planta elegans vix pedalis. *Caulis* baſi ſimplex: ramis floriferis corymboſis, niueo-tomentoſis. *Folia* ſupra nitida viridia ſubtus niueo-tomentoſa: lobis inaequalibus diuaricatis, neruis in ſpinam validam albidam elongatis: *radicalia* petiolata, *caulina* baſi adnata neque decurrentia ad proximum folium. *Flores* magnitudine praecedentis: *calycibus* conico-oblongis villoſis, ſquamis imbricatis rigidis carinatis mucronato-ſpinoſis; *corollis* purpureis. Maturis *ſeminibus calyces* integri decidunt.

1650. CARDUUS *ſeminudus.*

C. foliis ſemidecurrentibus lanceolatis ſpinoſo-ferratis ſubtus caneſcentibus, pedunculo longiſſimo unifloro lanuginoſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1657.*

Habitat in ruderatis et vineis ad fluuium Terek, circa Coſaccorum oppidulum Starogladkam. Floret Junio. ♂

Caulis ſeſquipedalis pubeſcenti-canus ſimplex: ſuperne *ramis* ſimplicibus erectis elongatis. *Folia* lanceolata ſinuato-dentata ſpinuloſo-ferrata decurrentia: altero latere altiore, ſubtus pubeſcenti-cana. *Pedunculi* tomentoſi nudi. *Flores* formâ et magnitudine C. acanthoidis: ſquamis ſubulatis erectiuſculis villis arachnoideis parcis connexis. *Corollulae* ſature purpureae. *Facies* C. deflorati.

1651. CARDUUS *polyclonos.*

C. foliis ſubtus tomentoſis inermibus baſi adnatis dilatatis: inferioribus pinnatifidis linearibus ſuperioribus indiuiſis, calycibus ſquarroſis corymboſis.

C. foliis ſubtus tomentoſis: ſuperioribus tenuiſſime decurrentibus linearibus baſi valde dilatatis, inferioribus pinnatifidis, linearibus; caule multifloro, calycinis ſquamis ſquarroſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1655. Gmel. ſib. 2. p. 44. n. 37. t. 16.*

C. cyanoides. *β.* polyclonos. *Linn. ſpec. pl. p. 1152. Pall. ind. taur.*

Centaurea amplexicaulis. S. G. *Gmel. it.* 1. *p.* 136. *t.* 24.

In Caucaſi collibus ſiccis hinc inde reperitur. Floret Majo, Junio. 2

Flores magnitudine C. criſpi. Squamae calycinae omnes apiculo ſubulato breui reflexo ſphacelato.

* * *Foliis ſeſſilibus.*

1652. CARDUUS *cyanoides.*

C. foliis ſubtus tomentoſis *inermibus* baſi attenuatis: inferioribus ſubpinnatifidis laciniis lanceolatis, ſuperioribus indiuiſis; calycibus ſquarroſis, caule paucifloro.

C. foliis decurrentibus pinnatifidis *linearibus* integerrimis inermibus petiolatis ſubtus tomentoſis. α. monoclonos. *Linn. ſpec. pl. p. 1152. Gmel. ſib. 2. p. 42. n. 36. t. 15.*

Occurrit in campeſtribus *Caucaſo* adjacentibus. Floret Junio, Julio. 2

Planta admodum polymorpha. *Pedunculi* 1–4 elongati uniflori. *Flores* praecedente duplo *majores. Squamae calycinae* apicula anguſte lanceolato: exteriorum reflexo intus purpuraſcente. *Folia* radicalia et caulina inferiora in aliis pinnatifida, in aliis ſublobata, in *aliis denique integerrima*; vix tamen ulla decurrentia. *Variat* etiam calycibus magis *minuſue* tomentoſis, ſquamarumque tam interiorum quam exteriorum acumine *magis minuſue elongato* et attenuato.

1653. CARDUUS *mollis.*

C. foliis *pinnatifidis linearibus undulatis margine* reuolutis inermibus ſubtus tomentoſis, caule ſubnudo unifloro, calycibus lanatis: ſquamis acuminatis, exterioribus reflexo-patentibus.

C. foliis pinnatifidis linearibus margine reuolutis ſubtus tomentoſis, caule ſubnudo unifloro, calycinis ſquamis tomentoſis ouato - *lanceolatis* ſquarroſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1661.*

Gouan illuſtr. p. 63. Jacq. auſtr. 1. p. 14. t. 18. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 148.

C. mollis primus. *Clus. hiſt. 2. p. 153.*

C. mollis folio laciniato. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 47. Moriſ. hiſt. 3. p. 150. ſect. 7. t. 29. f. 19.*

In campis collibuſque apricis Tauriae minime rarus. Floret Junio. ♃

Dignoſcitur a praecedente *foliorum* laciniis anguſtioribus, *caule* ſaepiſſime unifloro et praeſertim *calycis* magis lanati ſquamis acuminatiſſimis. Forte tamen et hic ad numeroſas praecedentis ſpeciei *varietates* referendus.

1654. CARDUUS *marianus.*

C. foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1659. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 181. Tabern. Kraeut. p. 1078.*

Silybum albis maculis notatum, flore purpureo. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 172.*

Occurrit in ruderatis Caucaſi orientalis, circa Schamachi, et in Iberiâ auſtraliore. ♂

412. CNICUS. Calyx imbricatus, ventricoſus: ſquamis ſpinoſis. Pappus plumoſus. Recept. villoſum.

* *Foliis decurrentibus.*

1655. CNICUS *paluſtris.*

Cn. foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentatis margine ſpinoſis, floribus racemoſo-glomeratis, ſquamis calycinis ouato-lanceolatis mucronatis adpreſſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1662.*

Curt. lond. Gmel. ſib. 2. p. 57. n. 47. t. 23. f. 2. Hall. hiſt. n. 170. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 7. t. 32. f. 13.

Cirſium pratenſe polycephalon vulgare. *Tourneſ. inſt. p. 448. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 158.*

β. foliis indiuiſis aliſque caulis latioribus.

In ſubhumidis ad Caucaſum obuius. Floret Julio, Auguſto. ♂

Folia noſtris tantum ima pinnatiſida, pleraque lanceolata ſinuato-dentata. *Varietas* β, praeter *foliorum* latitudinem, mucrone ſquamarum *calycinarum* validiore etiam a vulgari *diſcedit* attamen ſpecie vix diuerſa.

1656. CNICUS *uliginoſus.*

Cn. foliis ſemidecurrentibus oblongis ſinuatis dentatis margine ſpinoſis ſubtus *incanis*, *floribus corymboſis* approximatis, ſquamis calycinis ouato-lanceolatis mucronatis adpreſſis.

Habitat ad riuulorum margines, circa acidulam Narzana. Floret aeſtate. ♃

Planta 2-4-pedalis ramoſa. *Caulis* ſulcatus pubeſcens. *Folia* praecedente majora et latiora: ſpinis loborum terminalibus validioribus, breue decurrentia; unde caulis a folio ad folium per interualla nudus, praeſertim ſuperne. *Pedunculi* tomentoſi. *Flores* praecedente paullo majores magiſque globoſi, caeterum ſimiles.

1657. CNICUS *canus.*

Cn. foliis ſemidecurrentibus ſubcaneſcentibus lanceolatis eroſo-dentatis ciliato-ſpinoſis, pedunculis nudis tomentoſis ſolitariis, calycinis ſquamis ouato-lanceolatis adpreſſis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1664. Jacq. auſtr. 1. p. 27. t. 43. 44.*

Cirſium tomentoſum radice bulboſâ. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 44.*

Occurrit in pratis, ad fluuios Terek et Kumam. Floret Julio, Auguſto. ♃

1658. CNICUS *lanceolatus.*

Cn. foliis decurrentibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis ſpinoſis, calycibus ouatis arachnoideo-pubeſcentibus: ſquamis lanceolatis ſpinoſis patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1666. Hall. hiſt. n. 169. Gmel. ſib. 2. p. 66. n. 51.*

Carduus lanceolatus. *Pall. ind. taur. Tabern. Kraeut. p. 1078. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 7. t. 31. f. 8.*

Eriocephalus vulgaris, capite turbinato, flore purpureo. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 161.*

Communis in incultis. Floret a Julio ad Septembrim. ♂

** *Foliis ſeſſilibus.*

1659. CNICUS *ciliatus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; calycibus ouatis: ſquamis lanceolatis ſpinoſis ciliatis reflexis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1667. Schkuhr bot. n. 4348. t. 229.*

Carduus ciliatus. *Murray in comment. goett. a. 1784. p. 35. t. 5.*

Cum praecedente in incultis frequens. Floret Julio, Auguſto. ♃

Flores ſpecioſi magnitudine Cn. eriophori. *Calyx* glaberrimus: ſquamis purpureis, ciliis ſpinâque albidis.

1660. CNICUS *ſerrulatus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; calycibus ouatis glabris: ſquamis ſubulatis ſpinoſis ſerrulatis erecto-patulis.

Habitat in Tauriae ruderatis, circa Sympheropolin. Floret cum praecedentibus. ♃

Simillimus praecedenti, quoad *pubem* et *foliorum* formam, aliquanto tamen humilior. *Flores* magnitudine Cn. lanceolati. *Calyx* glaber: fquamis praecedente multo anguftioribus viridibus non reflexis fpinâ longiore armatis, ciliis minutiffimis: intimis mucrone longiffimo capillari. *Flofculi* formâ coloreque praecedentis, cui *affinis*, *calycis* tamen ftructurâ abunde *diftinctus*.

1661. CNICUS *fimbriatus*.

Cn. foliis amplexicaulibus hifpidis indiuifis finuato-angulatis fubtus tomentofis margine fpinulofis, calycibus fubglobofis arachnoideo-villofis: fquamis fubulatis fpinofis ciliatis reflexis.

Carduus (*offeticus*) foliis radicalibus petiolatis finuato-dentatis fpinofis: caulinis feffilibus, fquamis calycinis ciliatis reflexis, pedunculis nudis geminis, floribus cernuis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 65. n. 34.*

Habitat in montibus fyluofis, circa portas caucaficas. Floret autumno.

Caulis fefquipedalis tomentofus pauciflorus. *Folia* ouato-lanceolata magna: neruis in fpinas exiles elongatis, margine etiam toto fpinulofo. *Flores* magnitudine fere penultimi: *calyce* arachnoideo, ut in Cn. eriophoro: *fquamis* fubulatis elongatis mucronato-fpinofis retrorfum imbricatis fpinulofo-ciliatis. *Corollulae* purpureae.

1662. CNICUS *laniflorus*.

Cn. foliis amplexicaulibus hifpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis fpinofis, fubtus tomentofis; calycibus ouatis arachnoideo-villofis: fquamis lanceolatis fpinofis erecto-patulis laeuibus.

Carduus eriophorus. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriae meridionalis collium fyluaticorum lapidofis. Floret Julio, Auguſto.

Caulis 1-2-pedalis albo-tomentoſus. *Folia* minus profunde diſſecta, quam in Cn. eriophoro: lobis breuioribus lanceolatis, ſubtus niueo-tomentoſa. *Flores* magnitudine et formâ Cn. lanceolati. *Squamae calycinae* margine laeues, nec ciliatae, nec ſub apice dilatato-appendiculatae: mucrone ſpinoſo longiuſculo recto ſubpatulo purpuraſcente. *Affinis* Cn. ferrulato. A Cn. eriophoro defectu ſpinularum marginalium et laminae dilatatae infra apicem in ſquamis *calycinis*, praeter alias notas, ſatis *diſtinctus*.

1663. CNICUS *arachnoideus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis, ſubtus nudis ſubuilloſis; calycibus ouatis arachnoideo-villoſis; ſquamis lanceolatis ſpinoſis erecto-patulis laeuibus.

Habitat in pratis montanis Caucaſi; ad latera montis Beſchtau et circa thermas Conſtantinomontanas frequens.

Defectu tomenti *caulis* et *foliorum* paginae inferioris potiſſimum a praecedente *diuerſus*: an *varietas?*

1664. CNICUS *ſtrigoſus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis ſpinoſis, ſubtus nudis; calycibus ouatis glabris: ſpinis patulis.

Carduus (*ſtrigoſus*) foliis ſeſſilibus ſinuato-pinnatifidis ſpinoſis: lobis alternis minoribus diuaricatis, ſupra ſtrigoſis ſubtus glabris; calycibus ouatis glabris: ſpinis ſimplicibus patulis. *Marſch. caſp. p. 194. app. n. 63.*

Habitat in ruderatis, aruis et campis Caucaſi orientalis, circa Schamachi vetus frequens. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Spinae foliorum lacinias terminant validae admodum, flauicantes. *Folia* ſubtus glaberrima glauca.

1665. CNICUS *lappaceus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis pinnatifidis: laciniis bilobis diuaricatis ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; calycibus ſubglo-

bofis feſſilibus villofis: ſquamis inermibus acuminatiſſimis reflexo-uncinatis.

Carduus (*lappaceus*) foliis feſſilibus bifariam pinnatifidis ſpinoſis, ſupra hiſpidis ſubtus tomentoſis; calycibus ſubfeſſilibus foliofis: ſquamis acuminatiſſimis inermibus reflexo-uncinatis. *Marſch. caſp. p. 193. app. n. 62.*

Carduus (*horridus*) foliis bifariam pinnatifidis ſpinoſiſſimis, floribus ſubrotundis ſolitariis: involucro foliaceo ſpinoſo capitula ſuperante, calycinis ſquamis inermibus hamoſis lanuginoſis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 66. n. 36.*

Cn. orientalis, Cardui lanceolati ferocioris facie. *Tournef. cor. p. 33.*

Eriocephalus capitulis minoribus per caulem ſparſis, flore albo. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 161.*

Habitat in Caucaſi orientalis et iberici herbidis montoſis varietas foliis ſummis longis aggregatis ſpinoſiſſimis calycem involucrantibus ad torrentes Cachetiae. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Flores magnitudine Cardui acanthoidis: *corollulis* purpureis. *Calyces* inter ſumma folia ipſis longiora ſeſſiles.

1666. CNICUS *horridus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis aculeatis pinnatifidis: laciniis angulatis lobatis ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; calycibus nutantibus arachnoideo-villoſis: ſpinis acicularibus reflexis.

Carduus (*caucaſicus*) foliis bifariam pinnatifidis ſubtus tomentoſis: laciniis alternis erectis inciſis dentatis ſpinoſis, calycibus ſolitariis cernuis ventricoſis pubeſcentibus: ſpinis baſeos longiſſimis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 64. n. 33.*

Habitat in glareoſis, ad torrentem Aragwi Caucaſi iberici alpini. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Caulis 1 - 2 - pedalis ramoſus albo-tomentoſus. *Folia* pinnatifida: lobis ſubbifidis dentato-anguloſis, ſpinis praelongis et rigidis: aculeis quoque ſparſis hinc inde per paginam ſupe-

riorem. *Capitula* magnitudine Cardui nutantis, ſpinis aciculari-bus retrorſum imbricatis horrida. *Corollulae* purpureae.

1667. CNICUS *munitus.*

Cn. foliis amplexicaulibus hiſpidis ſinuato-dentatis ſpino-ſis, ſubtus villoſo-tomentoſis: calycibus ſeſſilibus inuolucratis arachnoideo-villoſis: ſquamis ſpinoſis erectis.

Carduus (*Koſmelii*) foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis ſpinoſis, ſubtus ſericco tomentoſis; calycibus obuallatis foliolis pluribus: ſquamis ſetaceis margine integerrimis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 66. n. 35.*

Habitat in Caucaſi iberici alpini incultis. Circa Kaſbek, ad torrentem Terek frequens. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Caulis 1-2-pedalis: villis albis mollibus vagis. *Folia* minus diſſecta quam proxime praecedentium, ſpinis validis armata. *Flos* magnitudine Cn. eriophori inter ſumma folia aggregata et diminuta ſeſſilis: *calyce* arachnoideo-villoſiſſimo, ſquamis ſpinâ rectâ validâ. *Corollulae* purpureae.

1668. CNICUS *obuallatus.*

Cn. foliis amplexicaulibus glabris pinnatifidis: lobis dentato-laciniatis diuaricatis ſpinoſis, calycibus glabris ſeſſilibus: ſquamis inermibus mucronatis, bracteis diſſectis ſpinoſiſſimis.

Habitat in herbidis ſubalpinis Caucaſi; circa acidulam Narzana, verſus cacumen montis Beſchtau et in conuallibus alpium ibericarum. Floret Auguſto, Septembri. ♂

Accedit *habitu* ad Cn. ſpinoſiſſimum. *Flores* magnitudine, formà et colore fere inſequentis, nonnulli in ſummo caule approximati: ſinguli *bracteis* pluribus ſpinoſiſſimis decoloribus inuolucrati, ceu congerie ſpinarum pallidarum compoſitarum.

1669. CNICUS *acaulis.*

Cn. foliis pinnatifidis dentatis ciliato-ſpinoſis, pedunculis radicalibus unifloris, calycinis ſquamis lanceolatis arcte imbricatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1681. Hall. hiſt. n. 178.*

Carduus acaulis. *Flor. dan. t. 1114. Jacq. ic. rar. t. 579. collect. 1. p. 239.*

Cn. dubius. *Willd. prodr. berol. n. 801. t. 6. f. 11.*

Cirsium acaulos, flore purpureo. *Vaill. act. paris. a. 1718. p. 158.*

Carlina minor purpureo flore. *Clus. hist. 2. p. 156.*

Occurrit in alpibus Caucasi iberici: in alpe Kaischaur, ad latus meridionale Septembri florentem legi. ♃

Saepius et in Iberiâ *subcaulescens* reperitur, quam penitus *acaulis.*

1670. CNICUS *cynaroides.*

Cn. foliis sessilibus pinnatifidis, supra glabris subtus tomentosis: laciniis bilobis diuaricatis spinosis, calycibus ouatis arachnoideo-pubescentibus: squamis lanceolatis rigidis spinosis patentissimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1670.*

Carduus cynaroides. *Lamark dict. 1. p. 702. n. 28.*

Carduus creticus foliis lanceolatis splendentibus subtus incanis, flore purpurascente. *Tournef. cor. p. 31. (ex autopsiâ herb. Tournef.)*

Cinara Carlinae folio splendente, subtus incano. *Vaill. act. paris. a. 1718. p. 156.*

Crescit in abruptis lapidosis sterilibus Caucasi orientalis, circa Kurt-Bulak, nec alibi. Floret Junio, Julio. ♃

Planta circiter pedalis ramosa, *caule, foliorum* costâ superne et paginâ inferiore totâ niueo-tomentosis. *Rami* uniflori breues subcorymbosi. *Corollulae* purpureae.

1671. CNICUS *echinocephalus.*

Cn. foliis sessilibus rigidis profunde pinnatifidis subtus tomentosis: laciniis linearibus apice spinosis, calycibus globosis glabris: squamis lanceolatis spinosis patulis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1685.*

Cn. ſpinoſiſſimus. *Habl. taur. p. 158.*

Habitat in Tauriae abruptis lapidoſis: circa Koraſſubaſar et ad littus meridionale, ab Alupkâ ad Baluclanam frequens. Occurrit etiam in collibus calcareis, circa thermas Conſtantino-montanas Caucaſi. Floret Julio, Auguſto. ♃

Praecedente paullo *major* et ramoſior: *tomento* ſimili nineo caulis et foliorum. *Folia* ſegmentis anguſtiſſimis margine reuo-lutis: ſpinâ terminali et alterâ diuaricatâ ad baſin ſuperne. *Calyces* colorati juniores ſubuilloſi, aetate penitus glabri. *Coroll-lulae* purpureae.

413. ONOPORDON. Recept. fauoſum. Pappus capillaris. Calyx imbricatus: ſquamis mu-cronatis.

1672. ONOPORDON *Acanthium.*

O. calycinis ſquamis patentiſſimis, foliis decurrentibus tomentoſis ſinuatis dentatis ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1686. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 159. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

O. vulgare. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 152.*

Copioſum in ruderatis et cultis. Floret Junio, Julio, Au-guſto. ♂

1673. ONOPORDON *tauricum.*

O. calycinis ſquamis patentiſſimis capitulum aequantibus, foliis decurrentibus nudiuſculis ſubuiſcidis ſinuatis dentatis ſpi-noſis.

O. calycinis ſquamis patentiſſimis, foliis decurrentibus utrinque glabris ſinuatis dentatis ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1687.*

O. viride glutinoſum, maximo flore purpuraſcente. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 153. Barrel. ic. 501.*

Carduus creticus Acanthi folio viridi et glutinoso, flore purpurascente. *Tournef. cor. p. 31.*

Occurrit in Tauriae incultis. ♂

Praecedente paullo humilius, habitu simile, totum viride subuiscidum nec incanum. *Caulis* subuillosus. *Folia* formâ praecedentis subtus tantum pube vix nudo oculo conspiciendâ instructa: nervo medio villoso. *Capitula* magna sessilia: *calycibus* subuillosis viridibus, squamis subulatis praelongis patentissimis, in spinam validam excurrentibus, *corollas* purpureas aequantibus.

414. CARLINA. Recept. paleaceo-setosum. Corollae flosculosae. Calyx radiatus: squamis marginalibus longis, coloratis. Pappus paleaceo-plumosus.

1674. CARLINA *vulgaris.*

C. caule multifloro corymboso pubescente, foliis lanceolatis dentatis spinosis subtus pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1696. Flor. dan. t. 1174. Persoon ap. Usteri ann. 11. p. 13. Hall. hist. n. 182. Gmel. sib. 2. p. 82. n. 64. Habl. taur. p. 160.*

C. lanata. *Pall. ind. taur.*

C. silvestris vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 156. Vaill. act. paris. a. 1718. p. 173.*

Communis in graminosis montanis. Floret Augusto, Septembri. ♂

1675. CARLINA *Acarna.*

C. caule ramoso subcorymboso, floribus aggregatis involucratis: radio obsoleto decolore, foliis decurrentibus lineari-lanceolatis dentatis spinosis tomentoso-canis.

Cnicus (*Acarna*) foliis decurrentibus lanceolatis canis dentatis spinosis, floribus aggregatis involucratis, calycinis squa-

mis lanceolatis: inferioribus ſpinâ pinnatâ terminatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1665. Cauan. hiſp. 1. p. 39. t. 53. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

Carthamus caneſcens. *Lamark dict. 1. p. 639. n. 10.*

Acarna major, caule folioſo. *C. B. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 163.*

Chamaeleon ſalmanticenſis. *Cluſ. hiſt. 2. p. 155.*

In incultis agriſque reſtibilibus non rara. Floret Julio, Auguſto. ☉

1676. CARLINA *Echinus.*

C. caule ramoſo multifloro, calycibus terminalibus ſolitariis baſi ſpinoſiſſimis: radio obſoleto reflexo, foliis amplexicaulibus ſinuatis dentatis ſpinoſis ſubtus tomentoſis.

C. foliis ſpinoſis ſinuatis dentatis ſubtus tomentoſis, calycinis ſquamis ciliatis floſculis breuioribus: exterioribus ſpinoſis patulis, interioribus ſubulatis reflexis. *Marſch. caſp. p. 199. app. n. 68.*

Habitat in glareoſis ad torrentes Caucaſi; etiam in ſyluis Iberiae circa Ananur. Floret Julio, Auguſto. ♂

Varietas ſyluatica ramoſior minus eſt tomentoſa et ſpinoſa, caeterum ſpecie haud *diuerſa.*

415. CARTHAMUS. Recept. paleaceo-ſetoſum

Cal. ouatus, imbricatus: ſquamis apice ſubouato-foliaceis. Pappus paleaceus, ſcaber ſ. nullus.

1677. CARTHAMUS *oxyacantha.*

C. caule glabro: ramis ſubuilloſis, foliis oblongis integris ſpinoſo-dentatis: ſpinis acicularibus coloratis, feminibus nudis.

C ramis corymbosis pluribus, foliis glabriusculis lucidis: spinis tenuissimis coloratis, calycibus foliosis. *Marsch. casp. p. 198. app. n. 67.*

C. orientalis, aculeis flauescentibus donatus. *Tournef. cor. p. 33. Vaill. in act. paris. a. 1718. p. 170.*

Legi in aruis Caucasi orientalis, mare caspium versus, circa saxum Beschbarmak, Junio florentem. ⊙

Huic similliмum esse et vix nisi seminibus papposis differre Cnicum orientalem humiliorem, flore flauo, Carthami odore *Tournef. cor. p. 33*, Carthamoiden flauo flore, Carthami odore *Vaill. act. paris. a. 1718. p. 172* autopsia herbarii Tournefortiani edocuit. Ex quo patet. C. flauescentem *Willd. spec. plant. 3. p. 1706* ad Carthamoiden Vaillantii, nec ad nostrum pertinere et Tournefortii synonymon, *loc. cit.* allegatum, esse excludendum. Sed et utrumque specie non differre facile crediderim, quum affinium semina ambitus pappo etiam carere soleant.

1678. CARTHAMUS *glaucus*.

C. caule villoso, foliis pubescenti-canis spinoso-dentatis: inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus indiuisis lanceolatis; calycinis squamis interioribus lanceolatis aequalibus.

C. ramis subcorymbosis paucis, foliis superioribus villoso-viscidis glaucis; spinis foliaceo-marginatis, calycibus foliosis: squamis intimis lanceolatis aequalibus. *Marsch. casp. p. 196. app. n. 65.*

Cnicus atractylidis folio et facie incanus, patulus, flore purpurascente. *Tournef. cor. p. 33.*

Atractylis incana, patula: flore purpurascente. *Vaill. in act. paris. a. 1718. p. 171.*

Habitat in Caucasi orientalis et Iberiae australioris campis apricis. Floret a Junio, usque in Septembrim. ⊙

Tournefortii synonymon, a *Vahlio* ad C. dentatum allegatum, meo vindico ex autopsiâ herbarii Tournefortiani.

1679. CARTHAMUS *tauricus.*

C. caule villoſo, foliis pubeſcentibus lanceolatis ſpinoſo-dentatis, calycinis ſquamis interioribus ſubulatis ſub apice denticulatis.

C. (*lanatus*) ramis ſubcorymboſis paucis, foliis glabriuſculis viridibus: ſpinis foliaceo-marginatis, calycibus folioſis: ſquamis intimis ſub apice dilatatis ferrulatis. *Marſch. caſp. p. 197. app. n. 66.*

Carlina lanata. *Habl. taur. p. 160.*

Cnicus orientalis, Atractylis lutea dictus, altiſſimus. *Tournef. cor. p. 33.*

Atractylis lutea altiſſima. *Vaill. in act. pariſ. a. 1718. p. 171.*

Copioſus in Tauriae et Caucaſi, etiam in Iberiae apricis ſiccis. Floret Junio, Julio. ⊙

Caulis 1-3-pedalis, baſi ſimpliciſſimus, ſuperne corymboſo-ramoſus. *Folia* ſubuilloſa viridia omnia indiuiſa: inferiorum dentibus ſpinoſis longioribus. *Flores* magnitudine praecedentis: ſquamis *calycum* intimis ſub apice parum dilatatis dentatis. *Corollulae* pallide luteae: tubo filiformi longo, fauce inflatâ, limbi laciniis margine nigricantibus. *Filamenta* ſub apice villoſa. *Antherae* flauae corollulâ breuiores. *Stylus* corollulâ longior. *Stigma* ſimplex. *Receptaculum* conicum ſetoſum. *Semina* radii pappo deſtituta: diſci pappo paleaceo ſuſcoſcente. *Dignoſcitur* a C. lanato *foliis* inferioribus non diſſectis, *floſculis* pallidis; a C. cretico villoſitate imprimis *caulis* majore et *foliorum* dentibus minoribus; denique a C. dentato, cui proximus, *calycinis* ſquamis ſub apice multo minus dilatatis et colore *floſculorum* non purpureo.

1680. CARTHAMUS *cynaroides.*

C. caule foliiſque tomentoſis: radicalibus pinnatifidis, caulinis oblongis adnato-decurrentibus dentato-ſpinoſis; calycibus

solitariis aphyllis: squamis apice triangularibus reflexis. *Marsch. cusp. p. 195. app. n. 64.*

Habitat in Caucasi orientalis ruderatis, inter oppida Kubam et Schamachi; alibi mihi nusquam visus. Floret Junio, Julio. ♂

Planta albo-tomentosa facie Onopordi, etiam quoad *flores*. *Corollulae* albae.

416. BIDENS. Recept. paleaceum, planum. Semina tetragona. Pappus aristis 2 s. 4, erectis, scabris. Cor. radius flosculo uno alteroue radiante instructa.

1681. BIDENS *tripartita.*

B. floribus discoideis, calycibus exterioribus flore majoribus, seminibus erectis, foliis tripartitis lanceolatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1715. Curt. lond. Hall. hist. n. 121. Gmel. sib. 2. p. 137. n. 119. Pall. ind. taur.*

β. pumila digitalis subuniflora, foliis simplicibus.

B. tripartita *β. Retz obs. 1. p. 28.*

Copiosa in udis: *β* in glareosis ad riuum Podkumok, circa castellum Georgopolitanum. Floret Julio, Augusto. ☉

417. CACALIA. Recept. nudum. Pappus pilosus. Calyx cylindricus, oblongus, basi tantum subcalyculatus.

* *Herbaceae.*

1682. CACALIA *macrophylla.*

C. caule herbaceo paniculato-corymboso, foliis petiolatis glabris denticulatis: inferioribus reniformi-cordatis, superioribus lanceolatis; petiolis aequalibus, corymbis decompositis, calycibus subquinqueflоris.

Habitat in alpe Kaiſchaur Caucaſi, ubi Auguſto, Septembri florentem legi. ♃

Planta ſpecioſa 3-4-pedalis ramoſa: *ramis* paniculatis ſubcorymboſis. *Folia* inferiora dodrantem lata, latiora quam longa, inaequaliter dentata; adſcendendo in caule ſenſim minus dilatata baſique acutiora: ſuperiora lanceolata, floralia lineari-lanceolata. *Corymbi* ampliſſimi decompoſiti. *Calyces* baſi ſquamis vagis minutis, pentaphylli: foliolis lanceolatis viridibus margine membranaceis. *Floſculi* ſubquini lutei. *Dignoſcitur* ab affinibus C. alpinâ et albifronte corollularum colore et ramoſitate caulis.

418. EUPATORIUM. Recept. nudum. Pappus pilo-ſus ſ. ſcaber. Calyx oblongus, imbricatus. Stylus ſemibifidus, longus.

* *Calycibus 3-5-floris.*

1683. EUPATORIUM *cannabinum.*

E. foliis petiolatis tripartitis: laciniis lanceolatis ſerratis, intermediâ longiore. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1756. Flor. dan. t. 745. Hall. hiſt. n. 136. Pall. ind. taur. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 302.* E. trifoliatum. *Habl. taur. p. 162.*

Commune in udis. Floret a Julio, uſque in autumnum. ♃

Folia ſuperiora ſimplicia.

419. CHRYSOCOMA. Recept. nudum. Pappus ſimplex. Calyx hemiſphaericus, imbricatus. Stylus vix floſculis longior.

* *Herbaceae.*

1684. CHRYSOCOMA *Linoſyris.*

Chr. herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1791. Kniph. cent. 2. n. 14. Hall. hiſt. n. 144. Pall. ind. taur.*

Oſyris auſtriaca. *Ciuſ. hiſt. 1. p. 325.*

Conyza Linariae folio. *Tournef. inſt. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 301.*

Conyza humilior glabra, Linariae foliis, floribus luteis umbellatis. *Amm. ruth. n. 191.*

In herbidis apricis ſiccis communis. Floret ab Auguſto, uſque in ſerum autumnum. ♃

1685. CHRYSOCOMA *dracunculoides.*

Chr. herbacea, foliis lineari-lanceolatis trineruiis ſcabris, floribus corymboſis, calyce laxo. *Lamark dict. 2. p. 192. n. 9.*

Chr. (*biflora*) herbacea paniculata, foliis lanceolatis trinerviis punctatis nudis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1792. Gmel. ſib. 2. p. 189. n. 154. var. VI. t. 82. f. 1. Pall. ind. taur.*

After acris. *S. G. Gmel. it. 1. p. 172. t. 38. f. 2.*

Conyza lini foliis aſperis rigidis et neruoſis, floribus luteis umbellatis. *Amm. ruth. n. 192.*

Frequens in campis apricis ſiccis ſubſalſis Tauriae. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Caules leuiter pubeſcentes. *Folia* nuda ſcabra. *Pedunculi pedicellique* folioſi. *Flores* magnitudine praecedentis: *calycinis* ſquamis erectis, intimis majoribus oblongis acutiuſculis ſcarioſis. An *varietas* Afteris dracunculoidis?

1686. CHRYSOCOMA *villoſa.*

Chr. herbacea, foliis lanceolatis villoſis, calycibus arctis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1792. Wa'dſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 58. Gmel. ſib. 2. p. 192. n. 155. t. 82. f. 2. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

Conyza oleaefolia. *Lamark dict. 2. p. 86. n. 20.*

Conyza tomentoſa et incana, floribus luteis umbellatis, echii ſcorpioidis folio. *Amm. ruth. n. 190.*

Conyzā minor cinereà, flore magno. *Buxb. cent. 2. p. 23. t. 18. f. 1.*

Conyzā orientalis pumila incana Oleae folio. *Tournef.* cor. *p. 33. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 299.*

Copioſa in campeſtribus tam Tauriae, quam Caucaſi. Theae ſuccedaneum colonis germanis, ad Boryſthenem. Floret ab Auguſto, uſque in ſerum autumnum. ♃

SUPERFLUA.

420. TANACETUM. Recept. nudum. Pappus ſubmarginatus. Cal. imbricatus, hemiſphaericus. Corollulae radii obſoletae, 3-fidae.

1687. TANACETUM *vulgare.*

T. foliis bipinnatis inciſis ferratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1814. Flor. dan. t. 871. Hall. hiſt. n. 132. Gmel. ſib. 2. p. 133. n. 115. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 281. n. 1.*

Copioſum in incultis. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♃

421. ARTEMISIA. Recept. ſubuilloſum, vel nudiuſculum. Pappus nullus. Cal. imbricatus: ſquamis rotundatis, conniuentibus. Corollulae radii nullae.

* *Fruticoſae.*

1688. ARTEMISIA *procera.*

A. fruteſcens, caule ramoſo patente, foliis omnibus bipinnatis capillaceis, calycibus glabris hemiſphaericis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1818.*

A. *(paniculata)* caulibus numerofis fuffruticofis erectis, foliis multifidis fetaceis, calycibus (globofis) lucidis. *Lamark dict. 1. p. 265. n. 20.*

Occurrit in Iberiâ. ♄

Folia viridia fubincana: laciniis tenuiffimis longiufculis; etiam ea quae paniculâ comprehenduntur compofita. *Flores* formâ et magnitudine A. ponticae, nutantes. *Receptaculum* nudum. *Calyx* multiflorus: foliolis oblongis glabriufculis. *Corollulae* pubefcentes purpurafcentes.

1689. ARTEMISIA *pauciflora.*

A. frutefcens, foliis inferioribus fericeis bipinnatis: pinnis fubtripartitis linearibus, fuperioribus glabris: floralibus fimplicibus. paniculâ decompofitâ erectâ, calycibus oblongis glabris paucifloris nutantibus.

A. foliis caulinis pinnatis trifidifue filiformibus pubefcentibus, caule adfcendente fubdiuifo, paniculâ ftrictâ fubfecundâ, floribus oblongis fubfeffilibus erectis tri-quadrifloriue. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1858. Stechm. monogr. n. 21.*

A. fruticofa. ramis virgatis filiformibus, corymbis fecundis fpicatis fubfeffilibus. *Gmel. fib. 2. p. 116. n. 101. t. 52. f. 1. 2. peffimae.*

Habitat in fabulis martimis ad Bofphorum Tauriae, maximâ vero copia in arenâ mobili ad Wolgam, inter Zarizyn et Aftrachan. *Floret Auguſto, Septembri.* ♄

Suffrutex interdum virgis bipedalibus cinerafcentibus, faepius humilis diflortus. *Rami* annotini *plures, juniores* cum foliis primigenis pube fericeâ fordide-albicante veftiti, aetate glabri, ficut *folia* fuperiora. *Panicula* glabra ramofiffima conferta: *foliis* fubulatis ad bafin omnium fubdiuifionum; pedicellorum minutis. *Pedicelli* breuiffimi. *Flores* magnitudine A. nutantis oblongo-conici: *calyce* ftramineo nitido, *floſculis* paucis

luteſcentibus. *Receptaculum* nudum. De Gmelini *ſynonymo* ex loco potiſſimum natali, ab eo indicato, certus ſum; deſcriptio enim manca eſt, et icones peſſimae.

* * *Herbaceae, caule ramoſo, floribus paniculatis, foliis compoſitis.*

1690. ARTEMISIA *taurica.*

A. foliis incanis: inferioribus decompoſitis, lacinulis linearı-ſetaceis breuibus: ſummis ſimplicibus, paniculâ decompoſitâ erectâ, calycibus ouato-oblongis incanis erectis ſuboctofloris.

A. foliis incanis: inferioribus bipinnatis, ſuperioribus pinnatis: pinnis lineari-filiformibus, caule erecto, floribus oblongis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1857.*

A. Abrotanum. *Habl. taur. p. 128.*

Frequens in campeſtribus Tauriae. Floret elobri, Cconge-nerum omnium maxime ſerotina. ♃

Stipes humillimus diſtortus ligneſcens, e quo *caules* annotini complures erecti pedales ſeſquipedalesue exili pube, ſicut tota planta incani. *Folia* inferiora decompoſita petiolata: pinnis diuaricatis pedicellatis; pinnulis ternis ſeu quinis tenuiſſimis margine reuolutis 2-3 lineas longis; ſuperiora ſenſim minus compoſita pinnata ſeſſilia, floralia ſumma ſimplicia. *Panicula* ampla ramoſiſſima erecta aut ſubpatula: *floribus* alternis ſeſſilibus erectis. *Bracteae* inferiores pinnulis ſimiles, ſuperior minimae. *Calycinae* ſquamae ouato-oblongae incanae, dorſo virides; apice quandoque ſpadiceae. *Floſculi* circiter 8 rarius 5, omnes hermaphroditi: *corollulis* glabris luteis extus purpuraſcentibus, interdum toto limbo purpureo. *Receptaculum* nudum. *Variat* paniculae ramis ramulisque longioribus laxioribusque, Ad ejuſdem varietates videtur referenda. *Artemiſiae Gmel. ſib. 2. p. 111. n. 95 varietas* corymbis majuſculis.

1691. ARTEMISIA *nutans.*

A. foliis tomentofis: inferioribus decompofitis lacinulis linearibus obtufiufculis breuibus, fuperioribus fimplicibus; paniculà decompofità patente: ramis fub florefcentià nutantibus, calycibus cylindricis fubpedicellatis fubtrifloris.

A. foliis caulinis pinnatis trifidisue linearibus: rameis linearibus indiuifis, caule erecto paniculato: ramis nutantibus fecundis, floribus oblongis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1831.*

A. incana lanuginofa tenuiffime laciniata, ramis expanfis et quafi pendulis. *Vaill. act. parif. a. 1719. p. 286.*

β. minus elongata, paniculae ramis breuioribus rectiufculis, foliorum lacinulis tenuioribus.

A. Lerchiana. *Stechm. monogr. n. 18. Linn. ed. Willd. 3. p. 1838.*

A. fruticofa incana, foliis inferioribus pinnatis breuibus tenuiter diuifis: pinnis palmatis, fuperioribus linearibus indiuifis; corymbis feffilibus copiofiffimis fpicatis oblongis. *Gmel. fib. 2. p. 114. t. 50. f. 2. 3. peffimae.*

Habitat in Tauriae campeftribus, etiam in martimis arenofis, praefertim ad Bofphorum Cimmerium; *β* in campeftribus fubfalfis, ad Wolgam inferioriorem. Floret Septembri, Octobri. ♃

Praecedente altior et gracilior, bafi minus ramofa: *ramis* floriferis ad angulum rectum patentibus apice recuruis; *ramulis* etiam patentiffimis reflexis. *Tomentum* omnium partium in juniore denfius quam praecedentis, praeter *calyces*, qui fubglabri. *Foliola* praecedente latiora margine non reuoluta. *Flores* magnitudine praecedentis: *calycibus* anguftioribus 3-4-floris. *Corollulae* formâ praecedentis fpeciei. *Receptaculum* nudum. *Rami* juniores erecti, abfolutâ etiam florefcentiâ adfcendere folent, ut *flores* quoque erecti appareant; porro aetate *tomentum* totius plantae euadit minus, hinc ab autoribus, fecundum fpecimina herbariorum ficca, fpecies nonnullae conftitutae fuiffe videntur reuerâ non diuerfae. *Varietatem β* conjungo, fpe-

ciminibus in loco natali aſtrachanenſis gubernii, a Gmelino indicato lectis fretus. *Varietas* alia ramis erectis lacinulisque foliorum admodum tenuibus, in Ucraniae campeſtribus obuia inter hanc et A. valleſiacam ambigit, quae tamen, praeter *foliorum* lacinulas tenuiores et *ramos* floriferos breuiores ſtrictioresque etiam *calycibus* niueo-tomentoſis atque *floſculis* pluribus ab hac quoque varietate *differre* videtur.

1692. ARTEMISIA *monogyna*.

A. foliis tomentoſo-canis: inferioribus decompoſitis lacinulis linearibus obtuſiuſculis, ſuperioribus ſimplicibus; caule paniculato, calycibus ouato-oblongis pedicellatis erectiuſculis ſubquinqueflo.is.

A. foliis multipartitis cano-tomentoſis, racemis erectis ſecundis, calycibus erectis ſubquinqueflo.is: floſculo foemineo unico aut nullo. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. p. 77. t. 75. Linn. ed. Willd. 3. p. 1832.*

A. fruticoſa incana ramoſiſſima, corymbis ſeſſilibus ſpicatis ſubrotundis, foliis ſuperioribus linearibus breuiſſimis obtuſiuſculis. *Gmel. ſib. 2. p. 115. n. 100. t. 51.*

Circa Tauriae lacus ſalſos paſſim reperitur. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Habitus, ſtatura et *folia* praecedentis, *flores* fere penultimae. *Differt* a priore *tomento* omnium partium minus denſo, *ramis ramulisque* floriferis patulis vix autem reflexis, *floribus* amplioribus, *calycibus* ſaepe ſpadiceo-rubeſcentibus, *floſculis* pluribus. An vere ab hac *diuerſa* A. ſantonica *Linn. ſpec. pl. p. 1185. Stechm. monogr. n. 25. Lamark dict. 1. p. 268 n. 32?*

1693. ARTEMISIA *faſciculata*.

A. foliis tomentoſis, inferioribus decompoſitis: lacinulis linearibus planis breuibus, ſummis ſimplicibus; paniculâ corymboſâ, calycibus faſciculatis ouatis incanis.

Abſinthium orientale incanum tenuifolium, floribus luteis in capitulum congeſtis et ſurſum ſpectantibus. *Tournef.* cor. *p. 34.* (*ex autopſiâ herbarii Tournefortiani!*)

Tanacetum perenne incanum, Abſinthii auſtriaci folio. *Vaill. act. pariſ. a 1719. p. 281.*

Frequens in rupeſtribus Iberiae, ad Cyrum fluuium, prope Tiflin. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Staturu, *pubes* et *folia* A. nutantis. *Rami* floriferi verſus caulis apicem corymboſi: *ramulis* breuibus, apice *floribus* 2-6 faſciculatis ouatis magnitudine antepenultimae. *Squamae* breuiſſimae tomentoſae ad baſin calycis. *Calycina* foliola ouata dorſo incana: margine ſcarioſo, interiorum latiore. *Receptaculum* nudum. *Floſculi* circiter 16, nonnulli ambitus feminei. *Corollulae* luteo-purpuraſcentes: limbo pubeſcente.

Tanacetum incanum *Willd. ſpec. pl. 3. p. 1811* eſſe plantam a noſtrâ diuerſam edocuit ſpecimen ſiccum mihi a Clariſſ. viro communicatum; excludatur igitur *loc. cit. ſynonymon Tournefortii.* E. Tourneſortanis forte potius ad Tanacetum incanum ſpectat Millefolium orientale altiſſimum luteum, Abrotani folio *cor. p. 37.*

1694. ARTEMISIA *auſtriaca.*

A. ſoliis incano-ſericeis: inferioribus pinnatis, pinnis tripartitis linearibus; rameis tripartitis ſimplicibuſque, caule erecto paniculato, floribus pedunculatis ſubrotundis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1836. Jacq. auſtr. 1. p. 61. t. 100.*

A. alba. *Habl. taur. p. 144.*

Abſinthium auſtriacum tenuifolium. *Cluſ. hiſt. 1. p. 339. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 283. n. 9.*

Copioſa in campeſtribus ſiccis Tauriae Caucaſique. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Radix multicaulis repens. *Caules* pedales: ſuperne *ramis* floriferis paniculatis erecto-patulis. *Folia* undique ſericeo-cana; pinnulis linearibus acutiuſculis breuibus. *Flores* racemoſi bre-

uiſſime pedicellati nutantes, A. ponticâ minores magiſque oblongi. *Bracteae* minimae calyci adpreſſae, foliorum ſubſtantiâ et pube. *Squamae calycinae* oblongae ſcarioſae tomentoſae. *Floſculi* ambitus feminei 6-10, hermaphroditi diſci 5-7. *Corollulae* luteae aut purpuraſcentes: lacinulis apice albo-villoſis. *Receptaculum* nudum. Huic A. repens *Pall.* (*Linn. ed. Willd. 3. p. 1840*) nimis *affinis* videtur et forte eadem. Gmelinus in *florâ ſibiricâ* non ſolum infequentem, ſed et hanc cum A. campeſtri Linn. forte confudit.

1695. ARTEMISIA *inodora.*

A. foliis incanis: inferioribus compoſitis linearibus, floralibus ſimplicibus; caule erecto virgato, ſpicis folioſis paniculatis, calycibus ouatis erectis ſeſſilibus.

A. campeſtris. *Pall. ind. taur.*

A. foliis multifidis linearibus var. j. caule erecto. *Gmel. ſib. 2. p. 117. n. 102. t. 63. f. 1. 2.*

A. italica elatior, Delphinii folio viridi, inodora. *Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 287?*

Copioſa in Tauriae ſiccis, etiam rupeſtribus et in campis apricis ad Caucaſum. Floret a Julio, ad Septembrim. ♃

Caules 2-3 pedales rubelli, apice cineraſcentes, baſi ſimplices; ſuperne *ramis* paniculatis virgatis erectis. *Folia* cineraſcentia: inferiora compoſita longe petiolata, ſuperiora ſeſſilia, ramea ſumma et floralia ſimplicia. *Foliola* linearia longitudine A. campeſtris. *Panicula* compoſita ex racemis numeroſis alternis adſcendendo ſenſim breuioribus. *Flores* ouati praecedente minores alterni ſeſſiles. *Bracteae* inferiores flore multo longiores, ſummae longitudine floris *Calyces* ſubcinerei, baſi ſoliolis nonnullis minimis aucti: ſquamis ouatis concauis obtuſiuſculis albido-membranaceis dorſo coloratis. *Floſculi* dilute purpurei: hermaphroditi diſci circiter 8, feminei ambitus totidem minutiſſimi. *Receptaculum* nudum. Herba trita tantum *odore* leui Caro-tae aemulo pollet, alioquin plane inodora.

1696. ARTEMISIA *ſcoparia.*

A. foliis caulinis ſetaceis pinnatis glabris: radicalibus pinnatis multifidis ſericeis, caule erecto, ramis ramuloſis, floribus ouatis pedunculatis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1827. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 65.*

A. piperita. *Pallas.*

Abrotanum orientale annuum, Abſinthii minoris ſolio. *Tournef. cor. p. 34.*

Copioſa in Tauriae Caucaſique campeſtribus. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

Flores parui ſubgloboſi glabri. *Calycinae* ſquamae 3-4 obtuſae concauae flauicantes. *Floſculi* feminei ambitus numeroſi; hermaphroditi diſci ſaepe quinque purpuraſcentes. *Receptaculum* nudum.

1697. ARTEMISIA *pontica.*

A. foliis ſubtus tomentoſis: caulinis bipinnatis, foliolis linearibus: rameis ſimplicibus, floribus ſubrotundis pedunculatis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1840. Jacq. auſtr. 1. p. 60. t. 99. Hall. hiſt. n. 129. Gmel. ſib. 2. p. 121. n. 105. Pall. ind. taur.*

Abſinthium ponticum vulgare. *Cluſ. hiſt. 1. p. 339. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 282. n. 8.*

Communis in campeſtribus tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret Auguſto, Septemri. ♃

1698. ARTEMISIA *chamaemelifolia.*

A. foliis glabris: inferioribus tripinnatis, ſuperioribus bipinnatis, foliolis linearibus acutis, caule erecto, paniculâ virgatâ, floribus globoſis pedunculatis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1841. Villars delph. 3. p. 250. t. 53. Lamark dict. 1. p. 265. n. 22.*

Abrotanum orientale Chamaemeli folio. *Tournef. cor. p. 34. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 284. n. 21. (ſub Abſinthio)*

Occurrit in Caucaſi iberici collibus ſiccis. Circa Ananur Septembri florentem legi. ♃

Simillima praecedenti. *Differt foliolis* longioribus diuaricatis et defectu *tomenti;* tum *floribus* paullo majoribus, *calycibus* longioribus ſcariosis ſuſceſcentibus glabris.

1699. ARTEMISIA *Abſinthium.*

A. foliis incanis: radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis lanceolatis dentatis obtuſis: caulinis bipinnatifidis pinnatifidiſue, laciniis lanceolatis acutiuſculis; floralibus indiuiſis lanceolatis, floribus globoſis pedunculatis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1844. Kniph. cent. 4. n. 8. Hall. hiſt. n. 124. Gmel. ſib. 2. p. 129. n. 112. t. 63. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 128.*

Abſinthium vulgare majus. *Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 282.*

Commune in ruderatis, ad vias et aggeres. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♃

1700. ARTEMISIA *vulgaris.*

A. foliis ſubtus tomentoſis: caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis ſubdentatis acutis; floralibus indiuiſis lineari-lanceolatis, floribus ſubſeſſilibus oblongis erectis, calycibus tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1845. Blackw. t. 401. Hall. hiſt. n. 130. Gmel. ſib. 2. p. 108. n. 93. Pall. ind. taur.*

A. officinarum. *Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 285.*

Copioſa in ruderatis, ad ſepes et vias. Floret Julio, Auguſto. ♃

**** Herbaceae, caule ſimpliciſſimo, floribus racemoſis.*

1701. ARTEMISIA *alpina.*

A. caule herbaceo ſimpliciſſimo, foliis palmato-multifidis albo ſericeis acutis, ſpicis axillaribus paucifloris, floribus globoſis ſubſeſſilibus nutantibus.

A. *(caucaſica)* caule herbaceo ſimpliciſſimo, foliis omnibus palmato-multifidis albo-ſericeis acutis, pedunculis axillaribus ſpicatis, floribus globoſis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 18-3.*

A. rupeſtris. *Pall. ind. taur.*

A. glacialis. *Habl. taur. p. 150.*

β. floribus axillaribus ſolitariis.

A. *(alpina)* caule herbaceo ſimpliciſſimo, foliis palmato-multifidis albo-ſericeis: ſummis floralibus ſimplicibus, pedunculis axillaribus unifloris nutantibus, floribus globoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1824.*

Habitat in rupeſtribus apricis Tauriae et Caucaſi. Floret Julio, Auguſto. ♃

Spicae pedunculatae ex axillis foliorum inferiorum; intermediae ſeſſiles floribus paucioribus; denique ex ſummorum foliorum axillis flores ſolitarii. In plantis macilentis *flores* ſolitarii ex omnibus axillis: ergo A. caucaſica et alpina *Willd.* ſunt unius ejuſdemque ſpeciei *varietates*, altera laetius vegetans, altera macilenta.

422. GNAPHALIUM. Recept. nudum. Pappus piloſus ſ. plumoſus. Calyx imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis, coloratis.

* *Herbacea: Chryſocoma.*

1702. GNAPHALIUM *arenarium.*

Gn. herbaceum, foliis incanis tomentoſis obtuſis: radicalibus ſpathulato lanceolatis, caulinis lineari-lanceolatis, corymbo compoſito. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1867. Flor. dan. t. 641. Gmel. ſib. 2. p. 107. n. 90. Pall. ind. taur. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 292. n. 13.*

Chryſocoma prima vulgaris. *Cluſ. hiſt. 1. p. 326.*

Commune in campis apricis ficcis, praefertim arenofis. Floret Majo, Junio, Julio. ♃

Folia etiam ſumma obtuſiuſcula.

1703. GNAPHALIUM *graueolens.*

Gn. herbaceum, foliis lanuginoſis canis: radicalibus ſpathulatis trineruiis, caulinis lineari-lanceolatis: ſuperioribus acutis, corymbo compoſito.

β. foliis anguſtis, floribus minoribus.

Habitat in Tauriae montibus altioribus et β in Caucaſo orientali ſubalpino. Floret Julio, Auguſto. ♃

Praecedenti maxime *affine*, imprimis quoad inflorefcentiam et flores: *lanugo* longior praefertim ſuperne. *Folia* ſuperiora acutiuſcula mucrone minimo debili exarido terminata. *Planta* tota *odore* pollet graui fere Meliloti. An hoc Gn. lauanduliſolium *Willdenouii?* ſed noſtrum nequaquam glutinoſum, nec *folia* omnia obtuſa.

1704. GNAPHALIUM *candidiſſimum.*

Gn. herbaceum, foliis candidis *niueo-tomentoſis* ſubcarnoſis: inferioribus ſpathulatis, ſummis acutiuſculis, corymbo-compoſito, calicibus tomentoſis. *Marſch. caſp. p. 200. app. n. 69.*

Gn. herbaceum, foliis candidis fericeo-tomentoſis lineari-lanceolatis acutiuſculis, corymbo compoſito, calycibus cylindraceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1868.*

Habitat in glareoſis, ad torrentes montium caucaſicorum. Floret Julio, Auguſto. ♃

1705. GNAPHALIUM *luteo-album.*

Gn. herbaceum, foliis ſemiamplexicaulibus lineari-lanceolatis ſubrepandis utrinque pubeſcentibus: inferioribus obtuſis, ſuperioribus acutis, corymbo glomerato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1871. Kniph. cent. 1. n. 37. Hall. hiſt. n. 147.*

Gn. majus, lato oblongo folio. *Morif. hift. 3. fect. 7. t. 11.*

Helichryfum fylueftre anguftifolium, capitulis conglobatis. *C. B. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 291.*

Prouenit in glareofis ad torrentes Caucafi orientalis, praecedentibus rarius. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

** *Herbacea: Argyrocoma.*

1706. GNAPHALIUM *dioicum.*

Gn. farmentis procumbentibus, caule fimpliciffimo, foliis radicalibus fpathulatis, corymbo coarctato. floribus dioicis, calycinis fquamis interioribus elongatis obtufis coloratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1882. Kniph. cent. 3. n. 44. Hall. hift. n. 157. Gmel. fib. 2. p. 105. n. 86. Habl. taur. p. 151. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 293. 294. n. 33. 34.*

Pilofella minor. *Cluf. hift. 1. p. 330.*

Crefcit in Tauriae montibus altioribus. ♃

*** *Filaginoidea.*

1707. GNAPHALIUM *rectum.*

Gn. caule herbaceo erecto fimplici, foliis lineari-lanceolatis fubtus fericeis, floribus terminalibus et axillaribus feſſilibus fpicatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1885. Flor. dan. t. 1229. Hall. hift. n. 148. Gmel. fib. 2. p. 106. n. 88.*

Gn. fyluaticum. *Lamark dict. 2. p. 757. n. 71. Scop. carn. ed. 2. n. 1046. t. 56. Habl. taur. p. 164.*

Helichryfum fpicatum. *Tournef. inft. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 295.*

Occurrit in alpeſtribus Caucafi. Floret Julio, Auguſto. ♃

1708. GNAPHALIUM *germanicum.*

Gn. herbaceum, caule erecto dichotomo, foliis linearilanceolatis tomentofis acutis, floribus globofo-capitatis alaribus terminalibufque. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1894. Lamark dict. 2. p. 759. n. 80. J. Bauh. hift. 3. p. 158.*

Filago germanica. *Linn. fpec. pl. p. 1311. Hall. hift. n. 153. Leers herb. n. 677. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 297. n. 5.*

Occurrit in herbidis montanis ficcis Caucafi orientalis. Floret Junio. ⊙

Capitula fphaerica multiflora. *Calyx* apice albo-fcariofus acuminatus mucronatus.

1709. GNAPHALIUM *minimum.*

Gn. herbaceum, caule erecto ramofo, foliis lanceolatis canefcentibus, floribus confertis folitariisque lateralibus et terminalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1896. Smith brit. 2. p. 873.*

Gn. montanum. *β.* caulibus ramofiffimis diffufis, foliis minus erectis longioribus. *Lamark dict. 2. p. 760 fub n. 83.*

Gn. quintum minus. *Tabern. Kraeut. p. 780.*

Hinc inde in alpibus caucaficis reperitur. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

Puſillum, Gn. montano proximum; ſed *incanum*, nec lanuginoſum; indeterminate *ramoſum*, nec ramis corymboſis; *foliis* patentibus, nec ſtrictis. *Glomeruli* ſeſſiles laterales et terminales pauciflori. *Calycinae ſquamae* totae lanuginoſae margine ſcarioſo anguſto.

1710. GNAPHALIUM *aruenſe.*

Gn. herbaceum, caule erecto paniculato, foliis oblongo-lanceolatis lanuginoſis, floribus congeſtis lateralibus terminalibuſque tomentoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1897. Lamark dict. 2. p. 759. n. 81.*

Filago arvenſis. *Linn. ſpec. pl. p. 1312. Leers herb. n. 679. Hall. hiſt. n. 154.*

Filago incana tomentoſa erecta. *Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 296.*

Creſcit in campeſtribus ad fluvium Terek, inter Kiſliar et Moſdok. Floret aeſtate. ⊙

Gn. Lagopus *Willd.* eſt mera hujus *varietas* denſe lanuginoſa, *foliis* nonnihil latioribus.

423. XERANTHEMUM. Recept. paleaceum. Pappus paleaceo-ſetaceus. Calyx imbricatus radiatus: radio colorato.

1711. XERANTHEMUM *annuum.*

X. calycinis ſquamis obtuſis ſcarioſis: interioribus radii lanceolatis obtuſis patentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1901. Jacq. auſtr. 4. p. 46. t. 388. Hall. hiſt. n. 122. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 122. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 175. n. 1.*

Centaurea dubia. *S. G. Gmel. it. 1. p. 126. t. 20.*

Ptarmica auſtriaca. *Cluſ. hiſt. 2. p. 11.*

Frequens in apricis ſiccis. Floret a Junio, uſque in autumnum. ⊙

1712. XERANTHEMUM *inapertum.*

X. calycinis ſquamis acutis margine membranaceis: interioribus radii lanceolatis acutis conniventibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1902. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 6. t. 12. f. 1.*

X. annuum. *β. Linn. ſpec. pl. p. 1201.*

X. capitulis inapertis. *Hall. helu. ed. 1. p. 709. t. 23.*

X. flore ſimplici, minimo, dilute purpuraſcente. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 175.*

Cum praecedente copioſum eodemque tempore floret. ⊙

424. CARPESIUM. Recept. nudum. Pappus nullus. Calyx imbricatus: squamis exterioribus reflexis.

1713. CARPESIUM *cernuum.*

C. floribus terminalibus solitariis cernuis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1912. Jacq. austr. 3. t. 204. Hall. hist. n. 134.*

Balsamita Conyzae folio, flore cernuo. *Vaill. act. paris. a. 1719. p. 280.*

Aster cernuus. *Column. ecphr. p. 251. ic. p. 252.*

In nemoribus circa fortalitium Georgopolitanum, nec non in Iberiâ reperitur. Floret Julio, Augusto. ♃

1714. CARPESIUM *abrotanoides.*

C. floribus axillaribus racemosis secundis.

C. floribus axillaribus subsolitariis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1913. Wulffen ap. Jacq. collect. 2. p. 267. Lamark illustr. tab.*

Habitat in Iberiae sylvis, ad riuum Aragum, circa Ananur Augusto, Septembri. ♃

Flores aut solitarii, aut nonnulli in racemulo axillari brevissimo, praecedente quadruplo minores.

425. CONYZA. Recept. nudum. Pappus simplex. Calyx imbricatus, subrotundus. Corollulae radii trifidae.

* *Herbaceae, foliis non decurrentibus.*

1715. CONYZA *squarrosa.*

C. foliis scabris: caulinis ouato-oblongis serratis, rameis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1918. Flor. dan. t. 622. Hall. hist. n. 135. Pall. ind. taur.*

C. major vulgaris. *C. B. Vaill. act. parif. a. 1719. p. 298.*

C. prima. *Tabern. Kraeut. p. 1243.*

Occurrit in nemoribus, hinc inde. Floret Julio, Auguſto. ♃

** *Herbaceae, caule alato.*

1716. CONYZA *thapſoides.*

C. foliis decurrentibus ouatis mucronatis tomentoſis: inferioribus ſerratis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1949.*

Habitat in herbidis circa ſertalitum Georgopolitanum Caucaſi, et ad radices montis Beſchtau. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caulis 1-2-pedalis ſuperne ramoſus ſubcorymboſus. *Folia* Verbaſci ſubſerrata venoſo-rugoſa tomentoſa ſubtus caneſcentia: *radicalia* lato-lanceolata in petiolum attenuata, *caulina* latiora adnato-decurrentia. *Flores* aggregati corymboſi: pedunculis breuiſſimis, *facie* praecedentis, ſed *calycis* ſquamae non apice reflexae.

426. ERIGERON. Recept. nudum. Pappus piloſus. Corollulae radii lineares, anguſtiſſimae.

1717. ERIGERON *canadenſe.*

E. caule floribuſque paniculatis hirtis, foliis lanceolatis ciliatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1954. Flor. dan. t. 292. Leers herb. n. 654. Hall. hiſt. n. 84.*

Conyza annua acris alba elatior, linariae foliis. *Bocc. ſic. p. 85. t. 46.*

In ruderatis cultiſque Caucaſi commune. Floret aeſtate. ☉

1718. ERIGERON *acre.*

E. pedunculis alternis unifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1959. Curt. lond. Leers herb. n. 655. Hall. hiſt. n. 85. Gmel. ſib. 2. p. 194. n. 158. Pall. ind. taur.*

Creſcit in collibus ſiccis hinc inde. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♃

427. TUSSILAGO. Recept. nudum. Pappus ſimplex. Calyx: ſquamae aequales, diſcum aequantes, ſubmembranaceae. Corollulae femineae ligulatae ſ. edentulae.

1719. TUSSILAGO *Farfara.*

T. ſcapo unifloro ſubnudo bracteato, flore radiato, foliis cordatis angulatis dentatis ſubtus pubeſcentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1967. Flor. dan. t. 595. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 143. Gmel. ſib. 2. p. 140. n. 121. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 138.*

Copioſa in abruptis argilloſis, ſterilibus. Floret Martio, Aprili. ♃

1720. TUSSILAGO *Petaſites.*

T. thyrſo oblongo, floribus diſcoideis, foliis oblongo-cordatis inaequaliter denticulatis ſubtus pubeſcentibus: lobis approximatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1971. Hoppe enchirid. a. 1803. p. 35.*

Petaſites major et vulgaris. *C. B. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 305.*

☿ Hermaphrodita: floribus omnibus hermaphroditis.

T. *(Petaſites)* thyrſo ouato, floſculis omnibus hermaphroditis. *Linn. ſpec. pl. p. 1215. Curt. lond. Flor. dan. t. 842. Hall. hiſt. n. 138. Pall. ind. taur.*

Petaſites. *Clus. hiſt. 2. p. 116.*

♀ Femina: thyrſo elongato, pedunculis multibracteatis, floribus femineis nudis plurimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1971.*

T. *(hybrida)* thyrſo oblongo, floſculis femineis nudis plurimis. *Linn. ſpec. pl. p. 1214. Hall. hiſt. n. 140 et opuſc. p. 77. n. 2. Pall. ind. taur.*

Petaſites major, floribus pediculis longis inſidentibus. *Dill. elth. f. 297.*

Communis in inumbratis, ad foſſas et riuulos. Floret Aprili, Majo. ♃

428. SENECIO. Recept. nudum. Pappus ſimplex. Calyx cylindricus, calyculatus: ſquamis apice ſphacelatis.

* *Floribus floſculoſis.*

1721. SENECIO *vulgaris.*

S. corollis nudis, foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis, floribus corymboſo-coarctatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1979. Flor. dan. t. 513. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 58. Gmel. ſib. 2. p. 135. n. 117. Pall. ind. taur. Vaill. act. pariſ. a. 1719. p. 307. n. 1.*

Creſcit in Tauriae meridionalis ſterilibus rarius. Floret Majo. ☉

** *Floribus radiatis: radio patente, foliis pinnatifidis.*

1722. SENECIO *ſqualidus.*

S. corollis radiantibus, foliis ſubamplexicaulibus pinnatifidis: laciniis linearibus ſubdentatis diſtantibus, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1991.*

S. gallicus. *Villars delph. 3. p. 230.*

S. ſyluaticus. *Pall. ind. taur.*

Jacobaea pumila gallica. *Bocc. ſic. p. 76. t. 41. f. 1. Barrel. ic. 262. f. 2.*

Frequens in Tauriae et Caucaſi apricis ſiccis. Floret Aprili, Majo. ☉

Radius subrenolutus. S. vernalis *Waldſt. et Kit.* huic admodum affinis *differt ſlaturâ* altiore, *pube* caulis et ſoliorum copioſiore et *foliorum* lobis breuioribus latioribus criſpis: denticulis minoribus.

1723. SENECIO *erucifolius.*

S. corollis radiantibus, foliis pinnatifidis villoſis: lobis lanceolatis acutis ſubintegris, caule erecto.

S. corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1991. Curt. lond. Poll. ind. taur. Habl. taur. p. 146.*

Communis in ruderatis, ad vias et aggeres. Floret a Junio, in autumnum uſque. ♃

Humanam *altitudinem* interdum attingit. *Folia* ſubtus incana: radicalia et caulina ima petiolata ouata dentata baſi lyrato-pinnatifida; ſuperiora ſeſſilia pinnatifida: lobis rarius denticulo uno alteroue, ſumma profunde diſſecta: laciniis dentatis. *Flores* S. Jacobaeâ majores. Cum inſequente conjungunt *Hallerus* et *Gmelinus (ſib. 2. p. 162. n. 135).*

1724. SENECIO *Jacobaea.*

S. radio patente, foliis lyrato-bipinnatifidis diuaricatis dentatis glabris, caule erecto. *Smith brit. 2. p. 885. Linn. ed. Willd. 3. p. 1997. Hall. hiſt. n. 62. Kniph. cent. 6. n. 83.*

Jacobaea vulgaris. *Cluſ. hiſt. 2. p. 22.*

In incultis et aruis cum praecedente obuius eodemque tempore floret. ♃

Dignoſcitur a praecedente *foliis* omnibus profundius incisis: lobis baſi anguſtioribus apicem verſus dentato-laciniatis *caule* breuiore et *floribus* minoribus.

1725. SENECIO *Othonnae.*

S. corollis subradiantibus, foliis inferioribus pinnatis: pinnis incisis dentatis acutis: superioribus simplicibus incisis, calycibus breuissimis submonophyllis: calyculo obsoleto.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Folia glabra sicut tota planta; inferiora maxima: pinnis oppositis longis latis extimis confluentibus, adscendendo simpliciora. *Rami* floriferi folioſi corymbosi. *Corymbus* decompositus confertus maxime multiflorus. *Calyx* breuis formâ fere Cacaliae alpinae: squamulis subquinis oblongis apice tenuissime nigricantibus basi subconnatis ut in Othonnâ; squamulis calyculi minutissimis. *Radius* obsoletus: flosculo ligulato uno alterone luteo fertili calyce triplo longiore. *Flosculi* disci subquini lutei. *Pappus* omnium flosculorum pilosus sordide albicans. *Species* a Cacaliis et Othonnis *habitu* diuersa, quamuis *calyce* imprimis cum posterioribus conueniat. An sui *generis?* Ad *Cacaliam* referre corollulae radii ligulatae et calyx subcalyculatus vetant, ab *Othonnâ* vero, ob flosculos omnes fertiles, etiam ordine separanda.

*** *Floribus radiatis: radio patente, foliis indiuisis.*

1726. SENECIO *nemorensis.*

S. corollis radiantibus, foliis ouato-lanceolatis serratis, margine ciliatis, subtus tenuissime pubescentibus, sessilibus basi inaequalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2003. Jacq. austr. 2. t. 184. obs. 3. p. 15. t. 65. 66. Hall. hist. n. 64.*

Occurrit in alpium caucasicarum conuallibus. Floret Augusto, Septembri. ♃

1727. SENECIO *macrophyllus.*

S. corollis radiantibus, squamis calycinis exterioribus subulatis patulis, foliis subdecurrentibus oblongo-lanceolatis denticulatis villosiusculis, corymbo composito, caule villoso.

Doria altiſſima limonii ſolio maximo Gerberi. *Gmel. ſib. 2. p. 161.*

Creſcit in herbidis Caucaſi, ad fluuios Terek et Kumam. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caulis 3-4 pedalis baſi ſimpliciſſimus ſulcatus villoſus. *Folia* oblongo-lanceolata lata cartilagineo-dentata; juniora praeſertim ſubtus villis vagis pubeſcentia, demum calueſcentia: ſuperiora diminuta integerrima. *Corymbus* terminalis decompoſitus ampliſſimus. *Flores* vix magnitudine S. Iacobaeae. *Squamae* ſubulatae laxae in *pedicellis* et ad baſin *calycis*. *Radius* ſubquinqueflorus. *Affinis* S. coriaceo, ſed *calycis ſquamis* exterioribus patentibus *diuerſus*.

429. ASTER. Recept. nudum. Pappus ſimplex. Corollulae radii plures 10. Calycis imbricati ſquamae inferiores patulae.

* *Herbacei, caule 1-2-floro.*

1728. ASTER *pulchellus.*

A. caule unifloro, foliis integerrimis hirtis: radicalibus ſpathulatis, caulinis lanceolatis; calycibus hirſutis ſquamis acuminatis, corollulis anguſtiſſimis.

A. caule unifloro, foliis integerrimis: radicalibus ſpathulatis, caulinis lineari-lanceolatis, calycinis ſquamis ſubaequalibus linearibus acuminatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2019.*

A. *(niualis)* pedunculis nudis, foliis ſubintegerrimis hirtis: radicalibus ſubſpathulatis, caulinis linearibus; caule ſimplici unifloro. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 67. n. 37.*

A. orientalis minimus, flore ſuauerubente. *Tournef. cor. p. 36.*

Habitat in Caucaſo iberico alpino. ♃

Facies A. alpini, totus pilis patulis hirtus. *Caulis* dodrantalis. *Folia* basi attenuata. *Flos* magnitudine A. alpini: *calyce* nigro-purpureo valde hirsuto, squamis subaequalibus lineari-subulatis. *Flosculi* radii plurimi disco longiores peranguste acuti.

1729. ASTER *caucasicus.*

A. caule unifloro, foliis ouatis sessilibus serratis scabriusculis, calycinis squamis subaequalibus linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2020.*

A. pedunculis nudis, foliis serratis subamplexicaulibus oblongo-ouatis remote serratis scabris, caule simplici unifloro, calycibus aequalibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 67. n. 38.*

Habitat in alpibus caucasicis. ♃

Caulis simpliciſſimus circiter pedalis villis vagis inferne subpubescens. *Folia* remote serrata acuta villosula trineruia: inferiora ouata, superiora lanceolata. *Pedunculus* subnudus: squamâ foliaceâ unà alteràque. *Flos* magnitudine A. alpini: radio breuiore, flosculis disci pluribus. *Calyx* squamis lineari-subulatis subaequalibus glabriusculis. *Corollulae* lanceolatae purpureae.

** *Herbacei, foliis linearibus lanceolatisue integerrimis.*

1730. ASTER *dracunculoides.*

A. foliis linearibus integerrimis margine scabris trineruiis pedunculis foliosis fastigiatis, semiflosculis subquinis. *Lamark dict. 1. p. 303. n. 15.*

A. linariae folio latiore, flore umbellato caeruleo. *Gerber tanaic. n. 37. Gmel. sib. 2. p. 189. n. 154. III.*

A. orientalis salicis folio neruoso, flore dilute caeruleo. *Tournef. cor. p. 36.*

Copioſus in collibus editis, ad ſyluarum margines et vias. Floret Julio, Auguſto. ♃

Folia nuda punctata ſcaberrima. *Corymbi* compoſiti multiflori: pedicellis breuibus foliofis. *Flores* magnitudine A. Tripolii: *corollulis* ſubquinis plerumque caeruleis rarius albis; demto *radio* ſimiles Chryſocomae biflorae. *Affinis* A. punctatus *differt foliis* anguſtioribus exquiſite acuminatis minus ſcabris, *floribus* paucioribus longius pedunculatis: *radio* majore ſubdecemfloro. Gmelinus *loc. cit.* plures affines ſpecies tanquam Aſt. ſui n. 154 varietates propoſuiſſe videtur; tamen non inducor ut credam, iconem t. 81, flores A. *chinenſis* magnitudine ſiſtentem, aliter, niſi per euidentem errorem, huc fuiſſe relatam.

1731. ASTER *Amellus.*

A. foliis oblongo-lanceolatis integerrimis ſcabris, ramis corymboſis, calycibus imbricatis ſubſquarroſis: foliolis obtuſis, interioribus membranaceis apice coloratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2031. Jacq. auſtr. 5. p. 12. t. 425. Allion. pedem. n. 702. t. 69. f. 2. Hall. hiſt. n. 83. Gmel. ſib. 2. p. 185. n. 151. Pall. ind. taur.*

Frequens in collibus apricis herbidis. Floret ab Auguſto, uſque in ſerum autumnum. ♃

Planta pubeſcenti-ſcabra. *Caulis* purpuraſcens. *Folia* trineruia. *Squamae* calycinae apicem verſus purpuraſcentes ciliatae, exteriores obtuſiuſculae.

1732. ASTER *ibericus.*

A. foliis lanceolatis acuminatis ſubpetiolatis integerrimis ſcabris ſubincanis, floribus corymboſis, calycibus imbricatis ſquarroſis: ſquamis omnibus acutis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Maxime *affinis* praecedenti, a quo *differt caule* ſimplici, *pedunculis* ſimplicibus corymboſis, *foliis* utrinque acutioribus

plerisque petiolatis vel subpetiolatis aeque scabris at minus villosis pallidioribus, *calycibus* viridibus nec purpurascentibus: squamis omnibus acutis. *Folia* trineruia ut in A. Amello.

*** *Herbacei, foliis lanceolatis: inferioribus serratis.*

1733. ASTER *Tripolium.*

A. foliis lineari-lanceolatis carnosis triplineruiis: inferioribus apice subserratis, caule glabro corymboso, calycibus aequalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2039. Flor. dan. t. 615. Gmel. sib. 2. p. 187. n. 153. t. 80. f. 2. Jacq. collect. 2. p. 55. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 121.*

A. pannonicus. *Jacq. hort. vind. 1. t. 8.*

Tripolium vulgare marinum. *Besler eyst. aest. ord. 10. fol. 5. n. 1.*

In argillosis salsis subhumidis tam Tauriae, quam Caucasi reperitur. Floret Septembri, Octobri. ♃

430. SOLIDAGO. Recept. nudum. Pappus simplex. Corollulae radii circiter 5. Cal. squamae imbricatae, adpressae.

* *Racemis erectis.*

1734. SOLIDAGO *Virgaurea.*

S. caule erecto tereti superne ramoso et pubescente, foliis caulinis lanceolatis utrinque attenuatis serratis: inferioribus ellipticis pilosiusculis, racemis erectis, ligulis elongatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2065. Flor. dan. t. 663. Hall. hist. n. 69. Gmel. sib. 2. p. 164. n. 136. Habl. taur. p. 137.*

Occurrit passim in Caucasi nemorosis. Floret Augusto. ♃

431. CINERARIA. Recept. nudum. Pappus fimplex. Cal. fimplex, polyphyllus, aequalis.

* *Floribus radiatis.*

1735. CINERARIA *fibirica.*

C. racemo fimplici, foliis cordatis obtufis denticulatis laeuibus, caule fimpliciffimo monophyllo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2079. Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 16. Gmel. fib. 2. p. 169. n. 139.*

Jacobacaftrum Cacaliae folio. *Amm. ruth. n. 221. t. 24.*

Jacobaea orientalis cacaliae folio. *Tournef. cor. p. 37.*

Occurrit in conuallibus alpium caucaficarum, circa Kobi, et ad radices montis Befchtau. In alpibus Auguſto paſſim florentem adhuc legi. ♃

1736. CINERARIA *caucafica.*

C. caule fimpliciffimo unifloro, foliis glabris dentatis: inferioribus reniformi-cordatis petiolo aequali, fuperioribus cordatis acutis petiolo marginato baſi auriculato.

Habitat in Caucaſo iberico. ♃

Caulis pedalis glaber ſicut tota planta, ſuperne nudiuſculus. *Folia* remota patula, radicalia circiter uncialia latiora quam longa longe petiolata, caulina infima radicalibus ſimilia, intermedia acuta: petiolo breui auriculato amplexicauli, ſummum cordato-lanceolatum. *Squama* una alteraue ſubulata ab ultimo folio ad calycem. *Pedunculus* ſub flore tomentoſus. *Flos* magnitudine praecedentis. *Calyx* glabriuſculus: ſquamis lineari-ſubulatis. *Corollulae* radii ſature luteae. *Planta* C. alpinae *affinis.*

1737. CINERARIA *taraxacifolia.*

C. caule fimplici, floribus corymboſis, foliis inferioribus lyrato-runcinatis dentatis petiolatis: ſuperioribus lanceolatis

finuato - dentatis amplexicaulibus, pedunculis calycibusque villosis.

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Caulis pedalis sulcatus subuillosus. *Folia* oblonga subuillosa luteo-viridia subtus glauca: inferiora obtusa, superiora acuta. *Flores* 3-5 corymbosi magnitudine C. palustris: pedunculis flore longioribus. *Calycinae squamae* lanceolato-subulatae nigricantes. *Corollulae* saturate luteae.

1738. CINERARIA *racemosa.*

C. caule simplici, pedunculis racemosis, foliis lanceolatis dentatis petiolatis hirtis.

C. racemosa. *Marsch. casp. ed. gallic.*

Habitat in herbidis alpestribus Caucasi; nec non in campestribus Wolgensibus, infra Saratow. Floret Julio, in alpibus autumno. ♃

Planta pedalis vel sesquipedalis. *Caulis* villis vagis imprimis superne vestitus. *Folia* subuillosa scabra obscure viridia: inferiora in petiolum longum attenuata, summa subsessilia. *Pedunculi* alterni squamosi flore longiores: inferiores quandoque ramosi. *Flos* magnitudine C. sibiricae. *Calyx* basi squamulis nonnullis laxiusculis auctus: squamis aequalibus lanceolatis margine membranaceis subuillosis. *Corollulae* luteae: radii subocionae disco longiores.

1739. CINERARIA *campestris.*

C. floribus umbellatis, caule simplici, foliis tomentosis: radicalibus ouatis subcrenulatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2081. Retz obs. 1. p. 30. Hall. hist. n. 68. Gmel. sib. 2. p. 154. n. 130. t. 71. f. A.*

C. integrifolia pratensis. *Jacq. austr. 2. p. 48. t. 180.*

C. pratensis. *Hoppe enchirid. a. 1806. p. 121.*

C. alpina. *Relhan cantabr. n. 622. cum icone. Pall. ind. taur.*

Jacobaea pannonica fecunda. *Cluſ. hiſt. 2. p. 22.*

In montium altiorum Tauriae et Caucaſi herbidis paſſim obuia. Floret Majo, Junio. ♃

Planta dodrantalis tota lanugine candidà veſtita. *Folia* radicalia ouata vel ouato-lanceolata ſubpetiolata ſubdentata: caulina lanceolata et lineari-lanceolata ſtricta. *Pedunculi* breues 3-6 umbellati. *Calyx* ſubtomentoſus: ſquamis ſubulatis viridibus. *Corollulae* luteae. Gmelinus *loc. cit.* hanc et affines conjunxit.

1740. CINERARIA *aurantiaca.*

C. floribus ſubternis terminalibus, caule ſimplici, foliis radicalibus ouatis obſolete-crenatis: caulinis lanceolatis integerrimis, calycibus ſphacelatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2081. Hoppe enchirid. a. 1806. p. 121. Gmel. ſib. 2. p. 154. n. 130. var. IV. t. 71.*

C. alpina. *Wulffen ap. Jacq. miſc. 1. p. 156. t. 17. f. 4.*

Ego in ſummo Tauriae monte Tſchaturdag, in Caucaſo iberico amiciſſ. *Steuen* legit. ♃

Squamis *calycinis* nigricantibus et *corollularum* colore aurantio a praecedente diſcrepat; caeterum ſimillima: an *varietas?*

1741. CINERARIA *longifolia.*

C. floribus umbellato-corymboſis, caule ſimplici, foliis ſubdentatis: radicalibus ſpathulatis, caulinis oblongo-lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2082. Jacq. auſtr. 2. p. 49. t. 181. Hoppe enchirid. a. 1806. p. 121.*

Occurrit in nemoroſis ad fluuium Terek, circa oppidum Moſdok. Floret Majo, Junio. ♃

Caulis 3-pedalis fiftulofus fulcato-angulofus villofus. *Folia* lanceolata obfolete denticulata fubuillofa viridia: radicalia petiolata obtufa, caulina inferiora petiolata: petiolo marginato, fuperiora feffilia integerrima acuminata. *Pedunculi* terminales approximati fubumbellati *flore* multoties longiores, inferiores altiores, faepe fimplices uniflori, rarius bifidi biflori. *Squamae* fubulatae pedunculis fubjectae. *Calyces* glabriufculi: fquamis lanceolato-fubulatis atro-viridibus. *Corollulae* luteae.

1742. CINERARIA *paruiflora.*

C. caule fimplici, floribus paniculatis, foliis glaberrimis dentatis: inferioribus deltoideis petiolatis, fuperioribus oblongo-lanceolatis bafi attenuatis auriculato-amplexicaulibus.

Habitat in alpeftribus Caucafi, circa Kafbek. ♃

Planta glaberrima bipedalis habitu Lapfanae communis. *Folia* nitida: inferiora Atriplici fimilia petiolata, fuperiora fupra bafin quafi conftricta amplexicaulia, fumma nonnulla lanceolata feffilia. *Flores* paniculati magnitudine Lapfanae communis. *Calyx* formâ Cacaliae alpinae glaber: foliolis fex lanceolatis obtufiufculis ftriatis atro-viridibus margine membranaceis. *Radius* pauciflorus difco longior luteus.

432. INULA. Recept. nudum. Pappus fimplex. Antherae bafi in fetas duas definentes.

1743. INULA *Helenium.*

I. foliis amplexicaulibus ouatis rugofis fubtus tomentofis, calycum fquamis ouatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2089. Flor. dan. t. 728. Hall. hift. n. 72. Gmel. fib. 2. p. 175. n. 144. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 136.*

Communis in fubhumidis, ad riuulos et arundineta. Floret aeftate. ♃

1744. INULA *Oculus Chriſti.*

I. foliis amplexicaulibus oblongis integris hirſutis, caule piloſo corymboſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2090. Jacq. auſtr. 3. p. 13. t. 223. Habl. taur. p. 125.*

I. ſuaueolens. *Pall. ind. taur.*

Conyza tertia auſtriaca. *Cluſ. hiſt. 2. p. 20.*

Conyza pannonica lanuginoſa. *C. B. Moriſ. hiſt. 3. p. 113. t. 19. f. 1.*

Ad collium latera graminoſa aprica minime rara. Floret Majo, Junio. ♃

Caules 1–6-flori. *Calyces* villoſo-cani: ſquamis ſubulati, infimis breuioribus lanceolatis. *Planta* tota villoſo-cana.

1745. INULA *britannica.*

I. foliis amplexicaulibus lanceolatis baſi ſerratis ſubtus piloſis, caule corymboſo villoſo: ramis lateralibus apice longioribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2090. Flor. dan. t. 413. Allion. pedem. n. 712. Hall. hiſt. n. 78.*

I. dyſenterica. *Pall. ind. taur.*

Conyza paluſtris repens, Britannica dicta. *Moriſ. hiſt. 3. p. 113. ſect. 7. t. 19. f. 8.*

In pratis fertilioribus ſubhumidis communis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Affinis I. dyſentericae, a quâ *differt hirſutie* omnium partium ſubruſâ, nec candidâ et lanuginoſâ, *foliis* haud undulatis *floribusque* paullo majoribus. *Foliorum* ſerraturae minutae et rarae referunt glandulas marginales ſeſſiles.

1746. INULA *montana.*

I. foliis lanceolatis hirſutis integerrimis, caule unifloro, calyce breui imbricato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2102. Hall. hiſt. n. 81. Allion. pedem. n. 706.*

After montanus luteo magno flore. *C. B. Morif. hift. 3. p. 119. n. 13. fect. 7. t. 21. f. 12.*

After quartus et quintus, montanus luteus mas et femina. *Tabern. Kräut. p. 717.*

Occurrit in Tauriae collibus apricis. Floret aeftate. ♃

Varietatem I. Oculi Chrifti humilem unifloram valde lanuginofam eminus refert; tamen diftincta et *foliis* praefertim caulinis minime amplexicaulibus fed bafi attenuatis *dignofcenda*. *Calyx* bafi faepe fquamis foliaceis fummis foliis caulinis fimilibus circumvallatus. *Flos* fpeciofus aureus. *Variat* caule bifloro.

1747. INULA *Pulicaria*.

I. foliis amplexicaulibus oblongis undulatis villofis, caule erecto paniculato, pedunculis unifloris oppofitifoliis, floribus fubglobofis: radio minutiffimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2093. Flor. dan. t. 613. Curt. lond. Hall. hift. n. 80. Gmel. fib. 2. p. 194. n. 157.*

Conyza fecunda minor. *Tabern. Kräut. p. 1244.*

In fterilibus inundatis, circa oppida et pagos reperitur. Floret Julio. ⊙

1748. INULA *grandiflora*.

I. foliis feffilibus oblongis argute inaequaliter ferratis: ferraturis glandulofis, caule villofo unifloro, calycinis fquamis lineari-fubulatis villofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2098.*

I. (*alpina*) foliis ovato-lanceolatis inaequaliter glandulofo-ferratis, flore terminali feffili, calycinis fquamis fubulatis hirfutis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 68. n. 39.*

After orientalis conyzae folio, flore luteo maximo. *Tournef. cor. p. 36.*

Habitat in alpeftribus Caucafi iberici. ♃

Species I. hirtae proxima, fufficienter tamen *diftincta*. *Squama* fub calyce unica foliacea.

1749. INULA *glandulosa.*

I. foliis sessilibus oblongis obsolete serratis: serraturis glandulosis, caule hirsuto unifloro, calycinis squamis lanceolatis villosis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2097.*

I. hirta, foliis oualibus sessilibus glandulosis, caule simplicissimo unifloro, calycinis squamis subulatis hirsutis nigricantibus. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 68. n. 40.*

I. orientalis. *Lamark dict. 3. p. 255. n. 6.*

Habitat in alpestribus Caucasi cum praecedente. ♃

Differt tantum a praecedente glandulis ad *folii* integerrimi marginem sessilibus, nec serraturas terminantibus. *Videtur* esse *varietas* praecedentis.

1750. INULA *hirta.*

I. foliis sessilibus lanceolatis obsolete serratis recurvis, caule villoso subunifloro, calyce involucrato: squamis subulatis villosis.

I. foliis sessilibus lanceolatis obsolete serratis rigidis pilosis, caule subdiviso villoso subunifloro, calycinis squamis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2098. Jacq. austr. 4. t. 358. Hall. hist. n. 75. Scop. carn. ed. 2. n. 1082. t. 58.*

A. luteus hirsuto salicis folio. *C. B. Morif. hist. 3. p. 118. sect. 7. t. 21. f. 2.*

Occurrit in campestribus, Caucaso occidentali a septentrione subjacentibus. ♃

Caulis plerumque simplicissimus. *Dignoscitur* potissimum a proxime praecedentibus *flore* minore, *calycis* involucro polyphyllo foliaceo sive *squamis* exterioribus foliaceis pluribus: interiorum villis albidis aut subrufis nec nigro-fuscis.

1751. INULA *Bubonium.*

I. foliis sessilibus oblongis cartilagineo-denticulatis scabris rigidis, caule corymboso, calycinis squamis ouatis obtusis squar-

rosis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2097. Jacq. austr. 5. app. t. 19. Scop. carn. ed. 2. n. 1083. t. 58.*

I. squarrosa. *β. Lamark dict. 3. p. 257 sub n. 13.*

I. salicina. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 154.*

After quartus. *Clus. hist. 2. p. 14.*

Bubonium luteum. *Tabern. Kraeut. p. 716.*

Copiosa in pascuis apricis et pratis syluaticis. Floret Junio, Julio. ♃

Statura I. salicinae. *Folia* glandulis marginalibus remotis subsessilibus et toto margine tenuissime cartilagineo ferrulato-scabro. *Flores* 1-5 in summo caule: pedunculis foliosis, I. salicinâ minores. *Calyx* imbricatus glabriusculus: squamis basi adpressis albidis, apiculo ouato viridi reflexo-patente. *Corollulae* radii magnitudine I. dysentericae, I. salicinâ multo breuiores. An satis *distincta* ab I. *squarrosa?*

1752. INULA *germanica.*

I. foliis sessilibus lanceolatis recuruis scabris, floribus fasciculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2100. Jacq. austr. 2. p. 21. t. 134. Gmel. sib. 2. p. 181. n. 148. t. 78. f. 1. Pall. ind. taur.*

Conyzae affinis germanica. *Morис. hist. 3. sect. 7. t. 19. f. 26.*

Copiosa in herbidis apricis. Floret aestate. ♃

Corymbus terminalis compositus multiflorus. *Flores* parui, vix magnitudine Conyzae squarrosae. *Calyx* incanus: squamis oblongis apiculo minimo reflexo. *Folia* pubescentia subtus pallidiora. *Caules* vix pedales.

1753. INULA *ensifolia.*

I. foliis sessilibus linearibus acuminatis neruosis glabris sparsis, caule subunifloro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2101. Jacq.*

auſtr. 2. p. 40. t. 160. Hall. hiſt. 1. n. 77 et 2. app. p. 182. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 155.

After luteus Linariae rigido folio glabro. *Moriſ. hiſt. 3. p. 119. ſ. 7. t. 21. f. 15.*

After ſextus, auſtriacus quartus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 15.*

In collibus lapidoſis ſiccis obuia. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♃

433. DORONICUM. Recept. nudum. Pappus ſimplex. Calycis ſquamae duplicis ordinis, aequales, diſco longiores. Semina radii pappo deſtituta.

1754. DORONICUM *auſtriacum.*

D. foliis denticulatis: ſummis lanceolatis amplexicaulibus, inferioribus ſpathulato-ouatis, radicalibus cordatis petiolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2114. Jacq. auſtr. 2. t. 130. Moriſ. hiſt. 3. p. 127. ſect. 7. t. 24. f. 4.*

D. ſeptimum, auſtriacum ſecundum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 19.*

Occurrit in alpibus caucaſicis, etiam ad latera montis Beſchtau. ♃

Folia caulina inferiora ampla radicalibus ſimilia: petiolis baſi dilatatis amplexicaulibus, proxima ſeſſilia amplexicaulia ſupra baſin anguſtiora quaſi exciſa, ramea parua lanceolata acuta. *Rami* floriferi elongati nudi ſubcorymboſi.

1755. DORONICUM *caucaſicum.*

D. foliis cordatis dentatis: radicalibus petiolatis, caule ſimpliciſſimo monophyllo unifloro.

Habitat in alpibus caucaſicis. ♃

Caulis pedalis gracilis glabriuſculus, ſicut tota planta. *Folium* caulinum unicum digitali a radice interuallo. *Flos* luteus magnitudine praecedentis: *calycis* ſquamis anguſtioribus ciliatis exquiſite acuminatis diſco triplo longioribus radium ſubaequantibus.

434. BELLIS. Recept. nudum, conicum. Pappus nullus. Calyx hemiſphaericus: ſquamis aequalibus. Semina obouata.

1756. BELLIS *perennis.*

B. ſcapo nudo unifloro, foliis obouatis crenatis carnoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2121. Flor. dan. t. 503. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 93. Pall. ind. taur.*

Occurrit in herbidis Tauriae meridionalis, mari nigro vicinis, circa pagum Alupkam: alibi mihi non viſa. ♃

435. PYRETHRUM. Recept. nudum. Pappus marginatus. Calyx hemiſphaericus, imbricatus ſquamis marginalibus membranaceis.

* *Leucanthema.*

1757. PYRETHRUM *caucaſicum.*

P. foliis bipinnatis: foliolis lineari-ſubulatis, caule unifloro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2156.*

Anthemis (*caucaſica*) leucanthema, foliis pinnatis glabris, pinnis multipartitis: pinnulis ſubulatis, caulibus declinatis unifloris. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 71. n. 45.*

Habitat in conuallibus alpinis Caucaſi, circa Kobi. Floret autumno. ♃

Affine P. alpino, ſed majus et *foliis* fere P. inodori magis compoſitis: pinnulis longioribus tenuioribus. *Flos* magnitu-

dine Chryſanthemi Leucanthemi: *calycinis* ſquamis nigris dorſo viridibus carinâ nigricante. *Radius* amplus albus. *Pappus* membranaceus bilobus.

1758. PYRETHRUM *ſericeum.*

P. foliis lanatis bipinnatis: pinnis pinnuliſque oblongis, imbricatis caule unifloro, calyce lanato.

Chryſanthemum *(ſericeum)* leucanthemum, foliis bipinnatis ſericeo-villoſis: pinnulis linearibus imbricatis; caule ſubnudo unifloro. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 69. n. 41.*

Habitat in Iberiâ. ♃

Radix multicaulis. *Caules* pedales ſimpliciſſimi uniflori lanâ albâ ſicut tota planta tecti, ſuperne nudiuſculi. *Folia* Millefolii, pinnis pinnuliſque breuibus pectinis inſtar imbricatis; caulina ſumma remota ſimpliciora parua. *Flos* magnitudine Anthemidis tinctoriae: calyce arcte imbricato toto lanuginoſo; ſquamis intimis margine apicis ſcarioſis ſuſceſcentibus. *Radius* albus *diſco* vix longior. *Pappus:* margo anguſtiſſimus ſubaequalis.

1759. PYRETHRUM *inodorum.*

P. foliis bipinnatis: pinnulis lineari-filiformibus, caule diffuſo ramoſo, radio patente, receptaculo hemiſphaerico, pappo integerrimo.

P. foliis bipinnatis: pinnis lineari-filiformibus bi-vel tripartitis, caule diffuſo ramoſo; pappo integerrimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2157.*

Chryſanthemum inodorum. *Linn. ſpec. pl. p. 1253. Flor. dan. t. 696. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 144.*

Cotula prima. *Tabern. Kraeut. p. 70.*

Copioſum in ruderatis et cultis. Floret Julio, Auguſto. ☉

Pappus: margo breuiſſimus. *Semina* ſub pappo punctis duobus lateralibus approximatis excauatis nigris.

1760. PYRETHRUM *praecox.*

P. foliis bipinnatis: pinnulis lineari-ſubulatis, caule baſi ramoſo patulo, radio reflexo, receptaculo conico, pappo bilobo.

Frequens primo vere ad fluuium Terek, circa oppidum Kiſljar. ⊙

Praecedente minus, interdum digitale, ſaepe ſpithamaeum. *Caulis* ſupra radicem ramoſus vel radix *multicaulis*: medio erecto, lateralibus adſcendentibus. *Folia* tenuiſſime laciniata ut in praecedente; pinnulis autem breuibus acutis paucas lineas longis. *Flores* facie Anthemidis Cotulae. *Calyx* fere praecedentis: *radius* breuior reflexus. *Receptaculum* conicum. *Pappus:* margo anguſtus bilobus: altero minore anguſtiore. An P. paruiflorum *Willd.* hujus *varietas* elatior, culturâ orta?

1761. PYRETHRUM *roſeum.*

P. foliis pinnatis glabris: pinnis bipinnatifidis pinnatifidiſque, lacinulis acutis diuergentibus; caulibus erectis unifloris, calycibus glabris: ſquamis margine ſphacelatis.

Chryſanthemum *(roſeum)* foliis cómpoſitis glabris: pinnis pinnatifidis dentatis, caule unifloro, corollae radio purpureo. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 70. n. 43.*

Chryſanthemum *(coccineum)* foliis pinnatis glabris: pinnis pinnatifidis acutis, pedunculo incraſſato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2144.*

Habitat in Caucaſo alpino iberico et orientali. Legi in alpe Kaiſchaur Septembri paſſim florens; circa Kurt-Bulak autem Julio jam defloratum. ♃

Caules e *radice* perenni nonnulli pedales ſeu ſeſquipedales ſtriati ſimplices erecti. *Folia* compoſita petiolata facie Carui: pinnis circumſcriptione latiuſculis, foliorum inferiorum profunde bipinnatifidis: lacinulis breuibus acutis diuergentibus. *Flos* terminalis ſolitarius magnitudine Chryſanthemi Leucanthemi: *pedunculo* nudo ſulcato, ſub flore parum incraſſato et ſubuilloſo. *Calyx* glabriuſculus: ſquamis margine apiceque ſcariois

nigris ſubciliatis. *Radius* eleganter roſeus, nec coccineus, diſcus luteus. *Pappus:* margo anguſtus ſublobatus.

1762. PYRETHRUM *carneum.*

P. foliis pinnatis glabris: pinnis decurrentibus lanceolatis inciſis, lacinulis acutis conuergentibus ſubdentatis, caule erecto ſubmultiflоro, calycibus glabris: ſquamis margine ſphacelatis.

Buphthalmum orientale Tanaceti folio ampliore, flore coccineo. *Tournef. cor. p. 37? Buxb. cent. 2. p. 25. t. 20!*

Habitat in Caucaſi iberici alpeſtribus, cum praecedente. ♃

Praecedenti maxime *affine*, at *diſtinctum foliis* minus diſſectis Tanaceti vel ſubſequentis: pinnis longioribus anguſtioribuſque, minus profunde laciniatis, lacinulis approximatis; *floribus* magnitudine Chryſanthemi carinati: radio dilute purpuraſcente et *pedunculis* praeter terminalem ſaepe nonnullis lateralibus unifloris ſubcorymboſis. *Tournefortii ſynonymon*, quoad floris colorem nec praecedenti nec huic penitus adaequatum, ob foliorum formam huc tamen potius trahendum videtur. *Buxbaumii* vero *icon* certe hujus eſt.

1763. PYRETHRUM *corymboſum.*

P. foliis pinnatis: pinnis lanceolatis pinnatifidis argute ſerratis, ſummis confluentibus, pedunculis corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2156. Hall. hiſt. n. 95. Gmel. ſib. 2. p. 204. n. 171.*

Chryſanthemum corymboſum. *Linn. ſpec. pl. p. 1251. Jacq. auſtr. 4. p. 41. t. 379. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 150.*

Tanacetum leucanthemum. *Tabern. Kraeut. p. 379.*

Commune in pratis ſyluaticis. Floret aeſtate. ♃

1764. PYRETHRUM *parthenifolium.*

P. foliis pinnatis: pinnis oblongis pinnatifidis dentatis obtuſis, ſummis confluentibus; caule virgato, pedunculis ſubunifloris corymboſis, florum radio diſco longiore.

P. foliis pinnatis: pinnis oblongis obtusis pinnatifidis dentatis, summis confluentibus, caule virgato, floribus corymbosis: radio calyce triplo longiore, pappo integro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2156.*

β. minus ramosum, humilius, magis incanum: pinnulis dentibusque rotundioribus.

P. (*fruticulosum*) foliis bipinnatifidis incanis, pinnis extimis confluentibus incisis: laciniis obtusis, caule virgato, floribus corymbosis: radio calycem triplo excedente. *Biehler dissert. cent. plant. rar. herb. Spreng. p. 37. n. 74.*

Habitat in Iberiâ *α* in sylvestribus umbrosis: *β* in collibus apricis. ♃

Pappus nox vix lacerus, nox dentatus: dentibus subdenticulatis. *Planta* caeterum polymorpha, quoad staturam folia et pubem, *pedunculis* paucioribus longioribus et florum *radio* multo longiore potissimum a P. Parthenio *dignoscenda*. *Odor* Parthenii lenior.

* *Chrysanthema.*

1765. PYRETHRUM *millefoliatum.*

P. foliis bipinnatis linearibus subincanis planiusculis, pedunculis corymbosis, florum radio longitudine squamarum calycis.

P. foliis bipinnatis linearibus obtusis, caule adscendente subcorymboso, radio squamarum calycis longitudine. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2160. Gmel. sib. 2. p. 207. t. 86. f. 1.*

Chrysanthemum millefoliatum, *Linn. syst. veg. p. 643. Pall. ind. taur.*

Frequens in Tauriae lapidosis calcareis, imprimis circa Karassubasar, nec non ad Tyram, circa Bender. Floret aestate. ♃

Caules adscendentes vix pedales, cinereo-villosi, sicut tota planta, nec sericeo-tomentosi. *Corymbus* terminalis compositus

ſubaphyllus. *Flores* lutei magnitudine Achilleae Ptarmicae. *Calyx* ſubtomentoſus: ſquamis *margine* ſcarioſo albicante. *Radius* longitudine fere diſci. *Pappus*; margo ſcarioſus duplicato-dentatus in hoc et ſubſequente.

1766. PYRETHRUM *achilleifolium.*

P. foliis bipinnatis linearibus ſericeo-tomentoſis: pinnis decuſſatis, pedunculis *corymboſis*, florum radio calycis ſquamis breuiore.

P. foliis duplicato-pinnatis: pinnulis inciſis, pedunculis unifloris, caule procumbente. *Gmel. ſib. 2. p. 207. n. 174. t. 86. f. 2. (ſub antecedente.)*

Habitat frequens in arenâ mobili deſerti Cumani et alibi in campeſtribus apricis ad *Caucaſum*. Floret aeſtate. ♃

Caules ſuberecti. *Pinnae pinnulaeque* praecedente breuiores, hinc ipſa *folia* anguſtiora. *Radius* breuiſſimus corollulas diſci vix ſupereminens. *Tomentum* totius plantae ſericeum album.

436. MATRICARIA. Recept. nudum, cylindraceo-conicum. Pappus nullus. *Calyx planus*, imbricatus: ſquamis margine ſcarioſis.

1767. MATRICARIA *Chamomilla.*

M. foliis bipinnatis, ſquamis calycinis obtuſiuſculis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2161. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 101. Gmel. ſib. 2. p. 200. n. 166. Habl. taur. p. 133.*

M. ſuaueolens. *Pall. ind. taur.*

Copioſa in *ruderatis* et cultis. ⊙

Squamae calycinae margine ſcarioſo albido cinctae obtuſae. *Radius* primum patens, mox reflexus.

437. COTULA. Recept. fubnudum. Pappus marginatus. Corollulae difci quadrifidae: radii fere nullae.

1768. COTULA *fonchifolia.*

C. foliis petiolatis lyratis dentatis: extimo fubcordato maximo, pedunculis ramofis.

Habitat ad fluuium Alazonium. *D. Steuen.* ⊙

Simillima C. bicolori, fed *folia* lyrata: extimo magno fubcordato et binis lateralibus diftinctis fuboppofitis multo minoribus, caeteris fi qua minimis, *petiolis* nudis. In C. bicolore folia bafi incifa: extimo fubrotundo, petiolo foliaceo-marginato. *Flores* C. bicolore duplo minores, caeterum ftructurâ colore et fitu fimiles. An ob defectum *radii* et *pappi* cum C. bicolore et minimâ, fub proprio Grangeae genere, a Cl. Lamarkio conftituto recenfenda?

438. ANTHEMIS. Recept. paleaceum. Pappus nullus f. margo membranaceus. Calyx hemifphaericus, fubaequalis. Flofculi radii plures quam 5.

* *Radio difcolore f. albo.*

1769. ANTHEMIS *iberica.*

A. foliis petiolatis pubefcentibus pinnatis: pinnis linearibus fubtrifidis acutis, caulibus unifloris, calycinis fquamis paleifque fphacelatis.

A. alpina. β. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2178.*

Chamaemelum orientale foliis pinnatis. *Tournef. cor. p. 37.*

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Radix lignosa multicaulis. *Caules* adscendentes pedales simplicissimi paucifolii superne nudi uniflori pubescentes. *Folia* parua petiolata villosa: *pinnis* paucis trifidis aut simplicibus, interdum quinquefidis, laciniis angustis acutis brevibus. *Flos* refert Pyrethrum caucasicum magnitudine, radio albo et calycis squamis margine apiceque sphacelatis; sed *calyx* villoso-tomentosus et *receptaculum* paleaceum: *paleis* lanceolatis apice sphacelatis mucrone debili. *Semina* margine apicis denticulis minimis pro *pappo*. *Affnis* subsequenti, sed defectu *tomenti* densi, caulibus altioribus, *foliis* minus compositis, *calycinis* squamis margine sphacelato lato, *radio majore*, *paleis* sphacelatis et *pappo* diuersa. A. alpina *differt foliis* vere pinnatis, nec tantum pectinato-pinnatifidis.

1770. ANTHEMIS *fruticulosa*.

A. foliis petiolatis sericeo-tomentosis bipinnatis: lacinulis linearibus acutis, caulibus unifloris, calycibus tomentosis, corollulis radii ouatis.

A. suffruticosa diffusa incana, ramis adscendentibus superne nudis unifloris, foliolis linearibus carnosis, petalis ouatis. *Marsch. casp. p. 201. app. n. 70. (exclusis synonymis)*

Habitat in Caucasi orientalis *abruptis sterilissimis*, circa Kurt-Bulak et in Tauriae lapidosis circa Kutlak. Floret Junio. ♃

Radix multiceps exserit stipitem *lignescentem*, e quo foliorum fasciculi et caules annotini; hinc *planta* haud vere fruticans; quamuis *gemmatio* ex stipite baseos multiplicata. *Semina* margine membranaceo sublobato *pro pappo*. Affinis A. montanae; an *distincta* ab A. pontica Willdenouii?

1771. ANTHEMIS *altissima*.

A. foliis pilosis bipinnatifidis: laciniis lanceolato-subulatis mucronatis, costà denticulatâ; ramis floriferis corymbosis, receptaculo hemisphaerico, paleis lanceolatis cuspidatis flosculos aequantibus, *seminibus* compressis: pappo marginato.

A. foliis bipinnatifidis: laciniis lanceolatis fubdentatis, dentibus inferioribus fubreflexis, paleis lanceolatis cuſpidatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2174. Kniph. cent. II. n. 4.*

A. aruenſis. *Pall. ind. taur.*

Chamaemelo affine Buphthalmum italicum fegetum altiſſimum. *J. Bauh. hiſt. 3 p. 120.*

Occurrit in Tauriae et Caucaſi aruis hinc inde. Floret Majo, Junio. ☉

Planta hirſuta viridis nec tomentoſa cana. *Folia* tenuiſſime diſſecta: lacinulis anguſtis minutis diſtichis; rachi folii mediâ non nudâ, ſed denticulis ſparſis obſitâ. *Flores* magnitudine Pyrethri corymboſi. *Calyx* villoſus: ſquamis oblongis acutiuſculis, margine ſcarioſo ſubfuſco anguſtato. *Receptaculum* hemiſphaericum. *Paleae* albae ſcarioſae lanceolatae: mucrone longo rigido. *Semina* compreſſa laeuia alba. *Pappus:* margo anguſtus ſcarioſus ſubbilobus. *Planta* taurico-caucaſica altitudine et magnitudine floris europaeae occidentali cedit, alioquin ſpecie vix diuerſa.

1772. ANTHEMIS *ruthenica.*

A. foliis lanuginoſo-villoſis incanis bipinnatis: pinnulis lanceolatis acutis, ramis floriferis corymboſis, receptaculo conico, paleis lanceolatis mucronatis floſculos aequantibus, ſeminibus teretiuſculis ſulcatis nudis.

A. maritima. *Pall. ind. taur.*

Prouenit in Tauriae et Ucraniae collibus apricis ſterilibus, pube magis minuſue candicante varians. Floret Majo, Junio. ⊙

Foliorum lacinulae paruae, ut in praecedente; ad coſtam mediam tamen vix ullae. *Flos* praecedentis magnitudine: *calyce* magis tomentoſo, ſquamis obtuſioribus margine ſcarioſo latiore. *Paleae* lanceolatae, mucrone exſerto breui rigido. *Semina* obtuſe quadrangula ſulcata apice ſubnuda, ſiue margine extuberante anguſtiſſimo, vix ullo.

1773. ANTHEMIS *Cotula.*

A. foliis ſubuilloſis bipinnatis: laciniis ſubulatis tripartitis, ramis floriferis paniculatis, receptaculo conico, paleis ſetaceis floſculis brenioribus, feminibus rugoſis nudis.

A. receptaculis conicis, paleis ſetaceis, feminibus nudis, foliis bipinnatis: foliolis ſubulatis tripartitis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2181. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 104. Gmel. ſib. 2. p. 200. n. 167. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 134.*

Communis in ruderatis. Floret a Majo, ad Auguſtum. ⊙

Pappus nullus, nec margo.

1774. ANTHEMIS *peregrina.*

A. foliis argenteo-villoſis palmato-tripartitis pinnatis: lacinulis linearibus acutis, ramis floriferis faſtigiatis: lateralibus caule altioribus, receptaculo conico, paleis oblongis mucronatis floſculos aequantibus, feminibus tetragonis ſubrugoſis, pappo unilaterali anguſtato.

A. foliis bipinnatis, pinnis linearibus acutis, caule ramoſo faſtigiato, ramis unifloris: lateralibus apice longioribus, calyciuis ſquamis membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3 p. 2182.*

A. chamomilloides. *D. Steuen.*

Habitat in Iberiâ. ⊙

Planta praecedentibus vulgo altior, ramis pedunculiſque elongatis, tota lanugine argentata. *Folia* pleraque petiolata facie Artemiſiae auſtriacae: pinnis primariis ternis baſi nudis, mediâ interdum tripartitâ; ſingulis laciniis 3-5 anguſtis longiuſculis acutis ſubdentatis. *Flores* magnitudine praecedentis: *calyce* tomentoſo formâ A. aruenſis, ſed ſquamis praeſertim intimis anguſtioribus acutioribuſque. *Receptaculum* conicum. *Paleae* oblongae cum mucrone breui, inermes. *Semina* obtuſe quadrangula, ſtriata ſtriis ſubcrenulatis. *Pappus* unilateri: mox margo diſtinctus bilobus, mox anguſtiſſimus obſoletus. *Locis* ſiccisſimis nata humilior eſt minusque ramoſa, tum lugine denſiſſimâ veſtita.

* * *Radio concolori f. luteo.*

1775. ANTHEMIS *tinctoria.*

A. foliis bipinnatifidis ferratis fubtus pubefcentibus, caule erecto ramofo, pappo membranaceo integerrimo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2189. Flor. dan. t. 741. Hall. hift. n. 105. Gmel. fib. 2. p. 195. n. 159. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 121.*

Buphthalmum fecundum. *Tabern. Kraeut. p. 70.*

β. florum radio ochroleuco f. albo.

γ. A. *(monantha)* foliis bipinnatifidis pilofis, caule erecto foliofo unifloro. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2187.*

Frequens in campis collibufque apricis herbidis. Floret Junio, Julio. ♃

Variat caule unifloro et multifloro, magnitudine *floris* et colore *radii* luteo, ochroleuco et albo. Ad pofteriores varietates videtur referenda A. auftriaca *Jacq. auftr. 5. p. 22. t. 444.* *Varietatem* etiam circa acidulam Narzana femel legi minus hirfutam, *foliorum* laciniis brevioribus latioribus obtufioribufque: ferraturis minoribus obtufioribus, *flore* unico terminali magno: radio albo, quae forte *fpecie differt.*

1776. ANTHEMIS *Marfchalliana.*

A. foliis incanis bipinnatis: pinnis linearibus integris trifidifve pectinatis, caulibus adfcendentibus unifloris, calycinis fquamis apice membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2187.*

Cryfanthemum *(Bieberfteinianum)* chryfanthemum fuffruticofum, foliis multifidis fericeo-villofis: pinnulis linearibus fubconfluentibus, florum radio difco longiore, caulibus adfcendentibus unifloris. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 70. n. 42.*

Habitat in rupibus ad torrentem Terek, verfus portas Caucaficas. ♃

Calyces tomentofi: fquamis intimis margine apicis lato fcariofo fufco nitido lacero.

1777. ANTHEMIS *Rudolphiana.*

A. foliis glabris bipinnatis: pinnulis linearibus acutis, caulibus adſcendentibus unifloris, calycibus paleiſque tricuſpidatis ſphacelatis.

A. chryſanthema, foliis pinnatis: pinnis linearibus ſubconfluentibus, caulibus adſcendentibus unifloris. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 72. n. 46.*

Pyrethrum (*orientale*) foliis bipinnatis: pinnis linearibus, caulibus adſcendentibus unifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2159.*

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Planta viridis tota glabriuſcula. Squamae *calycinae* nigro-, ſcarioſae dorſo virides: intimae apice dilatatae. *Paleae* ſphacelatae tricuſpidatae: lateralibus breuioribus.

439. ACHILLEA. Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. ouatus, imbricatus. Floſculi radii circiter 4.

* *Foliis indiuiſis.*

1778. ACHILLEA *Ptarmica.*

A. foliis linearibus acuminatis aequaliter argute ferrulatis glabris, caule paniculato, corymbis compoſitis, paleis integris.

A. foliis linearibus acuminatis aequaliter argute ferrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2191. Flor. dan. t. 643. Willd. monogr. p. 10. n. 3. Hall. hiſt. n. 117. Gmel. ſib. 2. p. 196. n. 160. Pall. ind. taur.*

Tanacetum album acutum. *Tabern. Kraeut. p. 1146.*

Occurrit in Tauriae montibus. Floret Junio. ♃

1779. ACHILLEA *grandiflora.*

A. foliis linearibus acutis aequaliter argute ferrulatis glabris, caule paniculato, corymbis pauciflоris, paleis apice bifidis.

Anthemis *(ptarmicaefolia)* leucanthema, foliis linearibus tenuiſſime ſerrulatis, caule paniculato multifloro. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 71. n. 44.*

Pyrethrum *(ptarmicaefolium)* foliis linearibus ſerrulatis, floribus corymboſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2151.*

Habitat in Caucaſi alpe Kaiſchaur. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Facies antecedentis. *Folia* tenuiſſime ſerrulata minus acuminata. *Pedunculi* in corymbo 1-2-flori: vidi etiam varietatem caule unifloro. *Flores* hujus generis maximi, magnitudine Pyrethri corymboſi; caeterum formâ praecedentis. *Calyx* villoſus: ſquamis margine ſcarioſis fuſceſcentibus. *Radius* albus ſuboctoflorus longitudine diſci. *Corollulae* radii ouatae ſubtridentatae: dentibus obtuſis; diſci albae: antheris flauis. *Paleae* lineares apiculo fuſceſcente acute bifido.

1780. ACHILLEA *biſerrata.*

A. foliis lineari-lanceolatis acuminatis inaequaliter argute biſerratis ſubtus villoſis, caule corymboque terminali ſimplici.

Habitat in Albaniâ, verſus fluuium Alazonium. *D. Stetuen.* ♃

Accedit et haec ad A. Ptarmicam, non lenibus attamen notis ab eâ *diſtincta. Caulis* ſimpliciſſimus ſeſquipedalis ſtriatus leuiter villoſus. *Folia* longiora latioraque A. Ptarmicâ ſubtus imprimis villis incumbentibus nitidis veſtita, minime tamen caneſcentia, biſerrata: ſerraturis medii folii majoribus, baſin apicemque verſus decreſcentibus. *Corymbus* 5-10-florus: *pedunculis* unifloris, rarius bifidis bifloris; *floribus* magnitudinis inter A. Ptarmicam et grandifloram mediae: radio albo.

* * *Foliis pinnatifidis.*

1781. ACHILLEA *Gerberi.*

A. foliis tomentoſo-canis pinnatifidis: lobis inciſo-dentatis, ſummis integerrimis; corymbo compoſito, calycibus oblongis.

A. aegyptiaca. *S. G. Gmel. it. 2. p. 178.*

α. major, foliorum lobis distinctis laciniatis.

A. foliis linearibus pinnatifidis pubescentibus petiolatis, foliolis incisis, calycibus oblongis. *Gmel. sib. 2. p. 198. n. 164. t. 83. f. 2. Retz obs. 2. p. 26 sub n. 86.*

β. pumila, foliorum lobis lacinulisque abbreuiatis.

A. (*Gerberi*) foliis caulinis pinnatifidis: laciniis integerrimis, radicalibus pinnatifidis: laciniis trifidis, corollis radii vix calyce majoribus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2196.*

Copiosa in campestribus ad Caucasum, sicut ad Wolgam inferiorem et Tanain. Floret per totam aestatem, usque in autumnum. ♃

Planta dodrantalis seu pedalis tomento tenui incanescens. *Caules* e radice aliquot simplices. *Folia* petiolata admodum polymorpha: segmentis mox brevibus ouatis obiter lobatis aut integris, mox oblongis lobatis incisis, constanter tamen costâ mediâ foliaceâ connexis: lacinulis mucrone apicis minimo cartilagineo. *Fasciculus* foliorum saepe ex axillis primigenorum. *Corymbus* compositus confertus. *Flores* magnitudine et formâ A. tomentosae: *calyce* oblongo villis incumbentibus incano, *radio* breui sature luteo. *Varietas β.* foliis pinnulis imbricatis obscure lobatis veluti cristatis refert speciem distinctam, sed indiuiduis intermediis connectitur cum priore.

**** Foliis bipinnatifidis, seu bipinnatis.*

1782. ACHILLEA *leptophylla.*

A. foliis villoso-tomentosis bipinnatifidis, pinnis distinctis transuersis subtripartitis: lacinulis oblongis integerrimis, corymbo composito, calycibus hemisphaericis, caulibus ramosis.

A. tomentosa. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 144. (simul cum insequente.)*

Habitat in campestribus Tauriae, tum ad Borysthenem, circa urbem Cherson. Floret cum praecedente. ♃

Caules pedales ramoſi hirſuti ſubtomentoſi ſicut tota planta. *Folia* compoſita: pinnis tranſuerſis diſtinctis plerumque tripartitis, interdum quinquepartitis bipartitis aut indiuiſis: lacinulis oblongis obtuſiuſculis vix mucronatis. *Folia* inferiora petiolata: petiolis baſi pinnulis utrinque 3-4 auriculatis, ſuperiora ſeſſilia: pinnulis baſeos longioribus. *Corymbi* compoſiti, minus conferti et multiflori quam praecedentis. *Flores* praeter *calyces* breuiores, magnitudine praecedentis: *radio* ſatura luteo. *Variat* et haec pinnis lacinulisque longiuſculis et abbreuiatis. Prior *varietas* habitu ad A. tomentoſam, poſterior ad A. ſantolinam accedit.

1783. ACHILLEA *taurica.*

A. foliis tomentoſo-lanatis bipinnatifidis, pinnis diſtinctis tranſuerſis ſubtripartitis: lacinulis linearibus integerrimis, caulibus corymbiſque ſubſimplicibus, calycibus hemiſphaericis.

Habitat in campis apricis Tauriae. Floret aeſtate. ♃

Facies praecedentis, ſed humilior non ramoſa et tota tomento lanuginoſo denſo veſtita. *Folia* praecedenti ſimilia: pinnis lacinulisque vulgo tamen longioribus et anguſtioribus. *Corymbi* minus compoſiti quam proxime praecedentium: pedunculis aut unifloris, aut paucifloris. *Flores* hemiſphaerici magnitudine A. anthemoidis. *Calyces* valde lanati. *Radius* praecedente longior, pallidior. A. aureae *affinis* videtur.

1784. ACHILLEA *micrantha.*

A. foliis hirſutis bipinnatifidis: laciniis lanceolatis integerrimis, corymbo decompoſito, calycibus ouatis.

A. foliis bipinnatifidis pubeſcentibus, laciniis lanceolatis integerrimis, corymbo compoſito. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2209. Willd. monogr. n. 22. (excluſo ſynonymo et deſcriptione.)*

Millefolium orientale erectum luteum. *Tournef. cor. p. 37.*

In campeſtribus ad fluuium Terek, inter Kiſljar et Moſdok obuia. Floret cum praecedentibus. ♃

Major proxime praecedentibus atque ramoſor hirſuta luteo-virens, nec incana. *Folia* latiora; pinnarum lacinulis 5 aut 3 lanceolatis. *Flores* numeroſi magnitudine A. nobilis: *calycibus* ouatis modice hirſutis, *radio* breui mox aureo mox ſulphureo. An ſatis *diſtincta* ab A. pubeſcente?

1785. ACHILLEA *tomentoſa.*

A. foliis bipinnatifidis villoſis: pinnis confertiſſimis, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis; corymbo compoſito. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2209. Willd. monogr. p. 44. n. 29. Curt. bot. mag. S. G. Gmel. it. 1. p. 137. t. 25. f. 2. Hall. hiſt. n. 106. Retz obſ. 2. p. 25.*

Stratiotes millefolia, flauo flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 330.*

Millefolium luteum quartum. *Tabern. Kraeut. p. 374.*

Occurrit in campeſtribus ad Caucaſum. Floret aeſtate. ♃

Folia tenuiter diſſecta A. Millefolii: pinnis pinnulisque ut in hac diuaricatis. *Flores* oblongi magnitudine A. Millefolii: *radio* luteo.

1786. ACHILLEA *Eupatorium.*

A. foliis bipinnatifidis cano-pubeſcentibus: laciniis lineari-lanceolatis ferratis, corymbo compoſito globoſo, floribus floſculoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2205.*

A. villoſa, foliis pinnatis: pinnulis plano-patentibus inciſo-ferratis baſi latiore decurrentibus, corymbis conuexis ampliſſimis, floribus radio deſtitutis. *Marſch. caſp. p. 202. n. 71. (excluſis ſynonymis.)*

Habitat in Caucaſo orientali, a Derbento ad Schamachi uſque. Floret aeſtate. ♃

Corymbi ramificationes omnes cum *calycibus* villoſiſſimae. *Radius* nullus. *Floſculi* tubuloſi circiter decem.

1787. ACHILLEA *filicifolia.*

A. foliis pubeſcentibus: inferioribus bipinnatifidis dentatis, ſuperioribus pinnatifidis: pinnis oblongis, corymbo compoſito globoſo, calycibus oblongis, corollulis radii breuiſſimis.

Ptarmica orientalis foliis Tanaceti incanis, flore aureo. *Buxb. cent. 2. p. 25. t. 19. (excluſo ſynonymo Tournefortii.)*

Habitat in Iberiâ. ♃

Praecedenti maxime *affinis*, at *diuerſa villoſitate* omnium partium imprimis vero pedunculorum et calycum multo minore, *pinnis* minus inciſis: dentibus minoribus, *calycibus* longioribus, *floribuſque* radio quamuis breuiſſimo inſtructis. *Corollulae* luteae uti praecedentium hujus tribus. An eadem A. filipendulina *Lamarkii* (Tanacetum incanum *Willd.*)?

1788. ACHILLEA *Millefolium.*

A. foliis piloſiuſculis bipinnatis: *pinnis* pinnuliſque oblongis confertis decuſſatis argute dentatis, corymbo compoſito, calycibus oblongis.

A. foliis bipinnatis glabriuſculis, pinnarum laciniis linearibus dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2208. Willd. monogr. p. 39. n. 27. Flor. dan. t. 737. Hall. hiſt. n. 107. Gmel. ſib. 2. p. 198. n. 165. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 128.*

Millefolium terreſtre minus ſecundum. *Tabern. Kraeut. p. 373.*

In herbidis apricis ubique copioſiſſima. Floret aeſtate. ♃

1789. ACHILLEA *ſetacea.*

A. foliis bipinnatis, foliolis lineari-ſetaceis mucronatis confertiſſimis piloſis, corymbis compoſitis faſtigiatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2212. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 80.*

A. odorata. *α. Willd. monogr. p. 42. n. 28.*

Achillea. *Hall. hiſt. n. 107. γ.*

Occurrit in montoſis ſiccis. Floret cum praecedente. ♃

Differt ab antecedente *caule foliiſque* magis villoſis ſubincanis, *foliis* anguſtioribus: laciniis tenuiſſimis conferti ſſimis, *floribus* minoribus. An *varietas?*

1790. ACHILLEA *nobilis.*

A. foliis caulinis bipinnatifidis: pinnis linearibus diſtantibus, rachi alatâ dentatâ; radicalibus triplicato-pinnatifidis; corymbo compoſito faſtigiato, calycibus ſubgloboſis.

A. foliis caulinis bipinnatifidis: laciniis linearibus ſubdentatis, rachi alatâ dentatâ; radicalibus triplicato-pinnatifidis, corymbo compoſito faſtigiato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2211. Willd. monogr. p. 36. n. 25. Retz obſ. 2. p. 26. Hall. hiſt. n. 109. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 128.*

A. corymbifera. *S. G. Gmel. it. 1. p. 137. t. 25. f. 1.*

A. prima. *Tabern. Kraeut. p. 372.*

In Tauriâ et ad Caucaſum cum proxime praecedentibus copioſa. ♃

Dignoſcitur facile ab affinibus *foliis* circumſcriptione brevioribus latioribuſque: pinnis primariis elongatis utrinque diſtiche patentibus, *floribus* minoribus et *calyce* breui. Gmelinus in *Florâ ſibiricâ 2. p. 198 ſub n. 165* hanc et A. Millefolium conjungit.

440. SIEGESBECKIA. Recept. paleaceum. Pappus nullus. Calyx exterior 5-phyllus: proprius patens. Radius dimidiatus.

1791. SIEGESBECKIA *orientalis.*

S. foliis inferioribus deltoideo-triangularibus repando-dentatis: ſuperioribus ouato-lanceolatis, ramis floriferis dichotomis, calyce exteriore interiore longiore.

* ♃

S. petiolis ſeſſilibus, calycibus exterioribus linearibus majoribus patentibus. *Linn. ſpec. pl. p. 1269. Kniph. cent. 2. n. 87.*

Bidenti ſimilis, foliis latiſſimis ſerratis. *Buxb. cent. 3. p. 29. t. 52.*

Creſcit in Caucaſi praeſertim iberici ſyluis, nec non in vineis pago Tauriae meridionalis Alupkae attinentibus. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Pedunculi in ramis floriferis terminales et ex dichotomiâ. *Calycina foliola* clauata glandulis ſtipitatis ut in Plumbagine obſita, exteriora caduca duplo interioribus longiora.

S. iberica *Willd. in ed. Linn. 3. p. 2220* non videtur a noſtrâ differre, ſed S. triangularis *Cau.* eſt planta indica, Linnaeo olim ignota.

441. BUPHTHALMUM. Recept. paleaceum. Pappus margo obſoletus. Semina lateralia, praeſertim radii marginata.

* Aſteriſci *Tournef.*

1792. BUPHTHALMUM *ſpinoſum.*

B. foliis alternis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus integerrimis hirſutis, calycibus foliolis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2231. Mill. ic. ed. germ. t. 283.*

After primus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 13.*

Creſcit locis graminoſis, per montes ſyluaticos Caucaſi orientalis, oppidis Shamachi antiquo et nouo interjacente. Floret autumno. ⊙

* * Aſteroidea *Tournef.*

1793. BUPHTHALMUM *cordifolium.*

B. foliis alternis: inferioribus petiolatis cordatis duplicato-ſerratis, ſuperioribus ſeſſilibus ouatis ſerratis, caulibus herbaceis,

Linn. ed. Willd. 3. p. 2235. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 113.

B. *(ſpecioſum)* calycibus folioſis, foliis alternis ouatis duplicato-ferratis ſcabris, caule herbaceo. *Schreb. dec. p. 11. t. 6.*

Aſteroides orientalis petaſitidis folio, flore maximo. *Tournef. cor. p. 51. t. 487.*

Occurrit in Iberiâ. 2

Flos ſpecioſus Inulae Helenii.

F R U S T R A N E A.

442. CENTAUREA. Recept. ſetoſum. Pappus ſimplex. Corollulae radii *infundibuliformes*, longiores, irregulares.

* Iaceae: *calycibus laeuibus, inermibus.*

1794. CENTAUREA *Crupina.*

C. calycibus inermibus: ſquamis lanceolatis, foliis pinnatis ſcabris: pinnulis ferrulatis linearibus acutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2277. Kniph. cent. 7. n. 9. Hall. hiſt. 2. app. p. 183. n. 197. Pall. ind. taur.*

Chondrilla purpurea tenuifolia capite Iaceae, ſemine Cardui. *Barrel. ic. 1136.*

Chondrilla hiſpanica quarta. *Tabern. Kraeut. p. 487.*

Occurrit locis apricis, ſiccis hinc inde. Floret Majo. ⊙

1795. CENTAUREA *moſchata.*

C. calycibus inermibus ſubrotundis glabris: ſquamis ouatis, foliis lyrato-dentatis. *Linn. hort. cliff. p. 421. ſpec. ed. Willd. 3. p. 2278. Kniph. cent. 12. n. 24.*

β. C. (*glauca*) calycibus inermibus pubeſcentibus: ſquamis ſubrotundis obtuſis, foliis profunde pinnatifidis glabris: laciniis infimis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2278.*

C. calycibus ventricoſis glabris: ſquamis ſubrotundo-ouatis, foliis glabris: inferioribus pinnatifidis pinnis dentatis, ſuperioribus integris. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 72. n. 47.*

Amberboi flore purpureo odorato. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 180.*

Occurrit in Iberiâ meridionali. ⊙

1796. CENTAUREA *alata.*

C. calycibus inermibus conico-ouatis glabris: ſquamis acutis, foliis ſcabris: radicalibus oblongo-obouatis baſi inciſis, caulinis lanceolatis decurrentibus.

C. calycibus ouatis glabris: ſquamis apice ſubſcarioſis, foliis virеſcentibus decurrentibus indiviſis: radicalibus lyratis. *Lamark dict. 1. p. 665. n. 10. Vahl. ſymb. 2. p. 93. Linn. ed. Willd. 3. p. 2301.*

Prouenit in apricis ſiccis Caucaſi orientalis. Legi circa ſaxum Beſchbarmak et ad Schamachi vetus. Floret aeſtate. ♃

Planta ſaepe ſeſquiorgyalis ſuperne paniculato-ramoſa. *Folia radicalia* et infima *caulina* magna petiolata baſi inciſa ſublyrata, ſuperiora anguſta indiviſa decurrentia, altero latere altiora. *Pedunculi* foliоſi ſubcorymboſi: inferiores longiores caule altiores. *Flores* magnitudine C. Centaurii. *Calycinae* ſquamae rigidae adpreſſae: mucrone apicis minimo ſubpungente. *Corollulae* luteae. Nimis *affinis* C. Behen et C. babylonicae.

1797. CENTAUREA *ruthenica.*

C. calycibus inermibus: ſquamis ouatis obtuſis, foliis pinnatis glabris pinnis argute cartilagineo-ſerratis decurrentibus: terminali oblongo-ouatâ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2281. Lamark dict. 1. p. 663. n. 3.*

β. pinnis anguſtioribus: ferraturis majoribus remotioribusque.

C. ſquamis ouatis, foliis pinnatis: foliolis decurrentibus linearibus ferratis et integris. *Gmel. ſib. 2. p. 89. n. 71. t. 41.*

Habitat in graminoſis editis Caucaſi. Legi in cacumine montis thermis Conſtantinomontanis imminentis, β in campeſtribus iſthmo Tauriae vicinis, ad riuum Molotſchna. Floret aeſtate. ♃

Foliola mox ouato-oblonga: denticulis minutiſſimis creberrimis fere ut in Achilleâ Ptarmicâ, mox lanceolata ſeu lineari-lanceolata inaequaliter remote ferrata.

* * Cyanoideae: *calycinis ſquamis ſetaceo-ciliatis: ciliis recuruatis ſ. rectis.*

1798. CENTAUREA *phrygia,*

C. calycibus recuruato-plumoſis, foliis oblongis indiuiſis ſcabris mucronato-ferrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2282. Flor. dan. t. 520. Hall. hiſt. n. 188. Gmel. it. 1. p. 136. t. 23. f. 2.*

Jacea quarta auſtriaca, capite villoſo. *Clus. hiſt. 2. p. 7.*

Jacea cum ſquamis pennatis, ſiue capite villoſo. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 29. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 182.*

Occurrit in nemoroſis ad riuum Podkumok, circa caſtellum Georgopolitanum. Floret Julio, Auguſto. ♃

Planta tripedalis ramoſa ſcabra ſubhirſuta. *Pedunculi* ad apicem uſque foliofi: ſupremis foliis calyci approximatis. *Flos* magnitudine C. Iaceae. *Calycinae* ſquamae ciliis plumoſis recuruatis longis: praeter intimas, quae terminantur laminâ ſubrotundo-ouatâ ſcarioſâ ſublacerâ nigricante.

1799. CENTAUREA *ſalicifolia.*

C. calycibus recuruato-plumoſis: plumulis ſquamâ breuioribus, foliis lanceolatis acuminatis mucronato-dentatis ſcabris.

C. calycibus recuruato-plumosis turbinatis, foliis oblongis indiuisis scabris mucronato-serrulatis, caule simplici. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2283.*

Habitat in promontorii Caucasici herbidis, imprimis sylvaticis, circa castellum Wladicaucas. Floret Augusto, Septembri. ♃

Caulis basi simplex, superne paniculato-ramosus sicut praecedentis, cui habitu similis. *Flores* in caulis ramorumque apice aut solitarii aut bini breue pedicellati approximati praecedente minores. *Calyces* tomento cinerei: plumulis apicis nigris paruis, squamarum medii majoribus, intimarum margo tantum scariosus nigricans subciliatus. *Flosculi* formâ et colore praecedentis.

1800. CENTAUREA *trichocephala.*

C. calycibus recuruato-plumosis pubescentibus, foliis linear-lanceolatis integerrimis cauleque scabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2286.*

C. calycibus ciliatis: ciliis setaceis reflexis, foliis integerrimis. *Gmel. sib. 2. p. 100. t. 45. f. 1. 2.*

Habitat in campestribus, inter Tanain et Anticetam (*Cuban*); nec non ad Wolgam inter Zarizyn et Astrachan. Floret Junio, Julio. ♃

Praecedentibus hujus tribus *minor* circiter pedalis ramosa pubescenti-scabra. *Folia* integerrima. *Flores* ad apicem caulis et ramorum solitarii sessiles praecedente minores. *Calyx* plumulis longis reflexis testaceis totus obuolutus: squamis pubescentibus striatis. *Corollulae* purpureae: *radio* breui. *Affinis* C. capillatae.

*** Cyani: *calycinis squamis ciliato-serratis.*

1801. CENTAUREA *ochroleuca.*

C. calycibus serratis, foliis pubescentibus oblongis dentatis decurrentibus: infimis subsinuatis, caulibus unifloris adscendentibus.

C. calycibus ferratis, foliis oblongis ferratis decurrentibus, indiuiſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2289.*

C. *(leucantha)* calycibus ſubgloboſis ferratis, foliis lanceolatis: radicalibus dentatis, caulinis integerrimis decurrentibus, caule ſubramoſo declinato, corollulis ochroleucis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 74. n. 49.*

Cyanus orientalis latifolius, leuiter lanuginoſus, flore maximo citrino. *Tournef. cor. p. 32. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 185.*

Habitat in alpibus caucaſicis. Floret Auguſto, Septembri. ♃

Folia radicalia oblonga obtuſa in petiolum attenuata ſaepius integra quam ſinuata aut pinnatifida: caulina late decurrentia. *Caules* dodrantales. *Flos* ſpecioſus. *Calyx* glaber: ſquamis margine apiceque late nigro-ſphacelatis, ciliis apice albis. *Radius* amplus pallide flauus.

1802. CENTAUREA *axillaris.*

C. calycibus ferratis, foliis incanis lanceolatis decurrentibus: inferioribus baſi ſinuato-dentatis, pedunculis axillaribus terminalibuſque. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2290.*

C. ſeuſana. *Villars delph. 3. p. 52.*

C. *(ſtricta)* calycibus ferratis, foliis lanceolatis decurrentibus, caulibus ſtrictis apice ramoſis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 178.*

C. variegata. *Lamark dict. 1. p. 668. n. 29.*

C. montana. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 158.*

Occurrit hinc inde in Tauriae montibus altioribus et in Caucaſo alpino. Floret Julio, Auguſto. ♃

Planta taurico-caucaſica recedit ab europaeâ occidentali *caule* foliis magis decurrentibus latius alato, *foliis* integerrimis mucrone exarido nigricante et ſummis quandoque ſquamulâ ciliatâ terminatis; caeteris autem conuenientibus ſpecie non *differre* cenſeo.

1803. CENTAUREA *depreſſa.*

C. calycibus ferratis, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus tomentoſis: infimis ſubdentatis, caule baſi ramoſo declinato.

Habitat in collibus ſiccis Iberiae, circa Tiflin. *D. Steuen.*

Radix ſimplex elongata tenuis forte annua. *Caules* digitales aut ſpithamaei baſi ramoſi declinati denſe albo-tomentoſi, ſicut tota planta. *Folia* 1-2-uncialia anguſta plerumque integerrima conferta non decurrentia. *Flos* ad apicem caulis et ramorum ſolitarius magnitudine C. paniculatae. *Calyx* glaber albidus: ſquamis apice interdum dilutiſſime ſuſceſcentibus, ciliis albis. *Corollulae* colore cyaneo praecedentis: *radio* vero diſco parum longiore.

1804. CENTAUREA *Cyanus.*

C. calycibus ferratis, foliis linearibus ſeſſilibus integerrimis: infimis baſi pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2291. Kniph. cent. 6. n. 24. Hall. hiſt. n. 191. Gmel. ſib. 2. p. 93. n. 72. Pall. ind. taur.*

Cyanus ſegetum *C. B. Tabern. Kraeut. p. 429. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 184.*

Rarius in Tauriae meridionalis et Iberiae orientalis aruis obuia. Floret aeſtate. ⊙

1805. CENTAUREA *paniculata.*

C. calycibus ciliatis globoſis: ſquamis apice triangulari ſphacelato, foliis imis bipinnatifidis: ſuperioribus pinnatifidis linearibus, ſummis indiuiſis, caule paniculato.

C. calycibus ciliatis: ſquamis ouatis adpreſſis, foliis inferioribus bipinnatifidis: ſuperioribus pinnatifidis, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2292. Jacq. auſtr. 4. p. 10. t. 320. Gmel. ſib. 2. p. 95. n. 75 et p. 99. n. 79. t. 44. f. 1. Hall. hiſt. n. 187. Moriſ. hiſt. 3. p. 140. ſ. 7. t. 28. f. 15.*

C. micrantha. *S. G. Gmel. it. 1. p. 135. t. 23. f. 1.*

C. maculata. *Lamark dict. 1. p. 669. n. 35.*

Occurrit in campeſtribus, ad Caucaſum. Floret aeſtate. ⊙

Calycinae ſquamae adpreſſae ſtriatae apice triangulari ſphacelato praeter cilias non appendiculato: ciliis longis argenteis; hinc calyces pulcre variegati.

1806. CENTAUREA *arenaria.*

C. calycibus ſubciliatis oblongo-ouatis: ſquamis muticis ſub apice utrinque ſcarioſo-appendiculatis ſublaceris, foliis inferioribus bipinnatifidis: ſuperioribus pinnatifidis linearibus ſummis indiuiſis, caule virgato.

C. calycibus inermibus: ſquamis lanceolatis, foliis inferioribus pinnatis: pinnis linearibus integerrimis, ſuperioribus linearibus ſimplicibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2278.*

C. paniculata. *Lamark dict. 1. p. 669. n. 36?*

C. calycibus ciliatis ſqualidis turbinatis, foliis lanuginoſis: caulinis pinnatis, ramorum ſimpliciſſimis. *Gmel. ſib. 2. p. 99. n. 80. t. 44. f. 2?*

Habitat in arenâ mobili deſerti Cumani, et varietas calycibus breuioribus ad Boryſthenem, circa Catherinoſlaw. Floret aeſtate. ♃

Planta praecedenti affinis altior 3-4-pedalis paniculato-ramoſa; *ramis* elongatis. *Folia* ut in praecedente tenuiter diſſecta: foliolis longioribus. *Flores* praecedente minores oblongi aut ouato-oblongi. *Calycinae* ſquamae lanceolatae ſtriatae intactae apice dilutiſſime ruſeſcentes muticae: ſub ipſo apiculo utrinque membranâ ſcarioſâ albâ obſolete ciliatâ quaſi auriculatae. C. Stoebe *affinis* praeſertim quoad florem.

1807. CENTAUREA *Cineraria.*

C. calycibus ciliatis aphyllis, foliis utrinque tomentoſo-lanatis; omnibus inciſis, laciniis ſubouatis obtuſis undulatis, inferioibus bipinnatifidis, caulibus adſcendentibus.

C. calycibus ciliatis; foliis bipinnatifidis utrinque tomentofis: laciniis lanceolatis obtufis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2294. Pall. ind. taur.*

C. candidiffima. *Lamark dict. 1. p. 669. n. 33.*

Stoebe montana niuea, capite Cardui, fubrotundis foliorum lobis. *Barrel. ic. 309.*

Iacea montana candidiffima. *C. Bauh. prodr. p. 128. Vaill. act. parif. a. 1718. p. 183. n. 15.*

Occurrit in Tauriae montibus altioribus et in promontorii caucafici collibus editis lapidofis. Floret Majo, Junio. ♃

Planta dodrantalis tota lanugine denfâ candidâ veftita, foliis tantummodo fuperne aliquanto viridioribus. *Cauliculi* declinati adfcendentes fimplices. *Folia inferiora* bipinnata feu bipinnatifida: pinnis lacinulisque confertis fubimbricatis, infericribus diminutis, extremis majoribus confluentibus. *Folia fuperiora* pinnata feu pinnatifida. *Pedunculi* fub flore nudi: fquamis tantum fubiude alternis minutis. *Flos* magnitudine C. Scabiofae erectiufculus. Squamae *calycinae* appendice fcariofo nigro triangulari acuto ciliis plurimis tenuiffimis albidis fimbriato. *Corollulae* purpureae. Nimis *affinis* C. fibiricae et dealbatae.

1808. CENTAUREA *fibirica.*

C. calycibus ciliatis aphyllis, foliis fupra villofis fubtus villofo-tomentofis, indiuifis pinnatifidifue: laciniis fublanceolatis, caulibus procumbentibus.

C. calycibus fcariofis: fquamis ouatis obtufis ciliatis, foliis utrinque tomentofis pinnatifidis indiuififque, caule declinato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2300. Gmel. fib. 2. p. 96. n. 76. t. 42. f. 2.*

Occurrit in collibus apricis ad Caucafum. ♃

Dignofcitur a praecedente *tomento* omnium partium multo minore, praefertim pagīnae fuperioris foliorum; *caulibus* penitus procumbentibus, *foliis* minus compofitis, laciniis longioribus

planis: radicalibus quibuſdam et caulinis ſuperioribus plerumque indiuiſis lanceolatis; ſquamarum *calycinarum* appendice latiore nitidiore pallido margine albicante: ciliis rigidioribus extremâ ſubſpinuloſâ. Datur *varietas* magis tomentoſa foliiſque magis compoſitis, media quaſi inter hanc et praecedentem et vix niſi calycis ſtructurâ *dignoſcenda*.

1809. CENTAUREA *dealbata*.

C. calycibus ciliatis baſi foliofis, foliis ſupra pubeſcenti-ſcabris ſubtus incano-tomentoſis, bipinnatifidis pinnatifidis indiuiſiſque: laciniis lanceolatis ouatisue, caulibus adſcendentibus.

α. major, erectiuſcula, foliis magis compoſitis: laciniis oblongis acutis.

C. *(dealbata)* calycibus ciliatis, foliis ſubtus tomentoſis: radicalibus bipinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis: caulinis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2295.*

Cyanus orientalis Artemiſiae foliis. *Tournef. cor. p. 32. Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 186. (ex autopſiâ ſpecim. iberico-rum herbar. Tournef.)*

β. humilior, declinata, foliis ſimplicioribus: laciniis ellipticis vel ſubrotundis lobatis.

C. procumbens. *Hablizl apud S. G. Gmel. it. 4. p. 167.*

Habitat in omnis Caucaſi pratis ſyluaticis et collibus herbidis fertilioribus: *β* locis apricis ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

Planta quoad folia polymorpha, praecedentibus admodum *affinis* et varietate *β* cum penultimâ, ſicut cum praecedentis varietate foliis magis compoſitis praeditâ conjuncta. *Differt* praeſertim defectu tomenti paginae ſuperioris *foliorum* et *calycibus* baſi foliofis. *Calycis* appendices minus dilatati ciliisque exilioribus quam praecedentis, minus autem anguſtati ciliisque rigidioribus quam penultimae.

1810. CENTAUREA *Scabiosa.*

C. calycibus ciliatis pubescentibus, foliis pinnatifidis scabriusculis: laciniis lanceolatis acutis basi pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2296. Hall. hist. n. 186. Gmel. sib. 2. p. 93. n. 73. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 152.*

Scabiosa major, flore purpureo prima. *Tabern. Kraeut. p. 440.*

Jacea vulgaris laciniata. *Tournef. inst. Vaill. act. paris. a. 1718. p. 183.*

Frequens in herbidis apricis. Floret aestate. ♃

Variat rarius flore albo.

1811. CENTAUREA *trineruia.*

C. calycibus ciliatis oblongis, foliis linearibus integerrimis trineruiis tomentosis, caule erecto, pedunculis elongatis.

C. calycibus scariosis ciliatis, foliis linearibus tomentosis trineruiis integerrimis, caule erecto. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2301.*

C. amara. *Habl. taur. p. 155.*

Jacea ramosissima incana, Linariae foliis. *Amm. ruth. n. 179.*

Habitat in collibus apricis herbidis Tauriae et Caucasi. Floret aestate. ♃

Radix capite ramoso, multicaulis. *Flos* nequaquam Jaceae magnitudine, sed oblongus formâ magnitudineque C. arenariae. *Calyx* albidus: squamis adpressis margine apiceque late scariosis ciliatis, dorso viridibus. *Corollulae* pallide purpureae vix radiantes. *Affinis* C. amarae.

* * * * Rhaponticoideae: *calycinis ſquamis aridis, ſcarioſis, ciliato-ſerratis.*

1812. CENTAUREA *pulcherrima.*

C. calycibus ſcarioſis: ſquamis ouatis acuminatis ciliatis ſerratis, foliis ſubtus incanis: radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2298.*

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ♃

Folia etiam caulina pleraque pinnatifida: ſumma tantum indiuiſa ſubdentata. *Variat* foliis utrinque glabris.

1813. CENTAUREA *macrocephala.*

C. calycibus ſcarioſis laceris ciliatis, foliis indiuiſis lanceolatis ſubdentatis hirtis, pedunculis incraſſatis fiſtuloſis foliоſis.

C. calycibus ſcarioſis: ſquamis ſubrotundo-ouatis ciliatis, foliis oblongo-lanceolatis indiuiſis ſcaberrimis acutis ſerratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2298.*

C. calycinis ſquamis oblongis glabris apice ſquamulâ ſerrato-ciliatâ terminatis, foliis oblongis integerrimis: ſummis lanceolatis, caulibus ſimplicibus unifloris apicibus incraſſatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 73. n. 48.*

Centaurium majus orientale Helenii folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 33. (ex autopſiâ ſpecim. iberic. herbarii Tournef.)*

Habitat in Armeniae ibericae diſtrictu Pambak montibus altis. ♃

Planta plus quam orgyalis, ſuperne *ramis* unifloris paniculata. *Folia* inferiora magna baſi attenuata; ſuperiora ſeſſilia anguſtiora acutioraque: ſumma mucrone capillari, ſicut *calycis* ſquamae infimae. *Pedunculus* ſub flore valde incraſſatus inanis.

1814. CENTAUREA *orientalis.*

C. calycibus ſquamâ ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Linn. ſpec. pl. p. 1291. ed. Willd. 3. p. 2299. Le*

mark dict. 1. p. 671. n. 44. Kniph. cent. 4. n. 16. Gmel. fib. 2. p. 98. n. 77.

Occurrit in Tauriae et Caucafi herbidis apricis. Floret aeftate. ♃

Maxime *affinis* C. centauroidi, a quâ differt *fquamis* calycinis maximà ex parte fcariofis fufcefcentibus ciliatis: *inferiorum* mucrone fubfpinofo. *Corollulae* luteae. *Folia*, praeter fumma quaedam profundiffime pinnatifida: pinnis lineari-lanceolatis mucronatis, inferiorum fublobatis.

**** Rhapontica: *calycinis fquamis aridis, fcariofis, integerrimis f. laceris.*

1815. CENTAUREA *Picris.*

C. calycibus fcariofis cylindraceis: fquamis fubrotundis integerrimis, foliis lanceolatis: inferioribus bafi fubdentatis, caule paniculato, ramis foliofis unifloris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2302. Pall. ind. taur.*

Iacea orientalis, foliis partim integris, partim laciniatis. *Tournef. cor. p. 32.*

Habitat in Tauriae et Caucafi ruderatis et cultis: incolis ad fluvium Terek decoctum herbae in febribus intermittentibus ufitatum. Floret aeftate. ♃

Radix repens. *Caulis* dodrantalis a bafi ad apicem paniculato-ramofus. *Folia* lanceolata mucronata pubefcenti-fcabra pleraque integerrima, radicalia et infima caulina quandoque pinnatifido-finuata. *Flores* ad ramorum apices folitarii feffiles magnitudine C. paniculatae. *Calyx* ovatus glabriufculus: fquamis pallidis margine integro fcarioso argenteo cinctis, exterioribus ovatis, interioribus lanceolatis acuminatis. *Corolla* floſculoſa purpurea. *Affinis* C. repenti, fed rami floriferi ufque ad calycem foliofi.

1816. CENTAUREA *Iacea.*

C. calycibus fcariofis: fquamis ovatis apice laceris, foliis lanceolatis integerrimis: radicalibus fubdentatis, ramis angulatis.

Linn. ed. Willd. 3. p. 2303. Flor. dan. t. 519. Hall. hiſt. n. 195. Pall. ind. taur.

Rhaponticum pratenſe, Jaceae folio et facie, flore purpureo coronato. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 176.*

Jacea prima. *Tabern. Kraeut. p. 435. bona.*

β. altior, erecta, magis incana, foliis anguſtioribus.

Copioſa in pratis praeſertim montanis; *β* in abruptis calcareis Tauriae, inter Bachtſchiſarai et Sebaſtopolin. Floret aeſtate. ♃

1817. CENTAUREA *alba.*

C. calycibus ſcarioſis integris mucronatis, foliis pinnatodentatis: caulinis linearibus baſi dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2304. Hall. hiſt. n. 196. Pall. ind. taur.*

Rhaponticum tenuifolium laciniatum, calyculis argenteis, minus. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 176.*

Stoebe quarta gallica et auſtriaca elatior. *Cluſ. hiſt. 2. p. 9.*

Creſcit in Tauriae apricis ſterilibus lapidoſis. In cretaceis circa Karaſſubaſar frequens. Floret a Junio, ad Auguſtum. ♃

Diuerſiſſima a praecedente, neque affinis. *Folia* tenuiter diſſecta ut in C. paniculatâ, cujus etiam *flores* magnitudine. *Calycinae* ſquamae mucronatae: margine lato albo-ſcarioſo nitido ſubintegro. *Corollulae* purpureae: radii breues.

1818. CENTAUREA *ſplendens.*

C. calycibus ſcarioſis ouatis: ſquamis mucronatis, foliis inferioribus bipinnatifidis linearibus: ſuperioribus pinnatis, pinnis linearibus ſubdentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2304. Hall. hiſt. n. 197.*

Rhaponticum tenuifolium laciniatum, calyculis argenteis, majus. *Vaill. act. parif. a. 1718. p. 176.*

Stoebe falmantica tertia. *Cluf. hift. 2. p. 10.*

Stoebe minor. *Tabern. Kraeut. p. 438.*

Occurrit in Iberià. *D. Steuen.* ♃

Major praecedente, at *foliis* vix magis compofitis, quamuis majora fint pinnulifque multo longioribus inftructa. *Flores* praecedente majores formà C. Jaceae: *calycis* fquamis appendice magno laxo obtufiffimo candido nitente mucrone vix prominulo.

1819. CENTAUREA *nitens.*

C. calycibus fcariofis integris mucronatis, foliis fcaberrimis pinnatis: pinnis linearibus integerrimis margine reuolutis mucrone capillari.

C. calycibus fcariofis cylindraceis: fquamis mucronatis, foliis pinnatis: pinnis linearibus mucronatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2305.*

Jacea tenuifolia erecta major. *Buxb. cent. 2. p. 22. t. 15. f. 1.*

Jacea orientalis tenuiffime laciniata, capite magno argenteo. *Tournef. cor. p. 32.*

Habitat in collibus editis Caucafi orientalis et Iberiae. Floret Junio, Julio. ⊙

Planta 1-2-pedalis, bafi fimplex, fuperne ramis unifloris 1-5 paniculatis elongatis foliofis. *Folia* pinnata: pinnis diftichis anguftiffimis, mucrone capillari albo caduco; fumma indiuifa fubulata, demum minima ceu fquamae mucronatae calycis bafin ambientes. *Flores* praecedente paullo majores: *fquamis* vero *calycis* fcariofis minus dilatatis mucronatis candidis apice dilute teftaceis: intimis oblongis muticis. *Corolla* flofculofa purpurea.

1820. CENTAUREA *glaſtifolia.*

C. calycibus ſcariosis, foliis indiuiſis integerrimis decurrentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2307. Curt. bot. mag. Gouan illuſtr. p. 75. Gmel. ſib. 2. p. 83. n. 65.*

Centaurium majus orientale erectum, glaſti folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 33. Commel. rar. t. 39.*

Rhaponticum luteum, Iſatidis folio, alato caule. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 176.*

In promontorii Caucaſici pratis paſſim reperitur. Floret Julio, Auguſto. ♃

* * * * * * Stoebe: *calycinis ſquamis apice faſciculo ſpinarum vel ſpinâ palmatâ inſtructis.*

1821. CENTAUREA *Adami.*

C. calycibus palmato-ſpinoſis ſolitariis: ſpinis rectis, ſquamis intimis apice ſcariosis, foliis tomentoſis lanceolatis decurrentibus: infimis denticulatis baſi pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2310.*

C. ſolſtitialis. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Carduus orientalis cyani folio. *Tournef. cor. p. 31.*

Calcitrapa cyani folio, flore luteo. *Vaill. in act. pariſ. a. 1718. p. 166.*

Communis in ſterilibus apricis Tauriae et ad Caucaſum. ⊙

Maxime *affinis* C. ſolſtitiali ſtaturâ pube et foliis. *Flos* magnitudinis inter hanc et C. melitenſem mediae *Spinae* calycis ad ipſum ſquamae apicem ſeſſiles ſlauae, appendice ſcarioſo nullo aut minimo cinctae; nec laminâ ouatâ reflexâ coloratâ baſi connexae ut in C. ſolſtitiali. *Semina* radii atro-fuſca pappo deſtituta: diſci cinerea, pappo longo ſcabro.

1822. CENTAUREA *Steueni.*

C. calycibus palmato-ſpinoſis: ſpinis breuiſſimis reflexis, foliis oblongis pinnatifidis pubeſcentibus petiolatis.

Habitat in Iberià. *D. Steuen.* ♃

Caulis vix pedalis folioſus 1-2-florus. *Folia* pinnatifida: pinnis lateralibus oblongis integris, extimâ majore ouatâ dentato-angulatâ; ſummis minus diſſecta, omnia petiolata. *Flos* magnitudine praecedentis: *calyce* ſubuilloſo. ſpinis palmatis fuſceſcentibus 1-2 lineas tantum longis mediâ paullo longiore; ſquamis intimis oblongis apice ſcarioſis muticis. *Floſculi* lutei non radiantes.

******* Calcitrapae: *calycinis ſpinis compoſitis.*

1823. CENTAUREA *Calcitrapa.*

C. calycibus ſubduplicato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis pinnatifidis linearibus dentatis, caule piloſo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2317. Kniph. cent. 11. n. 25. Hall. hiſt. n. 194. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 159.*

Calcitrapa officinarum, flore purpuraſcente. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 164.*

Carduus muricatus vulgo Calcitrapa dictus. *Cluſ. hiſt. 2. p. 7.*

Communis in incultis Tauriae atque Iberiae. Floret aeſtate. ⊙

******** Calcitrapoideae: *calycinis ſquamis ciliatis ſpinâ terminatis.*

1824. CENTAUREA *coronopifolia.*

C. calycibus ciliato-ſpinoſis: ciliis capillaribus, foliis ſcabris: inferioribus pinnatifidis, ſuperioribus linearibus integerrimis, caule virgato.

C. calycibus erecto-plumoſis, corollis floſculoſis, foliis inferioribus pinnatifidis, ſuperioribus linearibus integerrimis, caule paniculato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2287. Lamark dict. 1. p. 660.*

C. (*exaltata*) calycibus pinnatifido-ciliatis, foliis tomentoſis: imis lyratis, ſummis linearibus, caule paniculato: ramis elongatis. *Adam ap. Weber et Mohr catal. 1. p. 74. n. 50.*

Iacea orientalis annua coronopi folio, flore luteo. *Tournef. cor. p. 32. (Specimina herbarii Tournef. ſunt iberica.)*

Calcitrapa lutea coronopi folio. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 166.*

Habitat in Iberiâ orientali. Floret aeſtate. ⊙

Planta ſcabra 3-4-pedalis elongata: *ramis* virgatis. *Folia* tantum ima inciſa, pleraque integerrima, ſumma mucrone capillari terminata. *Spinulae* diſtinctae ad pedunculi apicem ſub calyce. *Flos* magnitudine C. paniculatae. *Calyx* ſubgloboſus glaber: ſquamis ciliatis, ciliis longis rectis albidis, ſpinâ terminali aciculari rectâ concolore. *Corolla* floſculoſa lutea.

1825. CENTAUREA *paruiflora.*

C. calycibus ciliato-ſpinoſis ouatis: ſquamis apice reflexis, foliis incanis: radicalibus lyratis, caulinis linearibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2319. Deſſont. atl. 2. p. 301.*

C. diffuſa. *Lamark dict. 1. p. 675. n. 70.*

C. ouina. *Pall. ind. taur.*

Iacea minima, calyce ſpinoſo. *Buxb. cent. 5. app. p. 44. n. 26.*

Carduus orientalis calcitrapae folio, flore minimo. *Tournef. cor. p. 31. (ex autopſiâ herbar. Tournef.)*

Calcitrapa laciniata multiflora, minimo flore albicante. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 165.*

Copioſiſſima in campeſtribus Tauriae. Floret a Junio, uſque in autumnum. ♂

Caulis pedalis inde a baſi ramoſiſſimus: *ramis* ramoſis diuaricatis ad angulum fere rectum quaquauerſum patentibus. *Folia* radicalia bipinnatifida: laciniis lineari-lanceolatis ſubdentatis, ſicut tota planta ſcabra; *caulina* adſcendendo ſimpliciora: pinnis anguſtioribus, ſuperiora et ramea indiuiſa. *Flores* parui oblongo-conici. *Calycis* ſquamae rigidae: ſpinâ apicis patente ipſarum fere longitudine, ciliis lateralibus rigidis ſubſpinoſis. *Corolla* floſculoſa purpurea aut alba.

1826. CENTAUREA *ouina.*

C. calycibus ciliato-ſpinoſis ouato-oblongis: ſquamis erectiuſculis ſpinâ terminali minimâ, foliis incanis: inferioribus bipinnatifidis lanceolato-linearibus, ſuperioribus pinnatifidis, ſummis linearibus.

C. calycibus ciliatis, ſquamis ouato-lanceolatis apice patulis, foliis inferioribus bipinnatifidis lanceolato-linearibus: ſuperioribus pinnatifidis, caule ramoſo diuaricato. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2292.*

C. calycibus ciliatis oblongis, foliis ſcabris, caulium pinnatis, ramorum ſimpliciſſimis linearibus. *Gmel. ſib. 2. p. 98. n. 78. t. 43.*

Habitat in Tauriae et Caucaſi collibus apricis ſiccis. Floret cum antecedente. ♂

Major praecedente, 1-3-pedalis, baſi ſimplex, magis incana ramiſque proportione minus elongatis et ad angulum acutiorem patentibus. *Folia* praecedenti ſimilia, praeter ſumma ramea omnia compoſita. *Flores*, quamuis parui, tamen praecedente majores: ſquamis *calycinis* acutioribus apice nigricantibus ſpinâ minimâ terminatis, ciliis exiguis adpreſſis albicantibus nec rigidis ſubſpinoſis. *Corolla* floſculoſa plerumque purpurea, interdum alba. Vix *diſtincta* a C. virgatâ. Haec et praecedens ordine naturali C. paniculatae et arenariae ſubnectendae.

1827. CENTAUREA *reflexa.*

C. calycibus apice ciliato-ſpinoſis: ſpinis ſquamarum inferiorum compoſitis reflexis, foliis hirtis: radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis oblongis; ſuperioribus ſimplicioribus.

C. calycibus apice ciliato-ſpinoſis: ſpinis ſquamarum inferiorum reflexis, foliis pinnatis: laciniis linearibus obtuſis, radicalibus bipinnatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2320. Lamark dict. 1. p. 675. n. 67.*

Cardnus orientalis calcitrapae folio, flore flaueſcente odoratiſſimo. *Tournef. cor. p. 31.*

Calcitrapa lutea laciniata, flore flaueſcente odoratiſſimo. *Vaill. in act. pariſ. a. 1718. p. 167.*

In graminoſis ſiccis Caucaſi orientalis et Iberiae reperitur. Floret aeſtate. ♃

Affinis ſubſequentis varietati calycum ſpinis longioribus inſtructae; *dignoſcitur hirſutie* baſeos caulis et foliorum inferiorum, *foliis* tenuius diſſectis, ſquamarum *calycis* ciliis longioribus et ſpinis inferiorum compoſitis, ſcilicet ſpinulis nonnullis lateralibus inſtructis.

1828. CENTAUREA *centauroides.*

C. calycibus ciliato-ſpinoſis, foliis lyrato-pinnatis ſubintegerrimis: terminali maximà dentatà. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2321. Kniph. cent. 6. n. 23. Habl. taur. p. 155.*

Iacea laeuis maxima centauroides. apula. *Col. ecphr. p. 33. ic. p. 35.*

Carduus centaurii majoris facie, flore luteo, capitulo longis et breuibus aculeis munito. *Tournef. cor. p. 31.*

Calcitrapa lutea laciniata, capitulo longis et breuibus aculeis munito. *Vaill. in act. pariſ. a. 1718. p. 166. 167.*

β. calycinis ſquamis ciliatis muticis: imis tantum mucronato ſubſpinoſis.

C. (*tatarica*) calycibus ciliatis, foliis pinnatis: pinnis lanceolatis indiuiſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2297. Pall. ind. taur.*

Carduus luſitanicus luteus, foliis coronopi glabris et rigidis. *Tonrnef. inſt. p. 442.*

Calcitrapa lutea coronopi foliis glabris et rigidis. *Vaill. act. pariſ. a. 1718. p. 167.*

Creſcit in campis herbidis apricis Tauriae et ad Caucaſum. Floret aeſtate. ♃

Varietas β ſpeciminibus intermediis conjungitur cum α et ipſa hujus ſummam cum C. orientali affinitatem demonſtrat. An etiam C. collina ab hâc ſatis diſtincta?

NECESSARIA.

443. MICROPUS. Recept. paleaceum. Pappus nullus. Calyx calyculatus. Radius corollae nullus. Floſculi feminei ſquamis calycinis inuolati.

1829. MICROPUS *erectus.*

M. foliis alternis lanceolatis, floribus lanuginoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2388. Loeſl. it. p. 166. t. 1. f. 3.*

Gnaphalium Plateau tertium. *Cluſ. hiſt. 1. p. 329.*

Occurrit in Iberiâ occidentali. ⊙

Refert *varietatem* pumiliam Gnaphalii aruenſis.

SEGREGATA.

444. ECHINOPS. Calyculus uniflorus. Corollulae tubuloſae, hermaphroditae. Recept. ſetoſum. Pappus obſoletus.

1830. ECHINOPS *ſphaerocephalus.*

E. foliis pinnatifidis ſuperne pubeſcentibus ſubtus incano-lanuginoſis, caule ramoſo. *Lamark dict. 2. p. 333. Linn.*

ed. Willd. 3. p. 2496. Hall. hiſt. n. 158. Moriſ. hiſt. 3. p. 163. ſ. 7. t. 35. f. 1.

Echinopus major. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 69. Vaill. in. act. pariſ. a 1718. p. 151.*

Communis in ruderatis et cultis. Floret Julio, Auguſto. ♃

Caulis interdum orgyalis ramoſus albido-tomentoſus. *Folia* ſupra ſtrigoſa ſubtus albido-tomentoſa pinnatifido-dentata ſpinoſa: inferiora quandoque bipinnatifida. *Calyculus* polyphyllus ciliatus. *Corollulae* margaritaceae.

1831. ECHINOPS *Ritro.*

E. capitulo globoſo, foliis pinnatifidis ſupra glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2397. Mill. ic. t. 130. Gouan illuſtr. p. 74. Gmel. ſib. 2. p. 100. n. 82. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153. Moriſ. hiſt. 3. p. 163. ſ. 7. t. 35. f. 3.*

E. minor. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 72. Vaill. in. act. pariſ. a. 1718. p. 151.*

β. foliis tenuius diſſectis. *Gmel. ſib. 2. p. 102. t. 46.*

Occurrit in Tauriae ſiccis lapidoſis. Floret cum praecedente. ♃

Minor praecedente raro bipedalis: *tomento* denſiore candidiſſimo caulis et foliorum paginae inferioris. *Folia* ſupra viridia nitida, praecedente tenuius diſſecta: ſpinis pluribus debilioribus. *Capitula* minora ſaturius caerulea.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

445. ORCHIS. Corolla pentapetala: petalo ſuperiore fornicato. Labellum baſi ſubtus calcaratum. Anthera terminalis adnata.

* *Radicibus teſticulatis.*

1832. ORCHIS *bifolia.*

O. labello lineari integerrimo obtuſo, cornu germine duplo longiore, foliis caulinis vaginantibus breuiſſimis: radicalibus binis oblongis baſi attenuatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 10. Curt. lond. Naumburg ap. Uſteri ann. 9. p. 14. t. 1. Hall. hiſt. n. 1285. t. 35. Gmel. ſib. 1. p. 16. n. 13. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 130.*

Occurrit in ſyluis ſub arboribus. Floret Majo, Junio. ♃

O. bifolia *Flor. dan. t. 235* non penitus cum noſtrâ conuenit, ob calcar haud arcuatum et labellum breuius atque latius.

1833. ORCHIS *ſphaerica.*

O. labello tripartito: laciniâ mediâ acuminatâ, petalis ariſtato-acuminatis labello longioribus, cornu germine duplo breuiore, ſpicâ denſâ ouatâ, foliis lanceolatis.

Habitat in Iberiâ mediâ. *D. Steuen.* ♃

Simillima O. globoſae: *differt bracteis* germine longioribus nec ſubaequalibus, *floribus* albis nec purpureis, *petalis* majoribus *labelli* laciniâ mediâ integrâ acuminatâ nec emarginatâ.

1834. ORCHIS *pyramidalis.*

O. labello tripartito: fuperne baſi bicorni, laciniis aequalibus integerrimis, cornu germen ſubaequante, ſpicâ denſâ oblongâ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 14. Jacq. auſtr. 3. p. 37. t. 266. Hall. hiſt. n. 1286. t. 35. Pall. ind. taur.*

O. purpurea, ſpicâ congeſtâ pyramidali. *Ray ſynopſ. ed. 3. p. 377. t. 18.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi nemoroſis. Floret Junio. 2

Flores purpurei O. Morione duplo minores. *Petala* patentia. *Labellum* baſi cornubus duobus obtuſis tripartitum: laciniis ſubaequalibus oblongis obtuſis, mediâ ſubemarginatâ. *Calcar* filiforme germen aut aequans aut paullo longius.

1835. ORCHIS *coriophora.*

O. labello tripartito: laciniis inaequalibus dependentibus, petalis connatis: cucullo lanceolato apice ſubliſſo, cornu conico adſcendente germine breuiore.

O. labello tripartito: laciniis inaequalibus crenatis dependentibus, petalis connatis, cornu conico adſcendente germine triplo breuiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 16. Jacq. auſtr. 2. t. 212. Hall. hiſt. n. 1284. t. 34. Pall. ind. taur.*

O. odore hirci minor. *C. B. Vaill. pariſ. t. 31. f. 30. 31. 32.*

In Tauriae meridionalis udis, circa Autkam obuia Floret Majo. 2

Bulbi ouati 1-2. *Caulis* dodrantalis ab imo ad ſummum foliofus. *Folia* lanceolato-enſiformia conduplicata. *Spica* oblonga. *Bracteae* inferiores florum longitudine ſubcoloratae. *Flores* ſordide purpurei ſuſcеſcentes. *Petala* tota in cucullum cordato-lanceolatum acutum connata: apiculis tantummodo breuiſſimis conniuentibus liberis. *Labellum* triſidum: exterioribus breuibus crenatis, intermediâ oblongâ obtuſâ integrâ. *Faux* purpureo-punctata. *Cornu* germine paullo nec duplo breuius. *Planta* no-

ſtra et auſtriaca Iacquini, ob petala connata longe acuminata ſorte a plantâ heluetică Halleri ſpecie *differt*.

1836. ORCHIS *Morio*.

O. labello trilobo: lobis crenatis obtuſis, medio emarginato, petalis adſcendentibus obtuſis, cornu conico adſcendente germine breuiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 18. Flor. dan. t. 253. Curt. lond. Retz obſ. 1. p. 30. Hall. hiſt. n. 1282. t. 33. Pall. ind. taur.*

O. Morio foemina. *Vaill. pariſ. t. 31. f. 13. 14!*

Occurit in pratis humidis montanis Tauriae, nec non in Iberiâ. Floret Majo. ♃

Labellum latum conuexum obiter trilobum emarginatum crenatum.

1837. ORCHIS *maſcula*.

O. labello trilobo crenulato obtuſo: lobo medio bifido, petalis acutis: exterioribus reflexis, cornu conico adſcendente germinis longitudine. *Linn. ed. Willd. 4. p. 18. Flor. dan. t. 457. Curt. lond. Retz obſ. 1. p. 30. Hall. hiſt. n. 1283. t. 33. Pall. ind. taur.*

O. morio mas, foliis maculatis. C. B. *Vaill. pariſ. t. 31. f. 11. 12.*

Creſcit hinc inde in Tauriae pratis montanis. Floret cum poaecedente. ♃

Labellum latum baſi attenuatum antice trilobum: lateralibus oblongis breuibus, mediâ latiore emarginatâ crenulatâ.

1838. ORCHIS *tephroſanthes*.

O. labello tripartito laeui: laciniis linearibus, intermediâ bifidâ cum mucrone interjecto; petalis acutis conniuentibus, cornu ſubincuruo germine duplo breuiore, bracteis breuiſſimis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 21. Villars delph. 2. p. 32. Hall. hiſt. n. 1277. var. I.*

O. Simia. *(Lamark) Poiret dict. enc. 4. p. 563. n. 29.*

O. Columnae. *Schmidt boem. n. 58.*

O. altera oreades cercopithecophora. *Column. ecphr. p. 319. ic. p. 320*

O. flore fimiam referens. *C. B. Vaill. parif. t. 31. f. 25. 26.*

Occurrit rarius in Tauriae meridionalis et Iberiae fyluis. Floret Majo. ♃

Labelli laciniae quatnor anguſtiſſimae arcuatae ſubaequales: quarta intermedia breuis, quandoque bifida aut nulla. *Bracteae* obſoletae.

1839. ORCHIS *militaris.*

O. labello tripartito punctato-ſcabro: laciniis lateralibus linearibus, intermediâ bilobà obtuſà cum mucrone interjecto; petalis acutis conniuentibus, cornu recto germine duplo breuiore, bracteis obſoletis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 22. Jacq. ic. rar. 3. t. 598. collect. 2. p. 268. Poiret in dict. enc. 4. p. 592. n. 26. Hall. hiſt. n. 1277. t. 28. Pall. ind. taur.*

O. militaris minor. *Tourneſ. inſt. Vaill. pariſ. t. 31. f. 29.*

O. maſcula. *Riu. hexap. t. 15.*

In fyluis montanis Caucaſi reperitur. ♃

Corollarum formâ O. variegatae, *bracteis* praecedenti et ſubſequenti ſimilis. Gmelinus in *Florâ ſibiricâ 1. p. 14 ſub n. 11* hanc et affines conjungit.

1840. ORCHIS *fuſca.*

O. labello tripartito punctato-ſcabro: laciniis lateralibus oblongis, intermediâ amplâ bilobâ crenatâ cum mucrone interjecto, petalis acutis conniuentibus, cornu rectiuſculo germine triplo breuiore, bracteis germine quadruplo breuioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 25. Jacq. auſtr. 4. p. 4. t. 307. Curt. lond.*

Poiret in dict. enc. 4. p. 592. n. 28. Hall. hiſt. n. 1276. t. 31. Gmel. ſib. 1. p. 14. n. 11. Pall. ind. taur.

O. militaris major. *Tourneſ. inſt. Vaill. pariſ. t. 31. f. 27. 28.*

O. magna, latis foliis, galeâ fuſcâ vel nigricante. *Ray ſynopſ. ed. 3. p. 378. t. 19. f. 2.*

Legi in Tauriae meridionalis montibus ſylvaticis, mari nigro imminentibus rarius, Majo florentem. ♃

Labellum amplum quadrilobum: lateralibus linearibus obtuſiuſculis ſubcrenatis, mediâ latâ bifidâ crenulatâ cum interjecto mucrone minimo. *Petala* affinibus breuiora et minus acuminata, in cucullum fuſcescentem connata. *Bracteae* breuiſſimae.

1841. ORCHIS *variegata.*

O. labello tripartito lacui: laciniis obtuſis oblongis, intermediâ bifidâ ferratâ cum mucrone interjecto, petalis acutis conniuentibus, cornu recto ſubulato germine duplo breuiore, bracteis germine breuioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 21. Jacq. ic. rar. 3. t. 599. collect. 2. p. 267. Poiret in dict. enc. 4. p. 592. n. 27. Allion. pedem. n. 1828. Hall. hiſt. n. 1275. t. 30.*

O. latiſolia hiante cucullo minor. *Vaill. pariſ. t. 31. f. 22. 23. 24.*

Creſcit in Tauriae et Caucaſi ſylvis montoſis, affinibus magis communis, quibuſcum eodem tempore floret. ♃

Labellum trilobum: lateralibus anguſtioribus breuioribus, mediâ latiora obcordatâ crenulatâ cum mucrone minimo. *Petala* connata exquiſite acuminata quaſi ariſtata. *Bracteae* lanceolatae germine paullo breuiores.

1842. ORCHIS *hircina.*

O. labello tripartito: laciniis lateralibus lineari-ſubulatis, mediâ elongatâ germine triplo longiore lineari bifidâ, petalis conniuentibus, cornu breuiſſimo conico ſcrotiformi. *Linn. ed.*

Willd. 4. p. 28. Swarz in act. holm. a. 1800. p 207. Scop. carn. ed. 2. n. 1113. Hall. hiſt. n. 1268. t. 25.

Satyrium hircinum. *Linn. ſpec. pl. p. 1337. Jacq. auſtr. 2. p. 55. t. 193. Pall. ind. taur.*

O. barbata foetida. *Riu. hexap. t. 18. Vaill. pariſ. t. 30. f. 6.*

Teſticulus hircinus ſecundus. *Tabern. Kraeut. p. 1055.*

Rarius in Tauriae pratis ſyluaticis et ad ſyluarum margines obuia. Floret Junio. ♃

* * *Radicibus palmatis.*

1843. ORCHIS *latifolia.*

O. labello leuiter trilobo lateribus reflexo, petalis ſuperioribus conniuentibus: binis lateralibus reflexis, cornu conico germine breuiore, bracteis flore longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 28. Flor. dan. t. 266. Hall. hiſt. n. 1279. t. 32. Gmel. ſib. 1. p. 24. n. 21.*

O. palmata pratenſis latifolia, longis calcaribus. *Vaill. pariſ. t. 31. f. 1-5.*

O. palmata paluſtris, ſpicâ foliosâ. *Riu. hexap. t. 9.*

In Iberiae pratis humentibus obuia. ♃

1844. ORCHIS *ſambucina.*

O. labello leuiter trilobo crenato, petalis obtuſiuſculis: binis exterioribus reflexis, cornu conico germine breuiore, bracteis florum longitudine. *Linn. ed. Willd. 4. p. 30. Jacq. auſtr. 2. t. 108. Hall. hiſt. n. 1280.*

O. pannonica octaua. *Cluſ. hiſt. 1. p. 269.*

Occurrit in Iberià, circa Tiflin, Majo florens. ♃

Affinis maxime O. pallenti, quum *radices* quoque ſaepius obſcure palmatae et apicem verſus tantum attenuatae reperiantur. *Dignoſcitur foliis* anguſtioribus, *floribus* paullo minoribus,

cornu tenuiore, *labelli* laciniâ mediâ productiore anguſtiore et praeſertim *bracteis* magnis, quae in O. pallente germine breuiores. *Varietas* floribus dilute purpureis in Iberiâ quoque occurrit.

1845. ORCHIS *anguſtifolia.*

O. labello obouato crenato emarginato cum interjecto mucrone, petalis lateralibus patentiuſculis, cornu recuruo germine duplo breuiore, bracteis germine longioribus, foliis linearibus.

O. *(iberica)* labello obouato indiuiſo mucronato dentato, petalis neruoſis conniuentibus, cornu ſubulato germine duplo breuiore, foliis linearibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 25.*

Habitat ad riuulos Caucaſi orientalis ſubalpini, circa Kurt-Bulak; nec non in Tauriâ meridionali. Floret Junio. 2

Habitu accedit ad O. conopſeam, ſed gracilior et anguſtiſolia. *Bulbi* elongati ſimplices aut palmato-bifidi trifidiue. *Caulis* pedalis gracilis. *Folia* linearia quinqueneruia: radicalia acuta, caulina adſcendendo minora ſubulato-acuminata. *Spica* oblonga anguſta. *Bracteae* ſubulatae cuſpidatae floribus paullo breuiores. *Flores* magnitudine O. militaris pallide purpurei. *Petala* acuta: duo exteriora patentiuſcula lineis punctatis purpureis, tria interiora minora conniuentia ſaturatius purpuraſcentia. *Labellum* indiuiſum lineolis numeroſis ſaturatioribus variegatum: antice dilatatum, crenulatum tenuiſſime emarginatum mucrone ex biſurcaturâ minimo. *Cornu* tenue ſubulatum germine breuius.

1846. ORCHIS *conopſea.*

O. labello obtuſe trilobo, petalis lateralibus patentiſſimis, cornu ſubulato germine duplo longiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 32. Flor. dan. t. 224. Hall. hiſt. n. 1287. t. 29. Gmel. ſib. 2. p. 22. n. 19.*

O. palmata minor, calcaribus oblongis. *C. B. Vaill. pariſ. t. 30. f. 8.*

O. anguſtiſolia non maculata. *Riu. hexap. t. 29.*

Occurrit in promontorio caucaſico occidentali. ♃

1847. ORCHIS *viridis.*

O. labello lineari apice tridentato, petalis conniventibus, cornu obtuſo ſcrotiformi. bracteis flore ſeſquilongioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 33. Swarz act. holm. a. 1800. p. 207. Hall. hiſt. n. 1269. t. 26.*

Satyrium viride. *Linn. ſpec. pl. p. 1337. Flor. dan. t. 77. Gmel. ſib. 1. p. 21.*

In Iberiâ reperitur. ♃

446. OPHRYS. Cor. 5-petala, ſubringens: petalis patentibus. Labellum e baſi ſtyli, patens, ecalcaratum. Anthera terminalis adnata.

1848. OPHRYS *oeſtrifera.*

O. caule foliolo, labello villoſo tripartito: lateralibus ſemicordatis cornutis, intermediâ conuexâ emarginatâ appendiculo reflexo; petalis tribus exterioribus lanccolatis acutiuſculis, binis interioribus ſubulatis breuiſſimis villoſis.

O. infectifera. *Pall. ind. taur.*

Habitat in Tauriâ meridionali, circa pagum Derekoi. Floret Majo. ♃

Bulbi ouati. *Caulis* dodrantalis foliis ultra dimidium vaginatus. *Folia* lineari-lanceolata. *Spica* pauciflora laxa. *Flores* magnitudine O. arachnitis. *Bracteae* ſubulato-lanccolatae germinibus longiores. *Petala* tria exteriora lanceolata ſubaequalia patentia viridia ſtriata, duo interiora minima ſubulata pubeſcentia. *Labellum* amplum tripartitum: ſegmentis duobus lateralibus breuioribus villoſis pallide-fuſcis ſemicordatis: cornu diſci ſubulato ſurrecto ipſis longiore, laciniâ mediâ holoſericeo-pubeſcente fuſco-pur-

pureâ baſi anguſtatâ: *marginibus* utrinque deorſum longitudinaliter conniuentibus (*inſecti abdomen exprimente*), apice emarginatâ cum appendiculo medio hamoſo-reflexo (*inſecti anum referente*). O. pictae *affinis* videtur.

Plantas ſimiles, in Iberiâ lectas pro peculiaribus *ſpeciebus* habet et ſequentibus definitionibus illuſtrauit *amiciſſ. Steuen:* 1) O. (*bremifera*) caule folioſo, labello villoſo baſi bicorni, trilobo: lobo medio emarginato cum appendiculo breui, perianthii foliolis interioribus villoſis breuiſſimis. 2) *O. (cornuta)* caule folioſo, labello villoſo baſi cornubus duobus longiſſimis, trilobo: lobo medio obtuſo cum appendiculo breui reflexo, perianthii foliolis interioribus villoſis breuiſſimis. Quae quidem plantae rariſſimae, ob ſummam inter ſe et cum tauricâ noſtrâ *affinitatem*, ulteriori plurium *ſpeciminum* inueſtigatione et comparatione confirmandae eſſe mihi videntur.

447. SERAPIAS. Cor. 5-petala, ringens: petalis conniuentibus. Labellum ecalcaratum: laminâ deflexâ. Anthera ſtylo elongato adnata.

1849. SERAPIAS *cordigera*.

S. labello tripartito: laciniis lateralibus obtuſis erectis conniuentibus, mediâ ouatâ acuminatâ diſco piloſâ dependente. *Linn. ed. Willd. 4. p. 71. Deſſ. atl. 2. p. 321.*

Occurrit in Iberiâ. *D. Steuen.* 2

448. EPIPACTIS. Corolla 5-petala, erecto-patens. Labellum ecalcaratum. Anthera opercularis, perſiſtens. Pollen puluereo-granulatum.

* *Labelli laminâ integrâ.*

1850. EPIPACTIS *latifolia*.

E. foliis ouatis amplexicaulibus, bracteis inferioribus flore longioribus, floribus pendulis: labello integerrimo acuminato

petalis breuiore, germinibus pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 83. Swarz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hist. n. 1297. t. 40.*

Serapias latifolia. *Linn. syst. veg. p. 678. Flor. dan. t. 811. Pall. ind. taur.*

Damasonium flore mixto. *Riu. hex. t. 6.*

Helleborine prima. *Tabern. Kraeut. p. 1100.*

Ad sylvarum margines et vias communis. Floret Julio. ♃

Gmelinus in *Florâ sibiricâ 1. p. 8 sub n. 7* hanc et affines conjunxit.

1851. EPIPACTIS *pallens.*

E. foliis oblongo-lanceolatis sessilibus, bracteis flore longioribus, floribus erectis, labello obtuso petalis breuiore, germinibus glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 85. Swarz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hist. n. 1298. t. 41.*

Serapias grandiflora. *Linn. syst. veg. p. 679. Pall. ind. taur.*

Serapias Lonchophyllum. *Ehrh. catal. 1. p. 185.*

Helleborine alba barbâ luteolâ. *Riu. hexap. t. 4.*

Helleborine flore albo. *Tabern. Kraeut. p. 1100.*

Occurrit passim in sylvis altioribus, sub arboribus. Floret Majo. ♃

1852. EPIPACTIS *rubra.*

E. foliis lanceolatis, bracteis germine longioribus, floribus erectis, labello acuto: lineis eleuatis undulatis, germinibus glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 86. Swartz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hist. n. 1299. t. 42.*

Serapias *(rubra)* bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, floribus erectis, nectarii labio acuto. *Linn. syst. veg. p. 679. Flor. dan. t. 345. Leers herb. n. 700. Pall. ind. taur.*

Damasonium flore roseo. *Riu. hexap. t. 6.*

Helleborine angustifolia. *Tabern. Kraeut. p. 1100.*

Occurrit in montibus syluaticis praesertim Tauriae, inter arbusta. Floret aestate. ♃

** *Labelli laminâ fissâ.*

1853. EPIPACTIS *Nidus auis.*

E. caule aphyllo vaginato, labello obcordato petalis obtusis duplo longiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 87. Swartz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hist. n. 1290. t. 37. Gmel. sib. 1. p. 25. n. 24.*

Ophrys Nidus auis. *Linn. spec. pl. p. 1339. Flor. dan. t. 181.*

Nidus auis. *Riu. hexap. t. 7.*

In Iberiae syluis reperitur. ♃

1854. EPIPACTIS *ouata.*

E. caule bifolio, foliis ouatis oppositis, labello bifido lineari petalis obtusis triplo longiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 87. Swartz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hist. n. 1291. t. 37. Gmel. sib. 1. p. 25. n. 22.*

Ophrys ouata. *Linn. spec. pl. p. 1340. Flor. dan. t. 137. Curt. lond. Pall. ind. taur.*

Bifolium. *Riu. hexap. t. 7.*

Crescit in syluis umbrosissimis sub arboribus. Floret Majo, Junio. ♃

449. CYMBIDIUM. Cor. 5-petala, erecta vel patens. Labellum basi concauum, ecalcaratum: laminâ patulâ. Anthera opercularis, decidua. Pollen globosum.

* *Terrestria.*

1855. CYMBIDIUM *Corallorhizon.*

C. scapo vaginato aphyllo, floribus pedicellatis, petalis lanceolatis: binis inferioribus linearibus deflexis, labello oblongo acuto. *Linn. ed. Willd. 4. p. 109. Hall. hist. n. 1301. t. 44. Gmel. sib. 1. p. 26. n. 25.*

Ophrys Corrallorhiza. *Linn. spec. pl. p. 1349. Flor. dan. t. 451. Lightfoot scot. t. 23.*

Orobanche spuria s. Corallorhiza. *Rupp. jen. ed. Hall. p. 284. t. 2.*

In Iberiâ occidentali lectum communicauit *amicissimus Steuen.* ♃

450. LIMODORUM. Cor. 5-petala, subpatens. Labellum basi antice in cornu liberum productum. Anthera terminalis.

1856. LIMODORUM *abortiuum.*

L. aphyllum, scapo vaginato, petalis erectis, labello ouato undulato: cornu subulato germinis longitudine. *Swartz in nou. act. upsal. 6. p. 80. Linn. ed. Willd. 4. p. 129. Hall. hist. n. 1288. t. 36.*

Orchis abortiua. *Linn. spec. pl. p. 1336. Jacq. austr. 2. t. 139. Pall. ind. taur.*

Pseudolimodorum. *Clus. hist. 1. p. 270.*

Occurrit in Tauriae ſyluis altioribus hinc inde. Floret Junio. 2

1857. LIMODORUM *Epipogium.*

L. aphyllum, ſcapo vaginato paucifloro, floribus pendulis reſupinatis, labello trilobo concauo, cornu adſcendente ouato. *Swartz in nou. act. upſ. 6. p. 80. Linn. ed. Willd. 4. p. 129. Hall. hiſt. n. 1289. Gmel. ſib. 1. p. 12. n. 8. t. 2. f. 2.*

Satyrium Epipogium. *Linn. ſyſt. veg. p. 676. Jacq. auſtr. 1. t. 84.*

Occurrit in Iberiâ, ad latera montis Ziva. *D. Steuen.* 2

D I A N D R I A.

451. CYPRIPEDIUM. Cor. tetrapetala, patens. Labellum ventricoſum, inflatum. Stylus ſuperne lobo petaloideo appendiculatus.

1858. CYPRIPEDIUM *Calceolus.*

C. caule folioſo, lobo ſtyli elliptico obtuſo, labello petalis breuiore compreſſo. *Linn. ed. Willd. 4. p. 142. Mill. ic. t. 242. Hall. hiſt. n. 1300. t. 43. Gmel. ſib. 1. p. 2. t. 1. f. α. β. Pall. ind. taur.*

Elleborine recentiorum prima. *Cluſ. hiſt. 1. p. 272.*

Prouenit rarius in Tauriae montibus ſyluaticis. Floret Majo, Junio. 2

HEXANDRIA.

452. ARISTOLOCHIA. Cal. o. Cor. 1-petala, ligulata, basi ventricosa. Capsula 6-locularis, polysperma, infera.

* *Caule debili, prostrato.*

1859. ARISTOLOCHIA *pontica.*

A. foliis cordato-subrotundis petiolatis scabriusculis, caule flexuoso, floribus axillaribus solitariis, corollae tubo curuato: limbo cordato acutiusculo.

A. foliis cordato-subrotundis, caule herbaceo flexuoso, floribus incuruis subringentibus. *Lamark dict. 1. p. 255. n. 17. Linn. ed. Willd. 4. p. 160.*

A. rotunda, flore maximo. *Buxb. cent. 1. p. 28. t. 45.*

A. orientalis humilis, ampliſſimo folio. *Tournef. cor. p. 9.*

Occurrit in Iberiâ. ♃

Folia infequente multo latiora, margine minus exasperata. *Flores* majores: tubo breuiore, limbo multo latiore.

* * *Caule erecto.*

1860. ARISTOLOCHIA *Clematitis.*

A. foliis subrotundo-cordatis obtusiusculis petiolatis, caule erecto, pedunculis unifloris aggregatis, corollis erectis: labio oblongo. *Linn. ed. Willd. 4. p. 136. Flor. dan. t. 1253. Hall. hist. n. 1029. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 133.*

A. clematitis vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 71.*

Copiosa in herbidis Tauriae et Caucasi. Floret aestate. ♃

MONOECIA.

MONANDRIA.

453. ZOSTERA. *Masculi:* Cal. o. Cor. o. Anthera ouata, ſpadici unilaterali inſidens. *Feminei:* Cal. o. Cor. o. Germen ouatum, ſpadici unilateri infertum. Stylus bifidus. Capſ. monoſperma.

1861. ZOSTERA *marina.*

Z. foliis integerrimis ſubtrineruiis, caule teretiuſculo. *Vahl. ſpec. pl. 1. p. 14. Linn. ed. Willd. 4. p. 179. Flor. dan. t. 15.*

Phucagroſtis minor. *Caulin. monogr. p. 14. t. 2.*

In fundo maris Tauriae littora alluentis maximâ copiâ prouenit et quotidie undis ejicitur ad littora, praeſertim Boſphori. ♃

454. ZANNICHELLIA. *Masculi:* Cal. o. Cor. o. *Feminei:* Cal. 1-phyllus. Cor. o. Germina circiter 4. Capſulae oblongae, acuminatae, monoſpermae.

1862. ZANNICHELLIA *paluſtris.*

Z. antherâ quadriloculari, ſtigmatibus integerrimis, feminibus (capſulis) dorſo denticulatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 181. Flor. dan. t. 67. Mich. gen. p. 70. t. 34. f. 1. Hälb. hiſt. n. 1604.*

Algoides vulgaris. *Vaill. in act. pariſ. a. 1719. p. 12. t. 1. f. 1.*

Creſcit in foſſis circa oppidum Kiſljar. Floret Majo.

Fructificationes axillares. *Stamen* nudum piſtillo interius ſubjectum et connubii tempore ipſius longitudine. *Filamentum* breuiſſimum. *Anthera* baſi biſida quadrilocularis filamenti apiculo perforata *Piſtilla* 3-5 membranâ ſpathaeformi breuiſſimâ obuoluta: pedunculo communi et pedicellis breuiſſimis. *Stylus* breuis. *Stigma* ſimplex incraſſatum. *Capſulae* oblongae curuulae compreſſae ſtylo acuminatae dorſo punctis prominulis exaſperatae. *Semen* unicum oblongum.

455. CHARA. *Masculi:* Cal. o. Cor. o. Anth. globoſa, ſeſſilis. *Feminei:* Cal. o. Cor. o. Stylus o. Stigmata 5. Bacca unilocularis, polyſperma.

1863. CHARA *vulgaris.*

Ch. caulibus ramuliſque baſi nudis, ramulis teretibus, articulis foliolis, foliolis oblongo-ſubulatis, bracteis baccâ breuioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 183. Flor. dan. t. 150. Hall. hiſt. n. 1681. Gmel. ſib. 3. p. 37. n. 29. Pall. ind. taur.*

Ch. vulgaris foetida. *Vaill. in act. pariſ. a. 1719. p. 17. t. 3. f. 1.*

Copioſa in aquis ſtagnantibus.

1864. CHARA *flexilis.*

Ch. caulibus diaphanis nudis, ramulis inarticulatis compreſſis aphyllis, baccis nudis lateralibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 187. Hall. hiſt. n. 1684.*

Ch. tranſlucens major et minor, flexilis. *Vaill. in act. pariſ. a. 1719. p. 18. t. 3. f. 8. 9.*

Occurrit cum praecedente, in aquis pigris deſerti Cumani.

456. CERATOCARPUS. *Masculi:* Cal. 2-partitus. Cor. o. Filamentum longum. *Femînei:* Cal. 1-phyllus, bicornis, germini fupero adnatus. Cor. o. Styli 2. Semen 1, calyce tectum.

1865. CERATOCARPUS *arenarius.*

Ceratocarpus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 187. Gmel. fib. 3. p. 14. n. 6. Buxb. in comment. petrop. 1. p. 244. t. 9. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 164.*

Copioſus in campeſtribus ſiccis ſteriliſſimis. Floret Junio, Julio. ⊙

DIANDRIA.

457. LEMNA. *Masculi:* Cal. 1-phyllus. Cor. o. *Femînei:* Cal. 1-phyllus. Cor. o. Styl. 1. Capſ. unilocularis, diſperma.

1866. LEMNA *triſulca.*

L. foliis lanceolatis in petiolum attenuatis cruciatim cohaerentibus, radicibus ſolitariis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 193. Wolf monogr. p. 20. f. 1-3. Hall. hiſt. n. 1901. Mich. gen. t. 11. f. 5.*

In aquis pigris Caucaſi rarius obuia. ⊙

1867. LEMNA *minor.*

L. foliis ellipticis utrinque planis baſi cohaerentibus, radicibus ſolitariis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 194. Wolf monogr. p. 23. f. 4-10. Hall. hiſt. n. 1900. Mich. gen. t. 11. f. 3. Pall. ind. taur.*

Aquas ſtagnantes paſſim obtegit. ⊙

TRIANDRIA.

458. TYPHA. *Masculi*: Amentum cylindricum. Calyx obsoletus, triphyllus. Cor. o. *Feminei*: Amentum cylindricum, infra masculos. Cal. o. Cor. o. Semen 1, pedicellatum, basi pilis longis pappi instar cinctum.

1868. TYPHA *angustifolia*.

T. foliis linearibus canaliculatis, spicâ masculâ femineâque remotis: utrâque cylindricâ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 198. Flor. dan. t. 815. Curt. lond. Hall. hist. n. 1306. Gmel. sib. 1. p. 133. n. 70. Pall. ind. taur.*

Copiosa in udis. ♃

1869. TYPHA *minima*.

T. foliis setaceis culmo longioribus, spicâ masculâ a femineâ ouatâ remotâ.

T. foliis setaceo linearibus canaliculatis culmum subaequantibus, spicâ masculâ femineâque remotis: femineâ elliptica. *Linn. ed. Willd. 4. p. 198.*

Habitat in inundatis ad fluuium Terek, circa oppidum Kisljar et ad riuum Podkumok, prope Castellum Georgopolitanum. ♃

Planta ♃-4-pedalis cespititia. *Vagina* oblonga scariosa bifida basi foliorum adnata. *Folia* longissima setâ porcinâ vix crassiora semicylindrica. *Vagina* propria lanceolata ad culmorum basin. *Culmi* foliis paullo crassiores iisdem breuiores. *Spica feminea* a masculâ semunciali circiter spatio remota, praecedente crassior, quamuis triplo brevior.

459. SPARGANIUM. *Masculi:* Amentum subrotundum. Cal. 3-phyllus. Cor. o. *Feminei:* Amentum subrotundum. Cal. 3-phyllus. Cor. o. Stigma bifidum. Drupa exsucca, monosperma.

1870. SPARGANIUM *ramosum.*

Sp. foliis basi triquetris lateribus concauis, pedunculo communi ramoso, stigmate lineari. *Smith brit. 3. p. 961. Linn. ed. Willd. 4. p. 199. Hall. hist. n. 1303.*

Sp. erectum. *Linn. spec. pl. p. 1378. Pall. ind. taur.*

Sp. ramosum erectum. *Besl. eyst. vern. ord. 7. fol. 2. n. 3.*

Sp. primum. *Tabern. Kraeut. p. 559.*

Copiosum in fossis aquosis et humentibus aliis. Floret aestate. ♃

460. CAREX. *Masculi:* Amentum imbricatum. Cal. squama solitaria. Cor. o. *Feminei:* Amentum imbricatum. Cal. squama solitaria. Cor. ventricosa, monopetala, apice coarctata, subdentata. Stigmata 2-3. Nux triquetra, corollâ persistente inclusa.

* *Spicis androgynis, in apice culmi aggregato-capitatis.*

1871. CAREX *stenophylla.*

C. spicis androgynis superne masculis in capitulum oblongum aggregatis: inferioribus bracteâ ouatâ mucronatâ suffultis, stigmatibus binis, fructibus ouatis compressis neruosis bidentatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 218. Schkuhr caric. n. 18. t. G. Ii. f. 32. Gmel. sib. 1. p. 145. t. 30. f. 2?*

C. glomerata. *Host gram. austr. 1. t. 44.*

Creſcit magnâ copiâ in campeſtribus Caucaſo ſubjacentibus, ad Tanain et Wolgam uſque. Floret Aprili, Majo. ♃

Radix repens, per interualla ceſpites foliorum culmorumque denſos proferens. *Culmi* digitales et ſpithamales graciles altero latere conuexiuſculi, altero planiuſculi angulis ſcabris, baſi folio uno alteroue vaginante caeterum nudi. *Folia* culmos floriferos aut aequantia aut ſuperantia ſeſquilineam lata conuoluto-canaliculata margine ſcabra. Spica compoſita denſa, junior oblonga, foecundata ouata, fructifera quandoque ſubrotunda. *Spiculae* ouatae, ſingulae *bracteâ* glumaceâ inferiorum interdum foliaceo-ariſtatâ ſtipatae ſuperne maſculae. *Glumae* ouatae acutae ſature fuſcae nitidae margine albo-ſcariosae: neruo medio viridi. *Styli* duo. *Fructus* glumis vix longiores ouati plano-conuexi laeues: acumine breui breuiſſimeque bidentato.

** *Spicis androgynis, ſeſſilibus, alternis.*

1872. CAREX *ſchoenoides.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ, ſpiculis oblongis alternis confertis ſuperne maſculis, ſtigmatibus binis, fructibus ſubrotundo-ouatis marginatis bidentatis, ſquamis oblongis acutis ſubmucronatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 226. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 45. Schkuhr caric. t. Qqq. f. 157.*

C. leporina. *Pall. ind. taur.*

Habitat in collibus graminoſis Tauriae, ad ſcaturigines. Floret Majo. ♃

Statura C. oualis, ſed glauco-viridis rigidior ſpiciſque breuioribus et confertioribus. *Radix* valde repens. *Culmi* firmi dodrantales trigoni: angulis ſcabriuſculis. *Folia* faſciculata culmos juniores ſubaequantia ſeſquilineam lata rigida canaliculata: apice ſolido triquetro ſubrecuruo, margine et carinâ ſerrulato-ſcabra. *Spica* vix uncialis ouato-oblonga, ſpiculâ baſeos unâ alterâue remotiore, ut rachis in conſpectum veniat. *Spiculae* 6-10: ſingulae *bracteâ* glumaceâ foliaceo-ariſtatâ, infimae elongatâ

rectâ interdum totam ſpicam aequante, ſaepe breuiore. *Glumae* ouatae acutae teſtaceae margine albicantes: nerno dorſali viridulo. *Fructus* adpreſſi ouato-orbiculati conuexo-concauiuſculi marginati acuti bidentati oculo nudo laeues.

1873. CAREX *Schreberi.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ, ſpiculis ouatis alternis confertis inferne maſculis, ſtigmatibus binis, fructibus ouatis bidentatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 225. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 46. Schkuhr caric. n. 30. t. B. f. 9.*

C. praecox. *Schreb. ſpic. lipſ. n. 1010.*

C. brizoides. *Pall. ind. taur.*

Copioſa in Tauriae Caucaſique campis apricis, etiam ſabuloſis. Floret Aprili, Majo. 2

Radix valde repens. *Folia* anguſta plana margine ſcabra. *Spica* ouato-oblonga conferta: nnox *bracteâ* longâ foliaceâ ſpiculae infimae ſubjectâ, mox fere ebracteata. *Spiculae* ouato-oblongae circiter 6 inferne maſculae. *Glumae* lanceolatae ſpadiceae margine albidae: neruo medio viridi. *Stigmata* duo. *Fructus* ouatus conuexo-planus laeuiuſculus dorſo ſtriatus acumine tenuiſſime biſido munitus.

1874. CAREX *vulpina.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ, ſpiculis numeroſis ternatim quinatimue aggregatis oblongis conſertis ſuperne maſculis, ſtigmatibus binis, fructibus ouatis bidentatis compreſſo-triquetris patentibus, bracteis ſetaceis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 231. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 56. Lamark dict. 3 p. 383. n. 19. Flor. dan. t. 308. Schkuhr caric. n. 10. t. C. f. 10. Leers herb. n. 708. t. 14. f. 5. Hall. hiſt. n. 1364. Gmel. ſib. 1. p. 146. n. 89. t. 32. male. Pall. ind. taur.*

C. paluſtris major, radice fibroſâ, caule exquiſite triangulari, ſpicâ breui habitiore compactâ. *Mich. gen. t. 33. f. 13. 14.*

In Tauriae et Caucaſi paludoſis reperitur. Floret Majo, Junio. ♃

1875. CAREX *muricata.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ, ſpiculis ouatis ſuperne maſculis approximatis, ſtigmatibus binis, ſructibus horizontalibus ouatis plano-conuexis bidentatis baſi marginatis, margine ciliato-ferratis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 234. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 54. Schkuhr caric. n. 13. t. E. f. 22. Hall. hiſt. n. 1364. var. II.*

C. caneſcens. *Leers herb. n. 712. t. 14. f. 3.*

C. vulpina. *β. Lamark dict. 3. p. 383 ſub n. 19.*

Gramen cyperoides ſpicis minoribus minuſque compactis. *Scheuchz. agroſt. p. 488. t. 11. f. 5.*

Creſcit in nemoroſis humidiuſculis circa oppidum Kiſljar. Floret cum praecedente. ♃

Differt a praecedente *ſtaturâ* utplurimum humiliore, culmo minus craſſo anguliſque minus argutis et ſecantibus, *ſpicis* minus compoſitis *ſpiculiſque* paucioribus, *ſructibus* maxime divergentibus: acumine aliquanto longiore.

1876. CAREX *ſtellulata.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ, ſpiculis ſubquaternis remotiuſculis inferne maſculis, ſtigmatibus binis, ſructibus ouato-acuminatis bidentatis margine ciliato-ſerratis horizontalibus, ſquamis ouatis acutis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 236. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 53. Schkuhr caric. n. 34. t. C. f. 14. Hall. hiſt. n. 1365. Gmel. ſib. 1. p. 148. n. 91.*

C. muricata. *Leers herb. n. 709. t. 14. f. 8. Flor. dan. t. 284. Lamark dict. 3. p. 383. n. 20.*

Gramen cyperoides ſpicatum minimum, ſpicâ diuulſâ aculeatâ. *Scheuchz. agroſt. p. 485. t. 2. f. 3.*

Occurrit in pratis humidis cum proxime praecedentibus eodemque tempore floret. ♃

Spicae interdum basi ramosae. *Spiculae* breues remotae basi masculae. *Glumae* pallidae, dorso neruis geminis viridibus. *Fructus* diuergentes ut in praecedente, sed duplo saltim minores, acumine subtilissime bisido, aetate nigricantes.

1877. CAREX *remota.*

C. spicâ androgynâ compositâ, spiculis alternis remotis inferne masculis bracteis foliaceis longissimis sussultis, fructibus ouatis acuminatis bifidis compressiusculis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 239. Host gram. austr. 1. t. 52. Flor. dan. t. 370. Schkuhr caric. n. 35. t. E. f. 23. Leers herb. n. 710. t. 15. f. 1. Hall. hist. n. 1357.*

Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis. *Scheuchz. agrost. p. 483.*

In Iberiâ orientali legit *amiciss. Steuen.* ♃

**** Spicis sexu distinctis, masculâ solitariâ: femineis subsessilibus, scapo nudo bracteisque membranaceis vaginatis.*

1878. CAREX *clandestina.*

C. spicâ masculâ solitariâ pedunculatâ, femineis binis subtrifloris remotis subsessilibus subinclusis, bracteis margine membranaceis obliquis vaginatis, stigmatibus tribus, fructibus obouatis obtusis hirtis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 254. Schkuhr caric. n. 67. t. K. f. 43. Hall. hist. n. 1370.*

C. humilis. *Host gram. austr. 1. t. 67.*

C. scariosa. *Lamark dict. 3. p. 388. n. 37.*

Cyperoides montanum humile angustifolium, culmo veluti folioso spicis obsesso. *Scheuchz. agrost. p. 407. t. 10. f. 1.*

Occurrit in Caucaso alpino, versus portas caucasicas. ♃

Dignoscitur facile etiam junior *culmis* breuissimis et *bracteis glumisque* margine lato scarioso albo nitidissimo cinctis.

1879. CAREX *digitata.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ ſeſſili: femineis ſubternis linearibus remotiuſculis, ſtigmatibus tribus, fructibus obouatis roſtratis triquetris pubeſcentibus ſquamam obouatam mucronatam aequantibus, bracteis vaginatis obliquis mucronatis margine membranaceis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 256. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 60. Schkuhr caric. n. 63. t. H. f. 38. Leers herb. n. 715. t. 16. f. 4. Hall. hiſt. n. 1376. Pall. ind. taur.*

Gramen caryophyllatum montanum ſpicâ variâ. C. *Bauh. prodr. p. 9. Scheuchz. agroſt. p. 448. t. 10. f. 14.*

In ſyluaticis montoſis minime rara. Floret Majo, Junio. ♃

**** *Spicis ſexu diſtinctis: maſculâ ſolitariâ, femineis ſeſſilibus ſ. incluſe pedunculatis.*

1880. CAREX *praecox.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis geminis approximatis oblongis ſeſſilibus, ſtigmatibus tribus, fructibus ſubgloboſo-triquetris pubeſcentibus ſquamam ouatam acutam aequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 262. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 68. Schkuhr caric. n. 56. t. F. f. 27.*

C. filiformis. *Leers herb. n. 718. t. 16. f. 5.*

In campeſtribus ad radices Caucaſi frequens. Floret Majo. ♃

Radix repens. *Folia* plana lineam lata ſcabra. *Culmi* filiformes recti ſcabri. *Spica maſcula* oblonga obtuſiuſcula, *glumis* acutiuſculis teſtaceis margine pallidioribus dorſo viridulis: *femineae* breuiores 1–2 approximatae ſubſeſſiles, inferior *bracteâ* foliaceâ ſubulatâ. *Glumae* acutiuſculae fuſceſcentes: carinâ viridi. *Stigmata* tria. *Fructus* paruus ſubgloboſo-triqueter pubeſcens: acumine breuiſſimo indiuiſo.

1881. CAREX *tomentoſa.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis geminatis cylindraceis ſubapproximatis ſeſſilibus, ſtigmatibus tribus, fructibus ſubrotundis tomentoſis ſquamâ ouatâ acuminatâ majoribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 263. Schkuhr caric. n. 57. t. F. f. 28. Leers herb. n. 717. t. 15. f. 7.*

Occurrit in graminoſis Tauriae. 2

Differt a praecedente praecipue *amenti* feminei *ſquamis* breuioribus *fructibuſque* exacte ſphaericis ore obſcure bidentatis magis pubeſcentibus.

1882. CAREX *ſubuilloſa.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis geminatis ouatis approximatis ſeſſilibus, ſtigmatibus tribus, fructibus ouato-triquetris acutis ſubemarginatis villoſiuſculis ſquamam ouatam acutam aequantibus.

C. praecox. *Jacq. auſtr. 5. p. 23. t. 446.?*

C. anguſtifolius, ſpicis ſeſſilibus approximatis teretibus, capſulis hirſutis. *Hall. hiſt. n. 1373?*

Habitat in Tauriae conuallibus herbidis circa Symferopolin. Floret Majo. *D. Steuen.* 2

Media quaſi inter C. praecocem et collinam. *Culmi* graciles foliis altiores. *Folia* breuiora et latiora quam prioris. *Spicae* femineae breues inter ſe et maſculae approximatae: infima *bracteâ* foliaceâ ipſâ ſaepe longiore ſulta. *Glumae* tam maſculae quam femineae ouato-oblongae acutae ſature fuſceſcentes ut in C. collinâ, nec rutilae ut in duabus praecedentibus, nerno dorſali viridi. *Fructus* ſubgloboſus in acumen breue obſoleto bidentatum productus minus quam praecedentium pubeſcens. A C. collinâ *dignoſcitur fructibus* minoribus minus acuminatis et pube rariore veſtitis. C. montana *Leers herb. n. 716. t. 16. f. 6.* ob *ſquamarum amenti maſculi* formam et colorem hanc potius, quam C. ciliatam referre videtur.

1883. CAREX *Schkuhrii.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineâ ſubſolitariâ ſeſſili approximatâ, ſtigmatibus tribus, fructibus obouato-triquetris breuiſſime roſtratis ore emarginatis ſquamâ oblongo-ouatâ breuioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 264. Schkuhr caric. t. Qqq. f. 158.*

C. *(ſphaerocarpa)* ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineâ ſolitariâ ſeſſili approximatâ ouatâ, ſtigmatibus tribus, fructibus globoſis ore bifidis ſquamâ ouato-lanceolatâ majoribus. *Willd. loc. cit. p. 265. (planta vetula.)*

Habitat in campis collibuſque apricis ſiccis ad radices Caucaſi, ad Tanain et Wolgam et in Ucraniam uſque. Floret Aprili, Majo. ♃

Facies omnis C. ſupinae, cui *varietas* pareſertim puſilla pauciflora locis aridiſſimis naſcens nimium *affinis. Radix* valde repens. *Spica* feminea plerumque unica, interdum duae inter ſe et maſculae approximatae; juniores oblongae, fructiferae ouatae, ſaepe pauciflorae. *Glumae* ſpicarum tam maſcularum quam femineārum lanceolatae acutae rutilae: neruo dorſali viridi. *Bractea* foliacea ſub ſpiculâ femineâ ipſâ ſaepe longior. *Fructus* globoſo-triquetri glabri ſquamâ ſubbreuiores: acumine breui tenuiſſime bifido, cujus in maturis tantum rudimentum proſtat.

***** *Spicis ſexu diſtinctis: maſculâ ſolitariâ, femineis ſuperioribus ſeſſilibus vel incluſe pedunculatis, inferioribus pedunculatis.*

1884. CAREX *diſtans.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis tribus ouatis diſtantibus, ſupremâ ſeſſili, reliquis pedunculatis; ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis acuminatis bicuſpidatis ſquamam ouatam acuminatam ſubaequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 271. Schkuhr*

caric. n. 87 t. T et Yy. f. 68. Flor. dan. t. 1049. Hall. hiſt. n. 1382.

Frequens in Tauriae graminoſis fertilioribus ſubhumidis et ad Caucaſum. 2

Culmi praeter apicem laeues. *Ligula* membranacea albicans vel dilute fuſca ad vaginarum oras. *Spicae* ſubcylindricae. *Squamae* maſculae ouato-oblongae obtuſiuſculae fuſceſcentes: orâ albicante. *Squamae* femineae ouato-lanceolatae acutiuſculae fuſcae: dorſo virides. *Capſulae* ſquamis plerumque longiores.

1885. CAREX *diluta.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis ſubquaternis oblongis, ſuperioribus incluſe pedunculatis approximatis, inferioribus pedunculatis *diſtantibus*; *ſtigmatibus tribus*, fructibus triquetro-ouatis breuiſſime roſtellatis bidentatis ſquamis ouatis acutis ſublongioribus.

Habitat in Iberiae graminoſis. *D. Steuen.* 2

Planta glauco-viridis *ſtaturâ* praecedentis. *Spicae femineae* 3-5; ſuperiores 2-3 breue pedunculatae approximatae, inferiores 1-2 *diſtantes: pedunculis longius exſertis. Glumae* maſculae lanceolatae acutae rutilae, femineae ouatae cum acumine breui maſculis concolores. *Fructus* proxime praecedentibus minores roſtelloque breuiore neruoſi laeues albidi: maturi ſquamâ paullo longiores.

1886. CAREX *Michelii.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ ſubouatâ: femineis ſubbinis remotiuſculis, infimâ exſerte pedunculatâ; ſtigmatibus tribus, fructibus obouatis ventricoſis roſtratis bicuſpidatis glabris ſquamam oblongam ſubaequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 277. Schkuhr caric. n. 98. t. P et Vv. f. 59. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 72. Hall. hiſt. n. 1384.*

Cyperoides ſyluarum anguſtiſolium, caule trilatero, ſpicis paruis, capſulis rarius diſpoſitis obeſis in anguſtum collum vix

ab unâ parte ab alterâ vero magis bifidum coarctatis. *Mich. gen. p. 56. t. 32. f. 5.*

Communis in herbidis Tauriae et ad Caucaſum. Floret Majo. 2

Dignoſcitur facile a praecedentibus longitudine et acumine exquiſito nec non colore herbaceo *glumarum* feminearum et *fructibus* ventricoſis roſtro diſtincto longo bicuſpide inſtructis.

1887. CAREX *panicea.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis binis remotiuſculis, ſupremâ ſubincluſe pedunculatâ, infimâ longe pedunculatâ; ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis obtuſis ſquamâ ouatâ majoribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 280. Schkuhr caric. n. 93. t. LI. f. 100. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 79. Gmel. ſib. 1. p. 136. n. 74. Leers herb. n. 722. t. 15. f. 5. Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriae humentibus. 2

Variat ſaepius *ſpicis maſculis* binis, *femineis* confertis ſeu baſi laxis; inferiore ſubſeſſili vel exſerte pedunculatâ demum declinatâ, tum *fructibus* albidis vel ſubfuſcis.

1888. CAREX *alpeſtris.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis tribus quinquefloris, binis approximatis ſeſſilibus, infimâ radicali longiſſime pedunculatâ; ſtigmatibus tribus, fructibus obouato-oblongis triquetris breuiſſime roſtellatis: ore obliquo, ſquamam oblongam aequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 284. Allion. pedem n. 2329 et auct. pedem. p. 48. Hall. hiſt. n. 1385.*

C. gynobaſis. *Villars delph. 2. p. 206. Schkuhr caric. n. 59. t. G. f. 35.*

C. diuerſiflora. *Hoſt gram. auſtr. 1. t. 70.*

C. Halleriana. *Aſſo ſynopſ. n. 922. t. 9. f. 2.*

C. anomala. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in montoſis Tauriae et in Iberiâ. 2

1889. CAREX *nitida.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis binis oblongis approximatis: inferiore pedunculatâ, ſtigmatibus tribus, fructibus elliptico-globoſis nitido-glabris ore bifidis ſquamâ ouatâ majoribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 284. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 71.*

Copioſa in Tauriae graminoſis apricis cum praecedente, in Iberiâ quoque reperitur. 2

Planta tota nitida tamen ſcabriuſcula: *ſtaturâ* C. praecocis, a quâ et a praecedente junior e longinquo aegre dignoſcitur. *Radix* repens. *Folia* plana lineam lata. *Spicae* femineae ſaepius duae maſculae approximatae: ſuperiore pauciflorâ, tertiâ pedunculatâ, ex axillâ *bracteae* foliaceae elongatae. Auriculae fuſcae ad oras vaginarum *bractealium*. *Glumae* fuſceſcentes: ſpicae maſculae acutiores. *Stigmata* tria. *Fructus* ſimiles C. praecoci, at paullo majores ore ſubtiliſſime bifidi et glabri.

* * * * * * *Spicis ſexu diſtinctis: maſculâ ſolitariâ, femineis omnibus pedunculatis.*

1890. CAREX *Drymeja.*

C. ſpicâ maſculâ ſolitariâ: femineis quaternis remotis filiformibus pedunculatis cernuis, ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis roſtratis bifidis ſquamam ouatam membranaceam mucronatam ſubaequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 296. Willd. in act. acad. berol. a. 1794. p. 51. t. 3. f. 3. Hall. hiſt. n. 1395.*

C. ſylvatica. *Hoſt gram. auſtr. 1. t. 84. Flor. dan. t. 404. Schkuhr caric. n. 94. t. Ll. f. 101.*

C. capillaris. *Leers herb. n. 720. t. 15. f. 2.*

In Iberiae ſyluis legit *D. Steuen.* 2

* * * * * * * *Spicis ſexu diſtinctis: maſculis pluribus.*

1891. CAREX *acuta.*

C. ſpicis maſculis binis ternisue: femineis ſubquaternis ſubpedunculatis ſubnutantibus cylindraceis remotis, ſtigmatibus

binis, fructibus oblongis breuiſſime roſtellatis: ore integro pertuſo, ſquamam oblongam acutam ſubaequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 304. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 95. Schkuhr caric. n. 50. t. Ee et Ff. f. 92. Leers herb. n. 723. t. 16. f. 1. Hall. hiſt. n. 1406. Gmel. ſib. 1. p. 142. n. 83. Pall. ind. taur.*

C. acuſa. *β.* ruſa. *Linn. ſpec. pl. p. 1388.*

Gramen cyperoides, foliis caryophyllaeis vulgatiſſimum. *Scheuchz. agroſt. p. 494.*

Occurrit in udis ad Caucaſum. ♃

Spicae maſculae plerumque binae, interdum ſolitariae aut ternae. *Spicae femineae* breue pedunculatae erectae circiter quatuor. *Squamae* amenti feminei oblongae acutae nec cuſpidatae. *Fructus* parui ouati altero latere planiuſculi, luteo-virides: roſtello vix ullo. *Stigmata* duo.

1892. CAREX *nutans.*

C. ſpicis maſculis geminis: femineis ſubgeminis erectis remotis, ſuperiore ſeſſili; ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis ventricoſis breue roſtratis ore bicuſpidatis ſquamâ ouato-cuſpidatâ breuioribus.

C. ſpicis maſculis geminis, femineis geminis oblongis ſeſſilibus remotis, ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis neruoſis bifurcatis ventricoſis ſquamâ ouato-lanceolatâ majoribus, culmo florifero nutante, fructifero erecto. *Linn. ed. Willd. 4. p. 299. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 83.*

C. *(melanoſtachya)* ſpicis maſculis geminis, femineis ſubgeminis remotis, ſuperiore ſeſſili, inferiore pedunculatâ, ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis ventricoſis breue roſtratis ore bicuſpidatis ſquamâ ouato-lanceolatâ majoribus. *Linn. ed. Willd. loc. cit.*

Habitat in udis ad fluuios Terek et Kumam, etiam ad Wolgam et Tanaim paſſim obuia. Floret Majo. ♃

Planta circiter pedalis. *Culmi* triquetri: angulis ſcabris. *Folia* longa plana lineas duas lata. *Spicae maſculae* nigro-

ſpadiceae plerumque duae, quandoque unica: *glumis* lanceolatis acutis. *Spicae* femineae plerumque duae, quandoque tres aut quatuor: inferiores pedicellatae, *pedicellis* breuibus plerumque rectis, interdum maturo fructu reflexo-patulis; *glumis* ouato-lanceolatis mucrone longo quaſi ariſtatis, dorſo viridibus ſtriatis, margine apiceque nigricantibus. *Stigmata* tria. *Fructus* ouati hinc valde gibbi ſtriati, illinc planiuſculi, in acumen breue bifurcatum attenuati, juniores ſubpubeſcentes plumbei, mox ſuſceſcentes, demum nigri. *Squamarum* mucro caducus maturante ſemine vix ullibi in ſpicâ ſuperſtes; hinc Cl. Willdenouius, plantam ſeminiferam deſcribens, fructum ſquamis longiorem eſſe aſſerit. Caucaſicam non *differre* ab auſtriacâ ſpecimina a *Cl. Hoſt* mihi communicata edocuere.

1893. CAREX *riparia.*

C. ſpicis maſculis tribus: femineis tribus erectis cylindricis attenuatis, inferioribus pedunculatis, ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis roſtratis multineruiis bifurcatis longitudine et latitudine ſquamae ouatae ariſtatae. *Linn. ed. Willd. 4. p. 306. Schkuhr caric. n. 102. t. Qq. Rr. f. 105. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1404.*

C. craſſa. *Ehrh. catal. 4. p. 43. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 93.*

C. veſicaria. *Leers herb. n. 724. t. 16. f. 2. I.*

C. veſicaria. *β.* plumbea. *Wahlenb. act. holm. a. 1803. p. 163. Linn. ed. Willd. 4. p. 308.*

Occurrit in udis ad Caucaſum. 2

Planta 2-4-pedalis glauco-viridis. *Culmi* firmi argute triquetri. *Folia* longa lata. *Spicae* maſculae 2-5 approximatae fuſco-ruſae: ſquamis lanceolatis acutis. *Spicae femineae* 2-4 pedunculatae erectae, maturis fructibus patentiuſculae: *glumis* ouato-cuſpidatis, dorſo viridibus ſtriatis, margine rufeſcentibus. *Stigmata* tria. *Fructus* majuſculi ſubinflati triquetro-ouati acuti bifurcati multiſtriati cineraſcentes.

Gmelinus in *florâ ſib. 1. p. 143 ſub n. 84* hanc et affines conjunxit.

1894. CAREX *paludoſa.*

C. ſpicis maſculis binis: femineis ternis erectis cylindraceis attenuatis, inferioribus pedunculatis; ſtigmatibus tribus, fructibus ouatis nerioſis bidentatis ſquamâ lanceolatâ ariſtatâ latioribus eamque aequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 305. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 92. Schkuhr caric. n. 101. t. Oo et Vv. f. 101.*

β. minor, glauco-viridis, ſpicis femineis inferioribus longe pedunculatis pendulis.

Copioſa in aquoſis. Floret Aprili, Majo. ♃

Statura praecedentis. *Spicae* maſculae 2-5 nigro-fuſcae nitidae: glumis oblongis obtuſiuſculis aut parum acuminatis. *Spicae femineae* 2-5, ſuprema interdum ſuperne maſcula: glumis anguſtis lanceolato-ſubulatis dorſo viridibus margine nigro-fuſcis. *Stigmata* tria. *Fructus* triquetro-ouati praecedente minores ſtriati glauceſcentes: roſtello breuiſſimo bifido. *Varietas β* forte ſpecie diſtincta *variat* ſpicis maſculis 1 ſ. 2, aut maſculâ 1 et alterâ androgynâ ſuperne *maſculâ.*

1895. CAREX *ſecalina.*

C. ſpicis maſculis binis: femineis ternis oblongis remotis ſubſeſſilibus, ſtigmatibus tribus, fructibus oblongis compreſſis roſtratis biſidis margine ciliato-ferratis, ſquamâ oblongâ mucronatâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 309. Schkuhr caric. t. S. f. 65.*

C. hordeiformis. *Hoſt gram. auſtr. 1. t. 76.*

Cyperoides humile latifolium, ſpicis craſſis viridibus. *Buxb. cent. 1. p. 34. t. 54.*

Occurrit in Iberiâ et in Tauriâ meridionali. ♃

Habitus inſequentis, ſed minime pubeſcens. *Fructus* majores: roſtro praelongo bidentato.

1896. CAREX *hirta.*

C. ſpicis maſculis binis: femineis tribus oblongis remotis inferioribus breue-pedunculatis, ſtigmatibus tribus, fructibus oblongis acuminatis hirtis bicuſpidatis ſquamâ oblongâ ariſtatâ majoribus, vaginis foliisque ſubhirtis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 311. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 96. Schkuhr caric. n. 105. t. Uuf. 108. Leers herb. n. 725. t. 16. f. 3. Hall. hiſt. n. 1403.*

Cyperoides polyſtachyon lanuginoſum. *Scheuchz. agroſt. p. 478.*

Frequens in herbidis ſubhumidis, praeſertim arenoſis. Floret Majo, Junio. ♃

TETRANDRIA.

461. ALNUS. *Masculi:* Amentum receptaculis cuneiformibus, truncatis, trifloris compoſitum. Cal. ſquama. Cor. 4-partita. *Feminei:* Amentum. Cal. ſquamae biflorae. Cor. o. Semina compreſſa, ouata, nuda.

1897. ALNUS *glutinoſa.*

A. foliis ſubrotundo-cuneatis obtuſis ſubretuſis glutinoſis axillis venarum ſubtus villoſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 334. Hall. hiſt. n. 1630.*

Betula Alnus. *Linn. ſpec. pl. p. 1394. Willd. arb. berol. p. 44. n. 11. Duhamel arb. 1. t. 15. Leers herb. n. 731. Gmel. ſib. 1. p. 17. n. 24. I. Pall. roſſ. 1. p. 64 et ind. taur. Habl. taur. p. 97.*

A. vulgaris. *Clus. hiſt. 1. p. 12.*

Occurrit tam in Tauriâ meridionali, quam in Caucaſo, locis ſubhumidis. Floret Aprili. ♄

1898. ALNUS *incana*.

A. foliis oblongis acutis ſubtus pubeſcentibus: axillis venarum nudis, ſtipulis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 335. Hall. hiſt. n. 1631.*

Betula incana. *Linn. ſuppl. p. 417. Willd. arb. berol. p. 45. n. 12.*

Betula *(incana)* pedunculis ramoſis, foliis acutis argute biſerratis. *Pall. roſſ. 1. p. 64.*

A. altera. *Clus. hiſt. 1. p. 12.*

In conuallibus alpium Caucaſicarum ad torrentes copioſa: occurrit quoque in promontorio Caucaſico, ad riuum Podkumok, prope caſtellum Georgopolitanum. ♄

462. BUXUS. *Masculi*: Cal. 3-phyllus. Petala 2. Germinis rudimentum. *Feminei*: Cal. 4-phyllus. Petala 3. Styli 3. Capſ. 3-roſtris, 3-locularis. Semina 2.

1899. BUXUS *ſemperuirens*.

B. foliis ouatis, petiolis margine piloſiuſculis, antheris ouato- ſagittatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 337. Willd. arb. berol. p. 49. Kniph. cent. 1, t. 11. Blackw. t. 196. Pall. roſſ. 2. p. 17. Hall. hiſt. n. 1610.*

B. ſemperuirens. C. fruticoſa. *Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 82. t. 24.*

Creſcit in ſyluis promontorii Caucaſici iberici. ♄

463. URTICA. *Masculi*: Cal. 4-phyllus. Cor. o. Nectarium centrale, cyathiforme. *Feminei*: Cal. 2-ualuis. Cor. o. Sem. 1, nitidum.

* *Oppoſitifoliæ*.

1900. URTICA *pilulifera*.

U. foliis oppoſitis ouatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 347. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

U. prima romana. *Tabern. Kraeut. p. 920.*

Occurrit in ruderatis Tauriae meridionalis et Iberiae. Floret Majo. ⊙

1901. URTICA *urens.*

U. foliis oppoſitis ellipticis ſubquinqueneruiis argute ſerratis, ſpicis glomeratis geminatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 352. Flor. dan. t. 739. Hall. hiſt. n. 1615. Gmel. ſib. 3. p. 30. n. 18. Pall. ind. taur.*

In ruderatis, ad muros et ſepes paſſim obuia. Floret Majo, Junio. ⊙

1902. URTICA *dioica.*

U. foliis oppoſitis cordatis ouato-lanceolatis groſſe ſerratis, floribus dioicis, ſpicis paniculatis glomeratis geminatis petiolo longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 352. Flor. dan. t. 746. Vahl ſymb. 2. p. 95. Hall. hiſt. n. 1614. Gmel. ſib. 3. p. 30. n. 19. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 139.*

Communis in ruderatis, ad ſepes. Floret a Majo, ad Auguſtum. ♃

464. DIOTIS. *Masculi:* Cal. 4-phyllus. Cor. nulla. *Feminei:* Calyx monophyllus, compreſſo-planus, 2-cornis. Stylus 2-partitus. Semen 1, calyce tectum.

1903. DIOTIS *Ceratiodes.*

D. calycibus femineis feminibuſque lanatis.

D. ceratoides. *Linn. ed. Willd. 4. p. 368.*

Axyris *(ceratoides)* foliis lanceolatis tomentoſis, floribus femineis lanatis. *Linn. ſpec. pl. p. 1389. Jacq. ic. rar. 1. t. 189. miſc. 2. p. 355. Gmel. ſib. 3. p. 17. n. 10. t. 2. f. 1.*

Kraſchenninikouia. *Guldenſt. in act. petrop. 16. p. 548. t. 17.*

Ceratoides orientalis fruticoſa elaeagni folio. *Tournef. cor. p. 52.*

Prouenit in abruptis lapidoſis Caucaſi, ad torrentem Terek circa Dſchim et ad Cyrum fluuium circa Uplis Ziche Iberiae frequens. ♄

Calyx villoſiſſimus: villis in quatuor faſciculos collectis, junioribus rufeſcentibus, poſtea albis.

1904. DIOTIS. *Atriplicoides.*

D. calycibus femineis feminibuſque nudis.

Atriplex *(pedunculata)* caule herbaceo diuaricato, foliis lanceolatis obtuſis integris, calycibus femineis pedunculatis. *Linn. ſpec. pl. app. p. 1675. ed. Willd. 4. p. 966. Flor. dan. t. 304. Pall. it. 1. p. 495. app. n. 112.*

Ceratocarpus maritimus. *Pall. ind. taur.*

Portulacae marinae fruticoſae adpictus ramulus cum feminibus *ap. J. Bauh. hiſt. 1. p. 229. Gmel. ſib. 3. p. 71.*

Copioſa in inundatis ſalſugineis ad littora marina Tauriae et in ſalſuginoſis deſerti caucaſico-caſpici. ⊙

Planta tetrandra monoica omnino hujus generis. *Racemi* terminales et axillares breues. *Flores* glomerati: *maſculi* quadripartiti ſeſſiles, *feminei* pedunculati. *Calyx* fructus monophyllus compreſſo-planus baſi anguſtatus antice cordato-bilobus cum mucrone minuto medio: lobis obtuſis. *Semen* compreſſum rotundatum calyce apice fiſſo tectum. *Styli* duo minimi.

465. MORUS. *Masculi:* Cal. 4-partitus. Cor. o. *Femenei:* Cal. 4-phyllus. Cor. o. Styli 2. Fructus: calyx baccatus. Semen 1.

1905. MORUS *alba.*

M. foliis cordatis baſi inaequalibus ouatis lobatiſue inaequaliter ſerratis ſcabris, fructificationibus glabris.

M. foliis profunde cordatis basi inaequalibus ouatis lobatisue inaequaliter ferratis laeuiusculis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 368. Hall. hist. n. 1611. Duhamel arb. 3. Habl. taur. p. 71.*

β. M. (*tatarica*) foliis leuiter cordatis basi aequalibus ouatis lobatisque aequaliter ferratis laeuibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 369. Pall. ross. 2. p. 9. t. 52.*

Copiosa ad Wolgam inferiorem, a Zarizyn ad Astrachan, porro ad Terekum circa Kisljar, ad Kumam circa Maschar, sicut in Iberia ad Cyrum et Iberum amnes; in Taurica quoque hinc inde ab Aluschta ad Sudak spontanea. Floret Majo. ♄

Spontanea *fructu* rubro et nigro frequentior quam albo.

M. tataricam esse albae *varietatem* ipse Pallasius asserit in *nou. itin.*

PENTANDRIA.

466. XANTHIUM. *Masculi:* Cal. communis imbricatus. Cor. i-petala, infundibuliformis. Recept. paleaceum. *Feminei:* Cal. inuolucrum diphyllum, i-florum. Cor. o. Drupa sicca, muricata, 2-fida. Nux bilocularis.

1906. XANTHIUM *Strumarium.*

X. caule inermi, foliis cordatis trineruatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 373. Blackw. t. 444. Hall. hist. n. 1621. Pall. ind. taur.*

Lappa minor. *Tabern. Kraeut. p. 1157.*

In ruderatis cultisque nimis copiosum. Floret aestate. ☉

467. AMARANTHUS. *Masculi:* Cal. 3-f. 5-phyllus. Cor. o. Stam. 3. f. 5. *Feminei:* Cal. maris. Cor. o. Styli 3. Capf. unilocularis, circumfciffa. Sem. 1.

* *Triandri.*

1907. AMARANTHUS *anguſtifolius.*

A. glomerulis axillaribus triandris, foliis lineari-ellipticis obtuſiuſculis mucronatis, caule ramoſo diffuſo.

A. glomerulis axillaribus triandris, foliis lineari-lanceolatis acutis mucronatis, caule ramoſo erecto. *Linn. ed. Willd. 4. p. 381.*

A. graecus ſylueſtris anguſtifolius. *Tourneſ. cor. p. 17.*

Habitat in Iberiae ruderatis ad pontem cui rubri nomen, Ibero amni impoſitum, ubi Octobri florentem legi. ⊙

Planta pedalis ſeſquipedaliſue ramoſiſſima diffuſa. *Folia* anguſte elliptica in petiolum attenuata obtuſiuſcula cum mucrone, nec emarginata. *Glomeruli* breues ex omnium foliorum axillis. *Calyces* tripartiti acuti. *Color totius plantae viridis.*

1908. AMARANTHUS *pallidus.*

A. racemulis axillaribus glomeratis foliofis triandris, foliis elliptico-ouatis obtuſiuſculis, caule erecto baſi ramoſo.

A. viridis. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 161.*

Habitat in cultis Tauriae et circa urbem Aſtrachan. Floret aeſtate. ⊙

Caulis pedalis erectus ſulcato-angulatus, mox ſimplex, mox ſuprà baſin *ramis* nonnullis lateralibus adſcendentibus. *Folia* tenera pallide-viridia punctata longe petiolata mucrone terminali minimo; nequaquam retuſa aut emarginata. *Racemuli* floriferi oppoſiti axillares foliofi longitudine petiolorum. *Calyces* acuti formâ praecedentis. Hic a compluribus pro A. viridi

proponi mihi videtur, a quo tamen abunde diuerfus: praecedenti propior, fed caule erecto parum ramofo et foliis latioribus *diftinctus.*

1909. AMARANTHUS *Blitum.*

A. glomerulis triandris fubfpicatis, floribus triphyllis, foliis ouatis retufis, caule diffufo. *Linn. ed. Willd. 4. p. 387. Willd. monogr. p. 22. Hall. hift. n. 1606. Pall. ind. taur.*

Blitum album minus. *Pluk. phytogr. t. 212. f. 2.*

Copiofus in cultis. Floret aeftate. ⊙

** *Pentandri.*

1910. AMARANTHUS *retroflexus.*

A. racemis pentandris fupradecompofitis confertis erectis, ramis pubefcentibus, foliis ouatis undulatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 391. Willd. monogr. p. 33. t. 11. f. 21. Mill. dict. n. 14.*

In hortis cultifque aliis vitium nimis commune. Floret Julio, Augufto. ⊙

Caulis erectus 1–3-pedalis profunde fulcatus villofo-tomentofus flauo virens ficut tota planta, fuperne breuiter ramofus. *Folia* rhomboideo-ouata acutiufcula cum mucrone medio, fubundulata margineqne ita repanda ut fubtiliffime crenata videantur, fcabra: neruis prominulis petiolifque villofis. *Racemus* decompofitus fuprema folia comprehendes: *racemulis* breuibus congeftis confluentibus patentiufculis adfcendendo ita diminutis ut demum in racemum elongatum terminalem coalefcant. *Flofculi* 5-partiti: *calycinis* foliolis fubulatis acutiffimis pallidis nerno dorfali viridi, totâ paniculâ ex albido viridique variâ. Hujus et praecedentis, nec ut Guldenftaedtius autumat, Chenopodii feminibus utuntur Iberi ad paranda coria granulofa, quibus Chagrin nomen eft.

POLYANDRIA: STAMINA ULTRA VII.

468. POTERIUM. *Masculi:* Cal. 5-phyllus. Cor. o. Stam. 35-40. *Feminei:* Cal. 6-phyllus. Cor. o. Stylus 3-fidus. Capſ. tricocca.

1911. POTERIUM *Sanguiſorba.*

P. inerme, caulibus ſubangulosis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 421. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 706. Pall. ind. taur.*

Sanguiſorba minor ſecunda. *Tabern. Kraeut. p. 316.*

Copioſum in apricis ſiccis. Floret Majo, Junio. ♃

469. QUERCUS. *Masculi:* Cal. fere 5-fidus. Cor. o. Stam. 5-10. *Feminei:* Cal. 1-phyllus, integerrimus, ſcaber. Cor. o. Styli 2-5. Nux coriacea, calyce perſiſtente baſi cincta.

* *Foliis ſinuatis: lobis muticis.*

1912. QUERCUS *Robur.*

Q. foliis oblongis petiolatis glabris ſinuatis: lobis rotundatis, fructibus oblongis ſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 450. Willd. arb. berol. p. 277. n. 7. Lamark dict. 1. p. 717. n. 2. Hall. hiſt. n. 1626. β. Pall. roſſ. 2. p. 3 et ind. taur. Habl. taur. p. 95.*

Q. latifolia mas, quae breui pediculo eſt. *C. Bauh. pin. p. 419. Duhamel arb. 1.*

Frequens in ſyluis Tauriae et Caucaſi. Floret Aprili, Majo. ♄

1913. QUERCUS *iberica*,

Q. foliis obouato-oblongis ſubtus pubeſcentibus ſinuatis lobis breuibus obtuſis ſubemarginatis, fructibus ſubſeſſilibus: calycis villoſi ſquamis mucronatis incumbentibus.

Q. foliis petiolatis oblongis ſubtus pubeſcentibus ſinuatis: ſinubus acutis, lobis rotundatis emarginatis breuiſſimis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq.*

Habitat in Cartaliniâ. ♄

Arbor facie Q. Roboris, a quâ *differt foliis* ſubtus praeſertim ad neruos pubeſcentibus: lobis breuioribus ſinubus acutioribus et *calyce fructus* magis villoſo: ſquamis in mucronem rigidulum longiorem productis. An *varietas?*

1914. QUERCUS *pedunculata.*

Q foliis oblongis ſubſeſſilibus glabris ſinuatis: lobis rotundatis, fructibus oblongis pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 450. Willd. arb. berol. p. 278. n. 8. Hall. hiſt. n. 1626.*

Q. racemoſa. *Lamark dict. 1. p. 715. n. 1.*

Q. cum longo pediculo. *C. Bauh. pin. p. 420. Duham. arb. 1. Tabern. Kraeut. p. 1314.*

Occurrit promiſcue cum praecedente eodemque tempore floret. ♄

1915. QUERCUS *pubeſcens.*

Q. foliis oblongo-obouatis petiolatis ſinuatis ſubtus pubeſcentibus: lobis obtuſis angulatis, baſi ſubcordatis inaequalibus. fructibus ſubſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 450. Secondat mem. du chêne. t. 5.*

Q. Robur δ. *Lamark dict. 1. p. 717. ſub n. 2.*

Q. Cerris. *Pall. roſſ. 2. p. 4. et ind. taur. Habl. taur. p. 95.*

Robur prima et tertia. *Cluſ. hiſt. 1. p. 18.*

Occurrit in Tauriae meridionalis fyluis mari nigro adjacentibus, praefertim ab Alufchtâ ad Baluclauam; etiam in Iberiâ calidiore. ♄

Affinis antepenultimae, in uniuerfum tamen minor magifque villofa, *ramulis* praefertim foliifque nouellis totis lanuginofis. *Folia* bafi latiora, profundius diffecta: lobis angulatis utplurimum obtufis, quandoque acutiufculis. *Glandes* fubfeffiles ut in antepenultimâ: *calyce* magis tomentofo et fquamarum rudimentis magis afpero, minime tamen echinato.

470. FAGUS. *Masculi*: Cal. 5-fidus, campanulatus. Cor. o. Stam. circiter 12. *Feminei*: Cal. 4-dentatus, fetofus. Cor. o. Germ. 2. Nuces 2, calyce echinato coriaceo quadrifido inclufae.

1916. FAGUS *fyluatica.*

F. foliis ouatis glabris obfolete dentatis margine ciliatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 459. Willd. arb. berol. p. 113. n. 3. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 80. t. 24. Hall. hift. n. 1622. Pall. roff. 2. p. 51 et ind. taur. Habl. taur. p. 95.*

Fagus. *Tabern. Kraeut. p. 1388.*

In fyluis Tauriae Caucafique altioribus reperitur. ♄

471. CASTANEA. *Masculi*: Amentum nudum. Cal. o. Cor. 5-petala. Stam. 10-20. *Feminei*: Cal. 5-f. 6-phyllus, muricatus. Cor. o. Germ. 3. Stigmata penicilliformia. Nuces 3, calyce echinato inclufae.

1917. CASTANEA *vefca.*

C. foliis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-ferratis fubtus nudis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 460. Gaertn. fruct. 1. p.*

181. t. 37. f. 1. *Kniph. cent. 5. n. 31. Hall. hiſt. n. 1623. Pall. roſſ. 2. p. 5.*

C. vulgaris. *Lamark dict. 1. p. 708. n. 1. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 65. t. 19.*

Caſtanea. *Tabern. Kraeut. p. 1385.*

Occurrit in Iberiae occidentalis montibus ſylnoſis, Colchidi finitimis et in altiore Caucaſi orientalis jugo. ♄

472. BETULA. *Masculi:* Amentum imbricatum: ſquamis peltatis, trifloris. Cal. ſquama. Cor. 0. Stam. 10-12. *Feminei:* Amentum imbricatum. Cal. ſquama biflora. Cor. 0. Sem. 1, alatum.

1918. BETULA *alba.*

B. foliis deltoidibus acutis duplicato-ſerratis glabris, ſtrobilorum ſquamis lobis lateralibus rotundatis, petiolis glabris pedunculo longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 462. Willd. arb. berol. p. 36. Duhamel arb. 1. t. 39. Pall. roſſ. 1. p. 61. Leers herb. n. 730. Hall. hiſt. n. 1628. Gmel. ſib. 1. p. 166. n. 32.*

Provenit in ſyluis Caucaſi altioribus, multo attamen quam in occidentali Europâ omnique ſeptentrionali Roſſiâ rarior. In Tauriâ penitus exulat. ♄

473. CARPINUS. *Masculi:* Amentum imbricatum. Cal. ſquama ciliata. Cor. 0. Stam. 10. *Feminei:* Amentum imbricatum. Cal. ſquama 2-flora. Cor. 3-fida. Nux ouata, ſulcata.

1919. CARPINUS *Betulus.*

C. ſtrobilorum ſquamis tripartitis ſubintegerrimis: laciniis lanceolatis, intermediâ elongatâ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 467.*

Willd. arb. berol. p. 52. n. 1. Lamark dict. 1 p. 707. n. 1. Hall. hiſt. n. 1627. Pall. roſſ. 2. p. 6 et ind. taur. Habl. taur. p. 96.

Oſtrys Theophraſti. *Cluſ. hiſt. 1. p. 55.*

Communis in Tauriae Caucaſique ſyluis altioribus. ħ

1920. CARPINUS *orientalis.*

C. ſtrobilorum ſquamis ouatis baſi inaequalibus indiuiſis ſubangulatis inaequaliter ſerratis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 468. Lamark dict. 1. p. 707. n. 2.*

C. duinenſis. *Scop. carn. ed. 2. n. 1190. t. 60.*

C. orientalis, folio minori, fructu breui. *Tournef. cor. p. 40.*

Abundat in Tauriae et Caucaſi nemoribus. ħ

Rarius praecedente arboreſcit *foliisque* inſtruitur minoribus; praecipua vero *diagnoſis* ex *amento* feminifero.

474. CORYLUS. *Masculi:* Ament. imbricatum. Cal. ſquama. Cor. o. Stam. 8. *Feminei:* Cal. 2-partitus, lacerus. Cor. o. Styli 2. Nux ouata, calyce perſiſtenti cincta.

1921. CORYLUS *Auellana.*

C. ſtipulis oblongis obtuſis, calycibus fructus campanulatis apice patulis lacero-dentatis, foliis ſubrotundis cordatis acuminatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 470. Willd. arb. berol. p. 79. n. 1. Kniph. cent. 1. n. 19. Hall. hiſt. n. 1625. Gmel. ſib. 1. p. 150. n. 2. Pall. roſſ. 2. p. 22 et ind. taur. Habl. taur. p. 72.*

Corylus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 11.*

Copioſiſſimus ubique in ſyluis atque nemoribus frutex. Floret Februario, Martio. ħ

475. PLATANUS. *Masculi:* Amentum globosum. Cal. o. Cor. vix manifesta. Antherae filamentum circumnatae. *Femminei:* Amentum globosum. Cal. polyphyllus. Cor. o. Styli stigmate recurvo. Sem. subrotunda, stylo mucronata, basi papposa.

1922. PLATANUS *orientalis.*

Pl. foliis quinquelobo-palmatis basi cuneatis: laciniis lanceolatis sinuatis, stipulis subintegerrimis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 473. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 1. t. 1. Pall. rosс. 2. p. 1. t. 1.*

Platanus. *Clus. hist. 1. p. 9.*

Celsissimae hujus speciei magnaeque molis arbores per Armeniam ibericam sporadice ad torrentium latera occurrunt: tales quoque in Caucaso orientali passim reperiri indigeni retulere. ♄

476. ARUM. Spatha monophylla, cucullata. Spadix supra nudus, inferne femineus, medio staminеus.

* *Acaulia, foliis compositis.*

1923. ARUM *Dracunculus.*

A. foliis pedatis integerrimis, spadice lanceolato spathâ ovatâ planâ glabrâ breuiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 478. Sabbat. hort. 2. t. 76. 77.*

Dracunculus minor. *Tabern. Kraeut. p. 1122.*

Occurrit rarius in Iberiae occidentalis montosis. *D. Steven.* ♃

** *Acaulia, foliis ſimplicibus.*

1924. ARUM *orientale.*

A. acaule, foliis haſtato-ſagittatis acuminatis: lobis deflexis, ſpadice clauato ſpathâ dimidio breuiore.

A. maculatum: varietas caucaſica. *Linn. ed. Willd. 4. p. 483. ſub n. 17. in notâ.*

A. maculatum. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 132.*

A. byzantinum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 70?*

Frequens in umbroſis ſyluaticis tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret Majo. ♃

Affine maxime A. maculato. *Differt foliis* minus dilatatis acutioribus conſtanter immaculatis, *ſpathâ* coloratâ fuſciſcente baſi tantum viridulâ *ſpadice* ſeſquilongiore: nec triplo longiore, *ſpatio* inter piſtilla et ſtamina horum glomeruli longitudine aut longiore: nec piſtillis ſtaminibuſque ſubcontiguis, ut in A. maculato. *Setae* circiter 10 erectae ſupra germina totidemque longiores verticillatae deorſum ſpectantes ſtaminum apicem attingentes: ſpatio ab earum baſi ad ſtamina aequali interuallo inter haec et piſtilla.

MONADELPHIA.

477. PINUS. *Masculi:* Cal. 4-phyllus. Cor. 0. Stam. plurima. Antherae nudae. *Feminei:* Cal. ſtrobili: ſquama 2-flora. Cor. 0. Piſt. 1. Nux alâ membranaceâ excepta.

* *Foliis geminatis.*

1925. PINUS *ſylueſtris.*

P. foliis geminis rigidis, conis ouato-conicis longitudine foliorum ſubgeminis baſi rotundatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 494.*

Willd. arb. berol. p. 205. n. 1. Duhamel arb. 2. Pall. roſſ. 1. t. 2. f. Ii et ind. taur. Hall. hiſt. n. 1660. Gmel. ſib. 1. p. 178. n. 29.

P. ſilueſtris vulgaris. *J. Bauh. hiſt. 1. p. 253.*

P. maritima prima. *Tabern. Kraeut. p. 1344.*

Plurima per altiorem Caucaſum pineta conſtituit, regioni alpeſtri proxima: per Tauriam admodum rara et vix niſi in montibus ſupra Kokkos et Stili obuia. ♄

1926. PINUS *halepenſis.*

P. foliis geminis longiſſimis: vaginarum baſi perſiſtenti lucidâ, ſtrobilis ouato-conicis baſi rotundatis folio breuioribus: ſquamis obtuſis laeuibus.

P. foliis geminis, conis ouato-conicis baſi rotundatis foliis ſubbreuioribus: ſquamis obtuſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 496. Mill. ic. ed. germ. p. 67. t. 216. Deſfont. atl. 2. p. 352. Poiret dict. enc. 5. p. 338. n. 6.*

P. maritima. *Pall. ind. taur.*

P. pinea. *Habl. taur. p. 97.*

In Tauriâ meridionali littorali, ab Alupkâ ad Baluclauam, montium ad littora maris nigri decliuium regionem altiorem occupat. Floret Majo. ♄

Arbor altitudine et mole praecedentis, at *ramis* multo longioribus ampliſſimam ſyluam conſtituentibus, P. maritimae maxime *affinis*. *Folia* longiſſima formâ P. maritimae glauco-viridia marginibus denticulis minimis nudo tamen oculo viſibilibus exaſperato. *Vaginarum* baſis indurata oblonga apice patens truncata dorſo ſubcarinata pallide teſtacea laeuiſſima lucida perſiſtens: unde ramuli ſquamis pulchro ordine imbricatis quaſi cortice inaequali nitido teguntur. *Strobili* praecedentis formâ ſed duplo majores: ſquamis obtuſioribus, carinâ diſci tranſuerſali minus eleuatâ et umbilico minus prominulo atque gibbo.

** *Foliis ſolitariis et baſi diſtinctis.*

1927. PINUS *Picea.*

P. foliis ſolitariis planis emarginatis pectinatis, ſquamis coni obtuſiſſimis adpreſſis. *Ait. Kew. 3. p. 370. Linn. ed. Willd. 4. p. 504. Willd. arb. berol. p. 517. Pall. roſſ. 1. Hall. hiſt. n. 1657. Gmel. ſib. 1. p. 176. n. 27.*

Abies. *Tabern. Kraeut. p. 1347.*

Occurrit in ſyluis altioribus Caucaſi, P. ſylueſtri multo rarior. ♄

1928. PINUS *orientalis.*

P. foliis ſolitariis tetragonis, ſtrobilis ouato-cylindricis: ſquamis rhombeis. *Lambert monogr. Linn. ed. Willd. 4. p. 508.*

Abies orientalis folio breui et tetragono, fructu minimo. *Tournef. cor. p. 41.*

Occurrit in Iberiae occidentalis ſyluis, Colchidi finitimis. *D. Steuen.* ♄

Ramuli nouelli pubeſcentes. *Folia* compreſſa utrinque carinata lineas 3-longa. *Vidi* tantum ramulos inter chartas exſiccatos, nec viuam arborem.

478. CROTON. *Masculi:* Cal. cylindricus, 5-dentatus. Cor. 5-petala. Stam. 10-15. *Feminei:* Cal. polyphyllus. Cor. o. Styli 3, bifidi. Capſ. 3-locularis. Sem. 1.

1929. CROTON *tinctorium.*

Cr. foliis ouato-rhombeis repandis baſi integerrimis utrinque canis, pedunculis terminalibus ſubtrifloris, capſulis ſquamato-pubeſcentibus pendulis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 539. Lamark dict. 2. p. 213. n. 42. Pall. ind. taur.*

Ricinoides ex quo paratur Tournefol gallorum. *Tourneſ. Niſſol in act. acad. ſcient. pariſ. a. 1712. p. 337. t. 17.*

Heliotropium minus tricoccum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 47.*

Occurrit in Tauriâ meridionali et Caucaſo calidiore, locis incultis apricis. Floret aeſtate. ⊙

Variat tomento *foliorum* et *caulis* leuiore denſioreque.

SYNGENESIA.

479. MOMORDICA. *Masculi:* Cal. 5-fidus. Cor. 5-partita. Filam. 3. *Femineі:* Cal. 5-fidus. Cor. 5-partita. Stylus 3-fidus. Pepo elaſtice diſſiliens.

1930. MOMORDICA *Elaterium.*

M. pomis ellipticis hiſpidis, foliis cordatis hiſpidis obtuſis dentatis, caule cirrhis nullis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 605. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 137.*

Cucumis ſylueſtris aſininus dictus C. B. *Subbat. hort. 1. t. 64. Beſl. eyſt. aeſt. ord. 12. fol. 1. n. 1. Tabern. Kraeut. p. 866. J. Bauh. hiſt. 2. p. 249.*

In incultis, ſterilibus, imprimis habitaculis adjacentibus minime rara. Floret aeſtate. ⊙

480. BRYONIA. *Masculi:* Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita. Filam. 3. *Femineі:* Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita. Stylus 3-fidus. Bacca ſubgloboſa, polyſperma.

* *Foliis lobatis.*

1931. BRYONIA *alba.*

Br. foliis cordatis quinquelobis dentatis calloſo-punctatis ſcabris, floribus racemoſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 621. Flor. dan. t. 813. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 137.*

Vitis, fiue Bryonia nigris baccis. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 146.*

β. caule petioliſque hiſpido-aculeatis, pedunculo communi racemi petiolo breuiore.

Occurrit in ſterilibus Tauriae et *β* in Caucaſo ſubalpino, circa acidulam Narzana. Floret aeſtate. ♃

Varietas β eſt forte ſpecies diſtincta, etiam *baccis* nigris gaudens, ſed maxime aſpera, *caule* imprimis *petioliſque* quaſi aculeatis: his *pedunculo* longioribus, qui in vulgari pedunculo aut breuiores aut ſubaequales. *Flores* in hac varietate maſculos in fructiferâ nullos obſeruaui. An dioica?

G Y N A N D R I A.

481. ANDRACHNE. *Masculi:* Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Stam. 5, ſtyli rudimento inſerta. *Feminei:* Cal. 5-phyllus. Cor. o. Styli 3. Capſ. 3-locularis. Sem. 2.

1932. ANDRACHNE *telephioides.*

A. procumbens herbacea. *Linn. ed. Willd. 4. p. 628. Pall. ind. taur.*

Telephioides graecum humifuſum, flore albo. *Tourneſ. cor. p. 50. t. 485. Dill. elth. f. 364. Buxb. cent. 2. p. 20. t. 12. f. 2.*

Glaux procumbens myrti tarentinae folio. *Bocc. muſ. p. 168. t. 119.*

Occurrit in ſterilibus apricis Tauriae et Caucaſi calidioris. Floret Majo, Junio. ☉ ♂

D I O E C I A.

D I A N D R I A.

482. SALIX. *Masculi:* Amentum imbricatum. Cal. fquama. Cor. o. Glandula baſeos nectarifera. (Stam. interdum 1, 3, 5.) *Feminei:* Amentum imbricatum. Cal. fquama. Cor. o. Stylus 2-fidus. Capſ. 1-locularis, 2-ualuis. Sem. pappoſa.

* *Foliis ſerratis, glabriuſculis.*

1933. SALIX *purpurea.*

S. monandra, decumbens, foliis obouato-lanceolatis ferratis glabris, ſtigmatibus breuiſſimis ouatis ſubſeſſilibus. *Smith brit. 3. p. 1039. Linn. ed. Willd. 4. p. 672. Hoppe enchirid. a. 1804. p. 50 ſeq. Pall. ind. taur.*

S. monandra. *Arduin. ſpec. 67. t. 11.*

Copioſa ad riuulos atque torrentes tam Tauriae, quam Caucaſi. Floret Martio, Aprili. ♄

Frutex ad ſummum ſeſquiorgyalis, nec arbor: *cortice* cinerascente ramulorum juniorum purpuraſcente. *Folia* oblonga apicem verſus paullo latiora ſubſeſſilia ſubtiliſſime ſerrulata baſi integra glabra ſubtus glauca: ſuperiora obliqua et per paria approximata. *Stipulae* nullae. *Amenta* oblonga praecocia: ſquamis nigris albo-villoſiſſimis. *Stamina* maſculae intra ſingulas ſquamas ſingula: *antheris* purpureis polline flauo. *Germen* femineae ouatum ſeſſile ſericeo-villoſum. *Stigma* ſubſeſſile bilobum.

1934. SALIX *triandra.*

S. foliis lanceolatis acuminatis basi obtusis serratis subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis triandris, germinibus pedicellatis oblongis tuberculatis glabris, stigmatibus sessilibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 654. Willd. arb. berol. p. 331. n. 1. Hoffm. sal. 2. p. 45. n. 7. t. 9. 10. f. 1-4. t. 33. f. 2. b-d. Curt. lond. Ehrh. catal. 6. p. 100. Hall. hist. n. 1637. Gmel. sib. 1. p. 155. n. 9. Pall. ross. 2. p. 78.*

S. foliis serratis glabris, floribus triandris. *Linn. spec. pl. p. 1442.*

Copiosa ubique in humidis, inundatis, etiam deserti caucasico-caspici. Floret Aprili. ♄

Arbor aut *frutex*, in arenâ mobili deserti quandoque tripedalis. *Folia* dum e gemmis prodeunt pubescentia alioquin glabra. *Stipulae* magnitudine variant, interdum earum loco punctum prominulum utrinque ad petioli basin. *Amenti masculi* squamae breues obtusae lanugine albâ vestitae: *amenti feminei* magis oblongae obtusiusculae. *Germina* glabra breuissime pedicellata. *Stylus* bis bifidus. *Capsulae* obuerse pyriformes glabrae.

1935. SALIX *fragilis.*

S. foliis lanceolatis acuminatis concoloribus glabris glandulosо-serratis, amentis coaetaneis, nectario masculorum gemino, germinibus subsessilibus lanceolatis glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 665. flor. lapp. 349. t. 8. f. B. Willd. arb. berol. p. 335. Smith brit. 3. p. 1051.*

S. decipiens. *Hoffm. salic. 2. p. 9. t. 31.*

Occurrit in salicetis Tauriae. Floret Aprili. ♄

** *Foliis serratis, pubescentibus.*

1936. SALIX *alba.*

S. foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus subtus sericeo-canis: serraturis brevissimis glandulosis.

S. foliis lanceolatis acuminatis ferratis utrinque fericeis ferraturis infimis glandulofis, ftigmatibus bipartitis. *Smith .brit 3. p. 1071. Linn. ed. Willd. 4. p. 710. Willd. arb. berol. p. 351. n. 23. Hoffm. falic. 1. p. 41. n. 6. t. 7. f. 1. t. 8. f. 2. t. 24. f. 3. Hall. hift. n. 1635. Gmel. fib. 1. p. 158. n. 12. Pall. roff. 2. p. 76 et ind. taur.*

Frequens ad foffas et riuulos. Floret cum praecedente. ♄

Arbor faepe magna. *Foliorum* ferraturae breuiffimae, non infimae tantum, fed omnes apice glandulâ. *Pubes* fericea nitida proftrata.

1937. SALIX *anguftifolia.*

S. foliis linearibus acutis utrinque fericeo-canis glandulofo-ferrulatis: glandulis feffilibus.

S. foliis linearibus anguftiffimis acutis exftipulatis fubintegerrimis fubtus fericeis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 699.*

S. orientalis procerior et perticalis, foliis anguftis utrinque argenteis. *Tournef. cor. p. 41.*

Habitat in Iberiâ. *D. Adam.* ♄

Affinis praecedenti videtur; at *foliis* quadruplo anguftioribus non ferratis, fed margine glandulis tantum feffilibus inaequali fufficienter diftincta. Hujus ramos tantum folioſos, fructificationibus deftitutos vidi.

1938. SALIX *Caprea.*

S. foliis ouatis acuminatis ferratis undulatis fubtus tomentofis, ftipulis fublunatis, capfulis ventricofis *Smith brit. 3. p. 1067. Linn. ed. Willd. 4. p. 703. Willd. arb. berol. p. 344. n. 17. Hoffm. falic. 1. p. 25. n. 3. t. 3. f. 1. 2. t. 5. f. 4. t. 21. f. a-d. Flor. dan. t. 245. Hall. hift. n. 1653. Gmel. fib. 1. p. 157. n. 11. Pall. roff. 2. p. 81. t. 8. f. 2 et ind. taur. Habl. taur. p. 105.*

S. foliis ouatis rugofis fubtus tomentofis undatis fuperne denticulatis. *Linn. fpec. pl. p. 1448. flor. lapp. t. 8. f. u.*

S. Caprea latifolia. *Tabern. Kraeut. p. 1452.*

In conuallibus montanis praefertim altioribus ad torrentes paſſim reperitur. Floret Martio, Aprili. ♄

1939. SALIX *phlomoides.*

S. foliis ouato-oblongis acutiuſculis glanduloſo-ſubſerratis pubeſcentibus ſubtus *tomentoſo-canis*, ſtipulis ſemicordato-lanceolatis, germinibus conicis pedicellatis lanuginoſis, ſtigmatibus ſeſſilibus.

S. acuminata. *Pall. roſſ. 2. p. 81.*

Prouenit rarius circa oppidum Kiſljar; ad Wolgam et Sarpam circa coloniam Sareptanam, in nemoribus humidiuſculis frequens. Floret Aprili. ♄

Frutex ſtaturâ praecedentis, rarius *arbor*. *Cortex* laeuis cineraſcens: ramulorum villoſo-tomentoſus. *Folia* oblongo-ouata biunciaria breue petiolata utrinque villo molli veſtita ſupra viridia ſubtus albicantia ſubintegerrima: margine ſcilicet glandulis tantum ſeſſilibus paucis atque remotis inaequali. *Gemmae* cinereo-tomentoſae. *Stipulae* ſemicordatae acutae caducae. *Amenta maſcula femineaque* formâ et pube copioſâ albâ praecedentis: *ſquamis* lanceolatis apice nigris. *Stamina* gemina ſquamâ duplo longiora: *antheris* flauis. *Germen* conicum pedicellatum lanuginoſum. *Stigma* bilobum ſubſeſſile. *Affinis* praecedenti; ſed *foliis* longioribus et hirſutioribus ſubintegerrimis *ramulisque* tomentoſis diſtincta.

T R I A N D R I A.

483. EMPETRUM. *Masculi:* Cal. 3-partitus. Cor. 3-petala. Stam. longa. *Feminei:* Cal. et Cor. maſculi. Bacca 9-ſperma.

1940. EMPETRUM *nigrum.*

E. procumbens, *ramulis* glabris, foliis oblongis margine reuolutis glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 713. Hall. hiſt. n. 1605. Pall. roſſ. 2. p. 49. Gmel. ſib. 3. p. 16. n. 7.*

Erica baccifera tenuifolia. *Tabern. Kraeut. p. 1518.*

Occurrit in alpibus caucaficis, locis humentibus. ♄

TETRANDRIA.

484. VISCUM. *Masculi:* Cal. 4-partitus. Cor. o. Filam. o. Antherae calyci adnatae. *Feminei:* Cal. 4-phyllus, fuperus. Cor. o. Stylus o. Bacca 1-fperma. Semen cordatum.

1941. VISCUM *album.*

V. foliis lanceolatis obtufis enerviis, caule dichotomo, floribus quinis terminalibus glomeratis feffilibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 737. Willd. arb. berol. p. 406. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 87. t. 26. Hall. hift. n. 1609. Pall. roff. 2. p. 91 et ind. taur. Habl. taur. p. 111.*

Vifcum. *Tabern. Kraeut. p. 1376.*

In variis arboribus, tam in Taurià quam in Caucafo parafiticum inuenitur. ♄

1942. VISCUM *Oxycedri.*

V. caule articulato aphyllo confertim trichotomo, floribus ad articulorum apices feffilibus, germinibus oblongis.

V. in oxycedro. *Cluf. hift. 1. p. 39. Lamark dict. 3. p. 57. (fub V. capenfi.)*

Habitat in Caucafi orientalis atque iberici Junipero Oxycedro. ♄

Planta colore et fubftantiâ praecedentis, fed pygmaea per confertam trichotomiam ramofiffima et plane aphylla. *Articuli* caulini apice latiore recipiunt articulum proximum, ficut in praecedente. *Flores* perexigui oblongi, Hypni capfulam quodammodo referentes, ad articulorum apices feffiles oppofiti,

laterales terminalesque. *Calyx* breuissimus coriaceus substantiâ articuli 3-4-fidus conniuens. *Germen* inferum calyce longius subtrigonum caeruleſcens. *Fructificationes* inattentus in viuo neglexi, in ficco jam ulterius extricare nequeo.

485. HIPPOPHAE *Masculi:* Cal. 2-partitus. Cor. o. *Feminei:* Cal. 2-fidus. Cor. o. Stylus 1. Bacca monoſperma.

1943. HIPPOPHAE *rhamnoides.*

H. foliis lineari-lanceolatis ſupra glabris ſubtus albidis lepidotis *Linn. ed. Willd. 4. p. 743. Willd. arb. berol. p. 142. Pallas roſſ. 2. p. 43. t. 18. Flor. dan. t. 265. Hall. hiſt. n. 1603.*

Rhamnus ſiue Oleaſter germanicus. *Tabern. Kraeut. p. 1490.*

Rhamnoides florifera et fructifera ſalicis folio, baccis aureis. *Tournef. cor. p. 53.*

In glareoſis ad torrentes Caucaſi frequens. ♄

Baccae ſphaeroideae coccineae ad ramos ſeſſiles confertae. Secundum ordinem naturalem Elaeagno proxima.

486. SPINACIA. *Masculi:* Cal. 4-5 partitus. Cor. o. Antherae 4-loculares. (Stam. 4-5.) *Feminei:* Cal. 4-fidus. Cor. o. Styli 3-4. Semen 1, intra calycem induratum.

1944. SPINACIA *tetrandra.*

Sp. foliis runcinato-pinnatifidis, floribus tetrandris. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq.*

Habitat in Armeniâ ibericâ orientali, locis argillosis salsuginosis frequens. Iberis pro olere, Schamun dicta. Floret Martio, Aprili. ☉

Planta digitalis vel spithamaea, *caulibus* e radice multis quaquauersum declinatis. *Folia* radicalia et caulina runcinato-pinnatifida: lobis oblongis acutis subdentato-angulatis margine ciliato-scabris: extimo paullo majore; floralia summa lanceolata indiuisa. *Florum masculorum* glomeruli in pedunculo axillari sessiles alterni, ut in Sp. oleraceâ, cui etiam flores similes, praeterquam quod sint quadrifidi tetrandri. *Filamenta* calyce multo longiora patentissima. *Antherae* magnae quadriloculares purpurascentes: polline flauo. *Plantam femineam*, inter millenas mascalas florentes, ne unicam quidem detegere sese potuisse testatur *amiciss. Steuen*, quam et ego nunquam vidi. Spinaciam vero esse *habitus* aperte loquitur; immo eam forte, ex quâ oleracea nostra olim originem traxit.

PENTANDRIA.

487. PISTACIA. *Masculi:* Cal. 5-partitus. Cor. o. *Feminei:* Cal. 3-fidus. Cor. o. Styli 3. Drupa sicca, monosperma.

1945. PISTACIA *Terebinthus.*

P. foliis impari-pinnatis: foliolis septenis ouato-lanceolatis acutis, drupâ subglobosâ.

P. foliis impari-pinnatis, foliolis subseptenis ouato-lanceolatis basi rotundatis acutis mucronatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 752. Scop. carn. ed. 2. n. 1218. Gouan illustr. p. 79. Pall. ross. 2. p. 21 et ind. taur. Habl. taur. p. 83.*

Terebinthus. *Clus. hist. 1. p. 15.*

Creſcit in Tauriâ meridionali et in Caucaſo calidiore. Floret Majo. ♄

Arbor valida. *Folia* trijuga cum impari: *foliolis* venis parallelis marginem non attingentibus. *Inflorescentia* tam maris quam feminae potius paniculato-ſpicata quam amentacea; quamuis *ſquamae* caducae rufeſcentes omnibus paniculae ramificationibus ipſisque floribus ſeſſilibus ſubſint. *Flores* maſculi conferti: feminei ſparſi. *Drupa* ſicca (nux) magnitudine piſi e globoſo leuiter compreſſa et baſi parumper anguſtata rugoſula, primum viridis aetate rubicunda.

488. CANNABIS. *Masculi:* Cal. 5-partitus. Cor. 0. *Feminei:* Cal. 1-phyllus, integer, latere hians. Cor. 0. Styli 2. Nux 2-ualuis, intra calycem clauſum.

1946. CANNABIS *ſatiua.*

C. foliis digitatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 768. Mill. ic. t. 77. Hall. hiſt. n. 1616. Gmel. ſib. 3. p. 104. n. 80. Pall. ind. taur.*

Cannabis. *Tabern. Kraeut. p. 936.*

Frequens in ruderatis, circa pagos et oppida. Floret Junio, Julio. ☉

489. HUMULUS. *Masculi:* Cal. 5-phyllus. Cor. 0. *Feminei:* Cal. 1-phyllus, integer, oblique patens. Cor. 0. Styli 2. Sem. 1, intra calycem foliatum.

1947. HUMULUS *Lupulus.*

Humulus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 769. Hall. hiſt. n. 1618. Gmel. ſib. 3. p. 105. n. 81. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 143.*

Lupulus. *Cluſ. hiſt. 1. p. 126.*

Copioſa in dumetis et ſepibus. Floret aeſtate. ♃

HEXANDRIA.

490. TAMUS. *Masculi:* Cal. 6-partitus. Cor. o. *Feminei:* Cal. 6-partitus. Cor. o. Stylus 3-fidus. Bacca infera, 3-locularis. Sem. 2.

1948. TAMUS *communis.*

T. foliis cordatis indiuiſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 772. Blackw. t. 457. Hall. hiſt. n. 1620. Pall. ind. taur.*

Vitis nigra prima. *Tabern. Kraeut. p. 1288.*

Ad vias ſyluaticas Tauriae et Iberiae paſſim obuius. Floret Junio. ♃

491. SMILAX. *Masculi:* Cal. 6-phyllus. Cor. o. *Feminei:* Cal. 6-phyllus. Cor. o. Styli 3. Bacca ſupera, 3-locularis. Semina 2.

* *Caule aculeato, angulato.*

1949. SMILAX *excelſa.*

Sm. caule aculeato angulato, foliis lato-cordatis ſubſeptemneruiis inermibus.

Sm. caule aculeato angulato, foliis inermibus ouatis leniſſime cordatis ſubſeptemneruiis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 774.*

Sm. China. *S. G. Gmel. it. 3. t. 6.*

Sm. orientalis, ſarmentis aculeatis, excelſas arbores ſcandens, foliis non ſpinoſis. *Tournef. cor. p. 45. Buxb. cent. 1. p. 18. t. 27.*

Occurrit in ſyluis Caucaſi orientalis, inter Derbentum et Cubam; tum in Albaniâ ibericâ, ad fluuium Alazonium. ♄

Arboribus innixa ſcandit in altum. *Caulis* angulatus: aculeis raris rectis. *Folia* lata: inferiora obtuſa, ſuperiora acutiuſcula: neruis tribus validioribus in medio et utrinque binis lateralibus. *Cirrhi* petiolares ſummorum foliorum obſoleti: ſetæ minuta aut glandula. *Baccae* ſanguineae. Hujus *radix* ſuccedaneum *Sarſaparillae* optimum. *Sm. excelſa Duhamel arb. ed. nou. 1. t. 54,* ob *baccas* plumbeas, a noſtrâ *differre* videtur.

OCTANDRIA.

492. POPULUS. *Masculi:* Amentum cylindricum. Cal. ſquama lacera. Cor. turbinata, obliqua, integra. *Feminei:* Amentum. Calyx et Cor. maris. Stigma 4-fidum. Capſ. 2-locularis. Semina multa pappoſa.

1950. POPULUS *alba.*

P. foliis ſubrotundis angulato-dentatis ſubtus tomentoſo-cineraſcentibus. *Willd. arb. berol. p. 227. n. 1. Linn. ſpec. pl. p. 1463. Hall. hiſt. n. 1634. Gmel. ſib. 1. p. 151. n. 3. Pall. roſſ. 1. p. 67 et ind. taur. Habl. taur. p. 82. Tabern. Kraeuterb. p. 1392.*

P. (*caneſcens*) foliis ſubrotundis angulato-repandis dentatis ſubtus tomentoſo-incanis, amentis cylindraceis laxis. *Smith brit. 3. p. 1080. Linn. ed. Willd. 4. p. 802.*

β. P. (*niuea*) foliis ſubtrilobis dentatis ſubtus tomentoſo-niueis: lobis acutiuſculis patulis. *Willd. arb. berol. p. 227. n. 2.*

P. (*alba*) foliis cordato-ſubrotundis lobatis dentatis ſubtus tomentoſo-niueis, amentis ouatis. *Smith brit. 3. p. 1079. Linn. ed. Willd. 4. p. 802.*

Copioſa ubique in viciniâ fluminum et alibi locis riguis. Ampliſſima, imprimis verſus Cyri oſtia, populeta conſtituit. Floret Aprili. ♄

Arborum juniorum *folia* magis tomentoſa: lobis dentibuſque acutioribus: aduſtiorum et ſenefcentium ſaepe utrinque glabriuſcula repanda. Vidi unam eandemque arborem, foliis rotundatis glabriuſculis comatam ramos prope radicem proferre foliis lobatis ſubtus niveo-tomentoſis veſtitos. *Petioli* apice biglanduloſi.

1951. POPULUS *hybrida.*

P. foliis rhombeo-quatis ſinuato-dentatis acutis ſubtus ſubuilloſis, petiolis apice biglanduloſis.

Hujus ſpeciei excelſas aliquot arbores vidi in populeto praecedente et P. tremulâ abundante, oppido Kiſljar vicino. ♄

Facies praecedentis, ſed *foliorum* figura adeo aliena, ut vix pro *varietate* haberi poſſit. P. albae enim *folia*, quamuis polymorpha, ſemper tamen baſi ſunt ſubcordata aut rotundata, nec utrinque acuta ut in P. hybridâ.

1952. POPULUS *tremula.*

P. foliis ſuborbiculatis dentatis utrinque glabris, petiolis compreſſis, ramulis hirtis. *Smith brit. 3. p. 1081. Linn. ed. Willd. 4. p. 803. Willd. arb. berol. p. 128. n. 3. Hall. hiſt. n. 1633. Gmel. ſib. 1. p. 151. n. 4. Pall. roſſ. 1. p. 65 et ind. taur. Habl. taur. p. 96.*

P. lybica. *Tabern. Kraeut. p. 1392.*

Copioſiſſima in ſyluis. ♄

1953. POPULUS *nigra.*

P. foliis deltoidibus longioribus quam latis acuminatis ſerratis utrinque glabris, ramis patulis.

P. foliis utrinque glabris acuminatis ſerratis deltoidibus diametro longitudinali longiore. *Linn. ed. Willd. 4. p. 804.*

Willd. arb. berol. p. 229. n. 4. *Hall. hiſt. n. 1632. Gmel. ſib. 1.* p. 151. n. 5. *Pall. roſſ. 1.* p. 66. *Habl. taur.* p. 82. *Tabern. Kraeut.* p. 1392.

Occurrit in vicinià fluminum et alibi cum P. albâ, hac attamen minus copioſa. ♄

P. dilatatam, frequens per Tauriam Caucaſumque urbium et hortorum ornamentum ſpontaneam tamen nullibi vidi.

ENNEANDRIA.

493. MERCURIALIS. *Masculi:* Cal. 3-partitus. Cor. 0. Stam. 9 ſ. 12. Antherae globoſae, didymae. *Femineі:* Cal. 3-partitus. Cor. 0. Styli 2. Capſ. dicocca, 2-locularis, 1-ſperma.

1954. MERCURIALIS *perennis.*

M. caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Linn. ed. Willd. 4.* p. 809. *Flor. dan. t. 400. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1601. Pall. ind. taur.*

M. ſylueſtris mas et femina. *Tabern. Kraeut.* p. 942.

Communis in nemoroſis, ſub fruticibus. Floret Aprili, Majo. ♃

1955. MERCURIALIS *annua.*

M. caule brachiato, foliis oblongis glabris, floribus maſculis ſpicatis. *Linn. ed. Willd. 4.* p. 810. *Curt. lond. Hall. hiſt. n. 1600. Pall. ind. taur. Habl. taur.* p. 134.

M. mas et femina. *Tabern. Kraeut.* p. 941.

Copioſa in cultis. Floret a Junio, uſque in ſerum autumnum. ☉

DODECANDRIA.

494. DATISCA. *Masculi:* Cal. 5-phyllus. Cor. o. Antherae 15, ſeſſiles, longae. *Feminei:* Cal. 2-dentatus. Cor. o. Styli 3, ramoſi. Capſ. infera, 3-angularis, 3-cornis, peruia, 1-locularis, polyſperma.

1956. DATISCA *cannabina.*

D. caule laeui. *Linn. ſpec. pl. p. 1469. ed. Willd. 4. p. 823. Kniph. cent. 11. n. 38.*

Cannabis lutea cretica, fertilis et ſterilis. *Alp. exot. t. 295. 298. 300. Moris. hiſt. 3. ſect. 11. t. 25. f. 3. 4.*

Cannabina cretica florifera et fructifera. *Tournef. cor. p. 52.*

Occurrit in Albaniâ ibericâ, ad fluuium Alazonium. *D. Steuen.* 2

Tota *planta* glabra. *Folia* petiolata pinnata: *foliolis* lanceolatis acuminatis argute inaequaliter ferratis inaequalibus, extimo majore baſi cum lateralibus confluente. *Rami* floriferi axillares elongati erecti foliоſi: *bracteis* linearibus floribus longioribus. *Flores* aggregati pedicellati nutantes. *Capſulae* ſtructurà fere Reſedae: coruiculis apicis paruis. *Semina* minuta cinnabarina.

MONADELPHIA.

495. IUNIPERUS. *Masculi*: Amentum. Cal. fquama amenti. Cor. o. Stamina 3. *Feminei*: Cal. 3-partitus. Petala 3. Styli 3. Bacca 3-ſperma, rudimento calycis tritubercula ta.

1957. JUNIPERUS *excelſa.*

J. arboreſcens excelſa, foliis adpreſſis oppoſitis quadriſariam imbricatis obtuſiuſculis: tenellae ternis acerosis patulis, baccis globoſis: tuberculis obliteratis.

J. foliis oppoſitis obtuſiuſculis medio glanduloſis quadriſariam imbricatis: tenellis acutis ternis patulis, caule arboreo. *Linn. ed. Willd. 4. p. 852. Marſch. caſp. p. 204. app. n. 72.*

J. Sabina. var. taurica. *Pall. roſſ. 2. p. 15 et ind. taur. Habl. taur. p. 98.*

Cedrus orientalis foetidiſſima, arbor excelſa, ſeu Sabina orientalis fructu paruo nigro. *Tournef. cor. p. 41.*

Communis in Tauriâ meridionali et Caucaſo calidiore, ad montium latera meridionalia. ♄

Arbor praealta, mole interdum Quercus: *cortice* fiſſo cineraſcente. *Surculi* foliacei lineares teretes patentiores et crebrius ramoſi atque ſubdiuiſi quam in J. Sabinâ. *Foliola* breuiora et obtuſiora quam hujus, dorſo etiam puncto ſ. lineolâ impreſſâ. Junioris *foliola* longiora acutioraque et tenellae terna patentiſſima acerosa J. communi ſimilia. *Baccae* colore J. communis, duplo majores. *Diagnoſis* a J. Sabinâ difficillima, quamuis ſpecie omnino differat.

1958. JUNIPERUS *communis.*

J. ſubarboreſcens, foliis ternis patentibus, mucronato-ſpinoſis, baccis globoſis apice trituberculatis: tuberculis acutis connuentibus.

J. foliis ternis patentibus mucronatis baccâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 853. Flor. dan. t. 1119. Pall. roſſ. 2. p. 12. t. 4. Hall. hiſt. n. 1661. Kniph. cent. 1. n. 48. Gmel. ſib. 1. p. 182. n. 32. Habl. taur. p. 99.*

Occurrit rarius in Caucaſo altioro, et in Tauriâ ad latera montis Tſchatyrdag. ♄

1959. JUNIPERUS *oblonga.*

J. fruticoſa, foliis ternis patentibus mucronato-ſpinoſis, baccis ſphaeroideis apice trituberculatis: tuberculis obtuſis divergentibus.

Habitat in Caucaſi orientalis collibus apricis lapidoſis. ♄

Frutex cubitalis incomptus dimaricatus. *Folia* praecedente longiora fere ſubſequentis. *Baccae* coloro praecedentis at majores aliquanto et longiores, formâ baccarum Oxycocci. *Baccis* videtur ad J. alpinam *Cluſii hiſt. 1. p. 38* accedere, ſed *folia* nec latiora nec breviora praecedente.

1960. JUNIPERUS *Oxycedrus.*

J. fruticoſa, foliis ternis patentibus mucronato-ſpinoſis, baccis e globoſo depreſſis apice tricarinatis: tuberculis lateralibus obtuſiſſimis.

J. foliis ternatis patentibus mucronatis baccâ brevioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 854. Willd. arb. berol. p. 160. n. 5. Duhamel arb. 2. t. 128. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 98.*

Oxycedrus. *Clus. hiſt. 1. p. 39.*

Occurrit in ſylvis Tauriae meridionalis et Caucaſi calidioris. ♄

Baccae magnae, minime foliis longiores, rubrae obſolete trilobae: angulis obtuſiſſimis.

496. TAXUS *Masculi:* Cal. 4-f. 7-phyllus gemmae. Cor. o. Stam. multa. Antherae peltatae, octofidae. *Feminei:* Cal. 4-f. 7-phyllus gemmae. Cor. o. Stylus o. Semen 1, feminudum: calyculo baccato, integerrimo.

1961. TAXUS *baccata.*

T. foliis linearibus diſtichis planis, receptaculis maſculis globoſis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 856. Willd. arb. berol. p. 382. Gaertn. de fruct. t. 91. f. 6. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 61. t. 19. Hall. hiſt. n. 1663. Pall. roſſ. 2. p. 17 et ind. taur. Habl. taur. p. 100.*

Taxus. *J. Bauh. hiſt. 1. lib. 8. p. 241.*

Prouenit hinc inde in ſyluis montoſis Tauriae meridionalis et Caucaſi. ħ

497. EPHEDRA. *Masculi:* Amentum. Cal. 2-fidus. Cor. o. Stam. 7. Antherae 4 inferiores, 3 ſuperiores. *Feminei:* Cal. 2-partitus, quintuplex. Cor-o. Piſt. 2. Sem. 2, calyce baccato tecta.

1962. EPHEDRA *monoſtachya.*

E. vaginis articulorum bidentatis obtuſis, amentis ſolitariis ſparſis oppoſitiſque, pedunculis amento longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 859. Willd. arb. berol. p. 104. n. 2. Gmel. ſib. 1. p. 171. n. 25. t. 37. 38.*

E. diſtachya. *Pall. ind. taur.*

E. polygonoides. *Pall. roſſ. 2. p. 87. t. 83.*

E. minima, flagellis breuioribus et tenuioribus. *Amm. ruth. n. 254. t. 26.*

β. major, erecta, fruticoſa: calyce fructus exſucco.

E. orientalis procerior, flagellis durioribus et mediae craſſitiei. *Tournef. cor, p. 53.*

In collibus apricis ſiccis frequens: β in conuallibus Caucaſi orientalis ſubalpini, in glareoſis ad torrentes paſſim obuia. Floret Majo, Junio. ♄

Planta variae admodum magnitudinis; interdum *ſtipite* tantum breuiſſimo ligneſcente ramos annotinos breues declinatos proferente, interdum *frutex* orgyalis ramoſus trunco ligneo craſſitie pugni. *Rami* floriferi verticillati: *maſculi* ſaepe *amentis* ad apicem oppoſitis vel ternis, *feminei baccis* terminalibus ſolitariis. An vere *diſtincta* ab E. diſtachyâ?

SYNGENESIA.

498. RUSCUS. *Masculi*: Cal. 6-phyllus. Cor. o. Nectariam centrale, ouatum, apice perforatum. Antherae 3. *Feminei*: Cal. Cor. et Nectarium maris. Stylus 1. Bacca 3-locularis. Sem. 2.

1963. RUSCUS *aculeatus.*

R. foliis mucronato-pungentibus ſupra floriferis nudis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 874. Willd. arb. berol. p. 328. n. 1. Bulliard herb. franc. t. 243. Hall. hiſt. n. 1238. Pall. roſſ. 2. p. 89 et ind. taur. Habl. taur. p. 111.*

Ruſcus. *Tabern. Kraeut. p. 1248.*

Creſcit in Tauriâ meridionali et in ſyluis Iberiae circa Mzcheta. Floret Majo. ♄

Bracteae rudimentum ſub floribus proſtat in hoc et ſubſequente.

1964. RUSCUS *Hypophyllum.*

R. foliis subtus floriferis nudis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 875. Dill. elth. f. 303. Pall. rosſ. 2. p. 89.*

Laurus alexandrina Matthioli. *Tabern. Kraeut. p. 1247.*

Occurrit in Iberiâ occidentali, Colchidi finitimâ. *D. Steven.* ħ

POLYGAMIA.

MONOECIA.

499. ANDROPOGON. *Hermaphrod.* Cal. gluma 1-flora. Cor. gluma basi vel apice aristata. Stam. 1-3. Styli 2. Sem. 1. *Masculi:* Cal. et Cor. hermaphroditi. Stam. 1-3.

* *Spicis fasciculatis.*

1965. ANDROPOGON *Ischaemum.*

A. spicis digitatis suboctonis, floribus geminatis basi lanatis: hermaphrodito sessili corollâ biualui apice aristatâ, masculo pedicellato corollâ uniualui muticâ, rachi pilosâ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 921. Schreb. gram. 2. p. 66. t. 33. Jacq. austr. 4. p. 43. t. 384. Host gram. austr. 2. t. 3. Hall. hist. n. 1414. Pall. ind. taur.*

Gramen dactylon angustifolium, spicis villosis. *C. Bauh. Scheuchz. agr. p. 94. n. 1. t. 2. f. 11. A. B.*

Frequens in collibus et pascuis apricis. Floret a Junio, usque in autumnum. ♃

500. HOLCUS. *Calyx communis spiculae* gluma 2-ualuis, compresso-plana. *Hermaphroditi:* Cor. gluma 2-ualuis, subaristata. Stam. 2-3. Styli 2. *Masculi:* Cor. gluma 2-ualuis, mutica. Stam. 2-3.

1966. HOLCUS *repens.*

H. glumis trifloris acutis muticis: flosculorum masculorum margine pubescentibus, flosculo hermaphrodito diandro.

H. paniculâ patulâ, glumis trifloris fubmuticis, floſculis diſtantibus: hermaphrodito intermedio diandro glabro, maſculis triandris margine ciliatis, dorſo ſcabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 936. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 3.*

H. (*odoratus*) glumis trifloris muticis glabris: hermaphrodito diandro. *Linn. ſpec. pl. p. 1485. Flor. dan. t. 963.*

H. (*boreulis*) paniculâ ſubſecunda, pedunculis glabris, floſculo hermaphrodito mutico: maſculis ſubariſtatis, radice repente. *Schrad. germ. 1. p. 252.*

Hierochloe. *Gmel. ſib. 1. p. 101. n. 33.*

Gramen tremulum minimum latiſolium. *Buxb. cent. 5. p. 41. app. n. 14. (planta junior.)*

In depreſſis ad Wolgam et Terek fluuios, ſicut in ſabuletis Ucraniae copioſum gramen. Floret Majo. ♃

Radix maxime repens. *Folia* lata glauco-viridia. *Spiculae* ſubrotundae compreſſae. *Calyx* floſculis paullo longior, totus ferè ſcarioſus flaueſcenti-viridis nitidus. *Floſculorum* valuula exterior margine *pubeſcens nitida*: interior incluſa albo-ſcarioſa. *Ariſtae* vix rudimentum. *Differt* ab affini H. odorato *radicè* maxime repente, *foliis* breuioribus latioribusque et defectu *ariſtae* floſculorum.

501. SORGHUM. *Hermaphroditi*: Cal. coriaceus, uniflorus, 2-ualuis: ualuulâ alterâ vaginante alteram. Cor. incluſa: baſi ariſtâ geniculatâ. Stam. 3. Styli 2. *Maſculi*: Cal. 1-florus, 2-ualuis. Cor. incluſa, mutica. Stam. 3.

1967. SORGHUM *halepenſe.*

S. paniculâ verticillatâ patente, ſpiculis pubeſcentibus geminatis: maſculae muticae pedicello hermaphroditâ ſeſſili ſubariſtatâ dimidio breuiore, radice repente.

Holcus *(halepenſis)* paniculâ laxâ nutante, glumis oblongis, foliis acuminato-ſetaceis. *Linn. ſpec. pl. p. 1485. ed. Willd. 4. p. 932. Hoſt gram. auſtr. 1. p. 1. t. 1. Schreb. gram. p. 129. t. 18. Scheuchz. agroſt. p. 509. t. 11. f. 12-15.*

Andropogon arundinaceus. *Schrad. germ. 1. p. 237.*

Gramen paniculatum arundinaceum ſyriacum, Hulliana indigenis dictum. *Moriſ. hiſt. 3. p. 201. ſect. 8. t. 6. f. 26. Buxb. cent. 5. p. 42. n. 20. peſſima.*

Copioſum in Caucaſi calidioris depreſſis ad riuulos, nec non inter ſegetes Iberiae. *Ego* ad torrentem Samur haud procul Derbento, porro ad Aragum et Iberum amnes, ad Alazonium vero *amiciſſ. Steuen* legit. Floret a Majo paſſim uſque in autumnum. ♃

Radix valde repens, largam culmorum foliorumque ſegetem proferens. *Culmi* haud raro orgyales erecti firmi, a baſi uſque ad paniculam foliis vaginati. *Folia* pollicem lata laete viridia arundinacea: vaginis ore villoſis, ligulâ vix ullâ. *Panicula* ſemipedalis, immo quandoque pedalis lata: radiis verticillatis primum erectis aetate patulis, a rachi ad unciale internallum aut breuius nudis, inde ramulis floriferis veſtitis. *Spiculae* alternatim geminae: hermaphrodita ſeſſilis et maſcula pedicellata, villis parcis pubeſcentes. *Hermaphroditae ariſta* geniculata a baſi ad geniculum purpuraſcens inde albida, caduca. *Glumae* ſemini adhaerentes demum atro-fuſcae nitidae. *Semen* ſubrotundum nigricans.

502. AEGILOPS. *Cal. communis Spiculae* ſubtriflorus, coriaceus, conniuens, varie-ariſtatus ſ. dentatus. *Hermaphr.* Cor. 2-ualuis, ariſtata ſ. dentata. Stam. 3. Styli 2. *Masculi:* Cor. hermaphroditi. Stam. 3.

1968 AEGILOPS *ouata.*

Ae. calycibus ſubtriariſtatis: ariſtis omnibus ſubaequalibus ſpicâ abbreuiatâ longioribus, glumis villoſis, vaginis tumidiuſculis,

Ae. ſpicâ ouatâ, calycibus omnibus quadriariſtatis ſcabris, culmis adſcendentibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 942. Hoſt gram. auſtr. 2. p. 5. t. 5. Lamark dict. 2. p. 345. n. 1. Pall. ind. taur.*

Ae. geniculata. *Roth catal. 1. p. 121.*

Ae. peregrina ſexta. *Tabern. Kraeut. p. 545.*

Creſcit in campis apricis Tauriae. Floret Majo, Junio. ⊙

Culmi digitales vel dodrantales adſcendentes. *Folia* pilis longiuſculis margine et ſubtus pubeſcentia ſupra glabriuſcula: *vaginis* inferiorum valde pilosis, ſuperiorum ampliatis ſtriatis glabris, a quarum ſuprema ſpica adulta tantum remouetur. *Spica* abbreuiata: *ſpiculis* 4–6, quarum ſuperiores ſaepe ſteriles: duabus tantum infimis fertilibus turgidis. *Calycinae* valuulae villis molliuſculis hirtae vix ſcabrae; ariſtis ſaepiſſime 3, interdum 4 aut 2, ſcaberrimis aequalibus viridibus totâ fere ſpicâ longioribus. *Corollae* gluma exterior tricuſpis: medio longiore ſubariſtato, in ſummâ ſpiculâ omnibus ariſtatis.

1969. AEGILOPS *triariſtata.*

Ae. calycibus omnibus triariſtatis: ariſtis aequalibus, ſpicâ oblongâ, glumis hirtis ſcaberrimis, vaginis arctis.

Ae. ſpicâ oblongâ, calycibus omnibus triariſtatis, culmis erectis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 943. Scheuchz. agr. p. 11. t. 1. f. 2.*

Ae. ouata. *Roth ap. Uſteri ann. 4. p. 41.*

Ae. triuncialis. *Hoſt gram. auſtr. 2. p. 6. t. 6.*

Occurrit in Iberiae campeſtribus. ⊙

Dignoſcitur ab antecedente *culmis* gracilioribus rectis pedalibus et altioribus, *foliis* utrinque pilosis vaginis arctis: inferioribus ſubpilosis, nec pilis crebris totis hirſutis; *ſpicis* longioribus, non ob *ſpiculas* plures, ſed ob ſuperiores etiam ferti-

les et in adultâ turgidulas; *glumis* hirſutis ſcaberrimis et *ariſtis* conſtanter ternis ſpadiceo-viridibus.

1970. AEGILOPS *cylindrica.*

Ae. calycibus omnibus bicuſpidatis: altero ariſtato, ſpicis elongato-cylindricis.

Ae. ſpicâ cylindricâ, calycibus uniariſtatis, corollis muticis, ariſtis terminalibus longiſſimis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 943. Hoſt gram. auſtr. 2. p. 6. t. 7.*

Ae. ſquarroſa. *Pall. ind. taur.*

Occurrit in Tauriâ, cum penultimâ et eodem tempore floret. ⊙

Statura praecedentis. *Spica* elongata: *ſpiculis* ad 10 rachi adpreſſis ſcabris. Glumarum *calycinarum* dens alter abbreuiatus muticus, alter in ariſtam adſcendendo ſenſim magis magiſque elongatam eductus. *Corollae* valuula exterior bidentata: altero in ſupremâ ſpiculâ ariſtato.

1971. AEGILOPS *ſquarroſa.*

Ae. calycibus truncatis muticis, ſpicis elongato-cylindricis.

Ae. ſpicâ cylindricâ, calycibus bidentatis muticis, corollis uniariſtatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 944. Lamark dict. 2. p. 346. n. 4. Schreb. gram. 2. p. 44. t. 27. f. 2.*

Gramen loliaceum ſpurium, ſpicâ craſſiore ariſtatâ. *Buxb. cent. 1. p. 31. t. 50. f. 1.*

Habitat in vicinià oppidi Kiſljar, ad vias et ſepes. Floret Majo. ⊙

Statura et *ſpica* elongata praecedentis. *Herba* ſcabra nec hirſuta glauco-viridis. *Calyces* obtuſiſſimi: dentibus apicis obſcuris ſ. nullis. *Corollae* valuula exterior truncata: ariſtâ mediâ breui, in ſummâ tantum ſpiculâ elongatâ.

503. VALANTIA. *HERMAPHRODITI:* Cal. o. Cor. 4-partita. Stam. 4. Stylus 2-fidus. Sem. 1. *MASCULI:* Cal. o. Cor. 3-f. 4-partita. Stam. 3 f. 4. Piſtillum obſoletum.

1972. VALANTIA *muralis.*

V. glaberrima, pedunculis multifloris foliis quaternis ſubrotundis breuioribus aphyllis, fructibus glabris.

V. floribus maſculis trifidis germini hermaphroditi glabro inſidentibus. *Linn. ſpec. pl. p. 1430. ed. Willd. 4. p. 947.* (*excluſis ſynonymis Columnae et Michelii.*)

Occurrit in Iberiâ. ⊙

Planta digito minor glaberrima. *Caules* nonnulli ſimplices: medio recto, lateralibus adſcendentibus. *Folia* fere Serpylli teneriora. *Pedunculi* axillares breues oppoſiti 3-6-flori. *Flores* lutei quadrifidi. *Fructus* globoſi cernui glabri. Michelii et Columnae *ſynonymis* a Linnaeo huc perperam relatis in errorem inducti recentiorum multi hanc pro inſequente ſumſeruut.

1973. VALANTIA *hiſpida.*

V. floribus axillaribus ſubſeſſilibus, foliis quaternis obouatis glabris, caulibus hirtis, fructibus hiſpido-echinatis.

V. floribus maſculis trifidis, caule fructibusque hiſpidis. *Linn. ſpec. pl. p. 1490. ed. Willd. 4. p. 948. Sabbat. hort. rom. 1. t. 83. Gaertn. fruct. 2. t. 24. f. 1. Mich. gen. p. 13. t. 7.*

Cruciata muralis minima romana. *Column. ecphr. p. 298. ic. p. 297. Moriſ. hiſt. 3. ſect. 9. p. 328. t. 21. f. 2.*

Cum praecedente in Iberià obuia. ⊙

Facies antecedentis. *Caulis* piloſo-hiſpidulus. *Folia* baſi attenuata. *Fructus* ſubſeſſiles, dorſo villis longis erectis albidis hiſpidi, veluti criſtati.

1974. VALANTIA *pedemontana.*

V. pilofo-hifpida, pedunculis fubtrifloris foliis quaternis ellipticis breuioribus pilofiffimis aphyllis, fructibus lacuibus fubdidymis.

V. foliis quaternis oblongis hifpidis ciliatis, pedunculis fubbifidis ciliatis, floribus mafculis trifidis, germinibus glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 949. Bellardi app. pedem. p. 46. t. 5.*

V. caulibus aculeatis, foliis quaternis hifpidis, floribus omnibus pedicellatis aphyllis: mafculis trifidis, germine infimo didymo. *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 33.*

Galium (*pedemontanum*) foliis quaternis oualibus, radice annuâ, pedunculis nudis breuibus paucifloris. *Allion. auctar. pedem. p. 2. n. 32.**

Occurrit in Tauriâ circa Bofphorum et in campeftribus ad fluuium Terek, nec non in Iberiâ circa Tiflin. ⊙

Caules fimpliciffimi plures e radice flaccidi pilis reflexis hifpidi et furfum fcaberrimi. *Folia* oblongo-elliptica pubefcentia ciliata demum reflexa ad abfcondendos fructus. *Pedunculi* quaterni: pilis confertis albis flofculis longioribus, 1-3-flori breues. *Flores* minuti lutei, plerumque 4-fidi, rarius 3-fidi. *Fructus* laeues magnitudine Galii muralis, mox globofi germinis altero loculo abortiente, mox didymi et difpermi. *Varietatem* pumilam ftaturâ V. muralis ex Tauriâ habeo: vulgaris fpecimina lufitanica, caucaficis fimillima communicauit illuftr. Comes Hoffmannfegg.

1975. VALANTIA *humifufa.*

V. glaberrima, pedunculis multifloris folia quaterna obouato-oblonga fubaequantibus diphyllis, caulibus proftratis, fructibus glabris.

V. foliis quaternis ellipticis obtufis fubaueniis margine bafi ciliatis, pedunculis trifidis bracteatis glabris, caule proftrato. *Linn. ed. Willd. 4. p. 949.*

Cruciata orientalis glabra humifusa. *Tournef.* cor. *p.* 4. *(ex autopsiâ specim. herbarii Vaillantii.)*

Habitat in Armeniae ibericae montibus altioribus, primo vere, niue vix deliquescente florens. ♃

Caules ramosi circiter spithamaei debiles procumbentes. *Folia* obtusa trineruia laeuissima, sicut tota planta: inferiora obouata superiora oblonga obtusa. *Pedunculi* quaterni multiflori glabri. *Flores* situ formâ et colore V.] cruciatae quadrifidi. *Germina* glabra. *Caules* in hâc et subsequente supra radicem persistunt et quotannis ex internodiis gemmascentes nouos caules proferunt; plantae igitur quodammodo suffruticosae.

1976. VALANTIA *taurica.*

V. pedunculis multifloris folio breuioribus diphyllis pilosis, foliis quaternis obouato-oblongis reticulato-venosis hirtis margine carinâque hispido-ciliatis caulibus decumbentibus ramosissimis hispidis, fructibus glabris.

V. *(taurica)* foliis quaternis hispidis ellipticis reticulatis, pedunculis ramosis ciliatis bracteatis deflexis, bracteis oblongis, fructibus hispidis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 951. Pall. ind. taur.*

Rubia minor hispanica. *Munting phytogr. p. 339. n. 7. cum icone?*

Frequens in Tauriae collibus apricis siccis praesertim cretaceis; etiam in Armeniâ ibericâ obuia. Floret ab Aprili passim usque in serum autumnum: pecoribus intacta. ♃

Habitus omnino praecedentis, sed aspera. *Folia* hirta: juniora magis pilosa minus aspera, senescentia margine dorsoque asperrima. *Pedunculi* circiter 5- flori: inferior fertilis demum reflexus cum fructu sub foliis reflexis latet. *Variat* caule superne, pedunculis bracteisque subnudis.

1977. VALANTIA *chersonensis.*

V. pedunculis multifloris folio breuioribus diphyllis hispidis, foliis quaternis ouato-oblongis trineruiis margine carinâ-

que hiſpido-ciliatis, caulibus erectiuſculis ſimplicibus: angulis hiſpidis, fructibus glabris.

V. foliis quaternis oblongis ciliatis ſubtrinerviis, pedunculis ramoſis ciliatis bracteatis deflexis, bracteis oblongis, fructibus glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 951.*

In umbroſis ſubhumidis promontorii Caucaſici occidentalis hinc inde reperitur. In Tauriâ mihi non occurrit. ♃

Facies V. cruciatae nec praecedentis, quâcum *conuenit* inflorescentiâ, floribus et fructu.

1978. VALANTIA *tricornis.*

V. pedunculis trifloris folia aequantibus diphyllis, foliis ſuboctonis lineari-lanceolatis retrorſum hiſpido-ciliatis, fructibus punctato ſcabris.

V. pedunculis trifloris, floribus omnibus pedicellatis, fructu granulato, foliis ſuboctonis retrorſum ciliatis. *Roth nou. catal. 1. p. 142. Hall. hiſt. n. 725.*

Galium ſpurium. *Roth germ. 2. p. 185. Pall. ind. taur.*

V. Aparine. *Poll. pal. n. 938.*

Aparine femine laeui. *Vaill. paris. t. 4. f. 3. a. a.*

In Tauriae arvis paſſim obuia. Floret Junio, Julio. ☉

Caules angulis et *folia* margine dorſoque retrorſum ciliato-hiſpida. *Pedunculi* angulati, angulis etiam hiſpidi. *Corollae* albae. *Germina* florum lateralium plerumque tota, intermedii loculus unus abortum patiuntur, interdum tamen lateralium loculus alter et intermedii uterque fertilis. Praecipua ab affini V. Aparine *diagnoſis* ex directione ciliorum ſolii: quae in hac ſurſum in noſtrâ vero deorſum ſpectant.

1979. VALANTIA *Cucullaria.*

V. pedunculis multifloris reflexis, pedicellis alternis bracteâ conduplicatâ floſculum abſcondente, foliis oblongis ſcabris: floralibus oppoſitis, germine oblongo arcuato hiſpido.

V. fructificationibus ſingulis bracteâ deflexâ obtectis. *Linn. ſpec. pl. p. 1491. ed. Willd. 4. p. 949.*

Cucullaria. *Buxb. cent. 1. p. 13. t. 19. f. 2.*

Habitat in Iberiâ, circa Tiflin. ⊙

Caulis digitalis et ſpithamaeus per dichotomiam ramoſiſſimus ſcabriuſculus ſicut tota planta. *Folia* oblonga obtuſa: inferiora latiora quaterna, floralia oppoſita. *Pedunculus* axillaris ſolitarius *breuiſſimus reflexus*: pedicellis alternatim nudis et bracteâ magnâ ouatâ conduplicatâ neruoſâ pedicellatâ pallescente munitis, intra quam floſculus latet. *Flores* parui fortaſſis omnes fertiles: *germine* oblongo hiſpido, *corollâ* minimâ luteo-viridi quadrifidâ: laciniis *per paria* conniventibus: *genitalia* breuiſſima intra corollam. *Fructus* oblongus curuulus hiſpidus.

504. PARIETARIA. *Hermaphroditi:* Cal. 4-fidus. Cor. *o.* Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1, ſuperum, ſubrotundum, nitidum. *Feminei:* Cal. 4-fidus. Cor. *o.* Stam. *o.* Styl. 1. Sem. hermaphroditi.

1980. PARIETARIA *officinalis.*

P. foliis lanceolato-ouatis *acuminatis*, *inuolucris* diphyllis unifloris: foliolis lanceolatis, caulibus erectis.

P. foliis oblongo-*ouatis utrinque* acuminatis pellucido-punctatis, pedunculis dichotomis, calycibus *diphyllis*. *Linn. ed. Willd. 4. p. 953. Curt. lond. Flor. dan. t. 521. Hall. hiſt. n. 1612. Pall. ind. taur.*

Parietaria. *Tabern. Kraeut. p. 939.*

Occurrit *in Tauriâ*, ad muros et ſepes circa Bachtſchiſarai; nec non in Albaniâ ibericâ, ad Alazonium. ♃

1981. PARIETARIA *judaica.*

P. foliis ouatis acutis, inuolucris hexaphyllis trifloris: foliolis ouatis, calycibus ſtamineis elongato-cylindricis, caulibus diffuſis.

P. foliis ouatis, caulibus erectiuſculis, calycibus trifloris, corollis hermaphroditis defloratis elongato-cylindricis. *Linn. ſpec. pl. p. 1492. ed. Willd. 4. p. 954. Hall. hiſt. n. 1613. Gaertn. fruct. Pall. ind. taur.*

In Tauriae et Caucaſi ſaxoſis obuia: circa Tiflin Iberiae frequens. ♃

Planta tota villoſa. *Floſculi* hermaphroditi aetate inuolucro multoties longiores: limbo quadridentato villoſo. *Semina* nigerrima.

1982. PARIETARIA *luſitanica.*

P. foliis ouatis obtuſiuſculis, inuolucris hexaphyllis trifloris: foliolis lanceolato-ſubulatis, caulibus flaccidis.

P. foliis ſubrotundo-ouatis obtuſis longitudine petioli, caulibus filiformibus procumbentibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 955. Poiret in dict. enc. 5. p. 15. n. 6. Bocc. ſic. 47. t. 24. f. B. Pall. ind. taur.*

P. luſitanica annua minima. *Tourneſ. inſt. p. 509.*

β. laetius vegetans, ſucculenta, foliis latioribus.

P. ocimifolia. *Poiret in dict. enc. 5. p. 15. n. 3.*

P. foliis ex latâ baſi ouatis breuius mucronatis, verticillis laxiſſimis. *Gmel. ſib. 3. p. 31. n. 21. t. 5. f. a. b. Bocc. ſic. 47. t. 24. f. A.*

P. orientalis ſaxatilis, ocimi folio lucido et glabro. *Tourneſ. cor. p. 38.*

In cryptis rupeſtrium Tauriae et Caucaſi reperitur. ⊙

Planta tota ſubpubeſcens pallide viridis, nec ut binae praecedentes valde hirta obſcure vireſcens. *Folia* mox uncialia

et ultra Ocimum, mox minuta Alsinen mediam referentia. *Inuolucra* hirta. *Calyces* etiam fructiferi omnes inuolucro breuiores glabri spadicei. *Semina* fusca.

505. ATRIPLEX. *Hermaphroditi:* Cal. 5-phyllus. Cor. o. Stam. 5. Stylus 2-partitus. Sem. 1, depressum. *Feminei:* Cal. 2-phyllus, conniuens. Cor. o. Stam. o. Stylus 2-partitus. Sem. 1, compressum.

* *Fruticosae.*

1983. ATRIPLEX *verrucifera.*

Atr. caule suffruticoso adscendente, foliis oblongis obtusis petiolatis argentatis, paniculâ ramosâ aphyllâ, calyce fructus globoso verrucoso.

Atr. an glauca? *Pall. it. 1. p. 494. n. 111.*

Atr. Halimus. *Pall. it. 2. p. 477. Habl. taur. p. 165.*

Atr. caule fruticoso, foliis obuerse ouatis. *Gmel. sib. 3. p. 70. n. 53.*

β. angustifolia.

Atr. portulacoides. *Pall. ind. taur.*

Copiosa in Tauriae et Caucasi salsuginosis, praesertim mari adjacentibus. Floret Augusto. ♄

Stipes supra radicem tantum distortus lignescens, e quo quotannis *caules* adscendentes 1-2-pedales teretes puluiscolo vel laminulis argentati, sicut tota planta. *Folia* mox spathulato-ouata lanceolataue, mox rhomboideo-ouata. *Flores* in paniculae ramis erectis alternatim glomerati: *glomerulis* subrotundis primum confertis, prouectiore aetate remotis. *Calyces* feminei globosi toti verrucis obtusis obsiti: valuulis hemisphaerico-concauis exacte conniuentibus. *Halimo* et affini *Portulacae marinae*

ſemen latum Atriplicis tribuunt autores: hinc *ruthenam* noſtram ab utrâque *differre* ſtatuo. *Flores* ſtaminei vix fructificant.

** *Herbaceae.*

1984. ATRIPLEX *acuminata.*

Atr. caule herbaceo erecto virgato, foliis incanis: inferioribus triangulari-haſtatis ſubſinuatis, ſuperioribus haſtato-lanceolatis ſubintegerrimis, calyce femineo fructus orbiculato integerrimo laeui.

Atr. caule herbaceo, foliis triangulari-haſtatis baſi apiceque productis lucidis, calycibus fructus integerrimis glabris. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 103. Linn. ed. Willd. 4. p. 961.*

Abundat in abruptis ſteriliſſimis ſubſalſis, ad Boſphorum Tauriae frequens. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

Caulis 1-5-pedalis: *ramis* elongatis adſcendentibus paniculatis. *Folia* ima triangulari-haſtata lata integra aut ſinuato-dentata, pleraque oblonga ſubhaſtata utrinque acuta. *Flores* ſtaminei *antheris* purpuraſcentibus. *Calyces ſeminei* lati plani integerrimi fere orbiculares neruoſi aetate eleganter roſei. *Planta* tota etiam calyces juniores cani, multo tamen minus quam praecedens. Dubius haereo an haec et hungarica planta a Cl. Kitaibel delineata ab Atriplice vulgo in hortis cultâ vere *differat*; nec mirandum quod ſpontanea hortenſi minor ſit magiſque cana et foliis gaudeat aliquanto anguſtioribus.

1985. ATRIPLEX *laciniata.*

Atr. caule herbaceo patulo, foliis deltoidibus ſinuatis ſubtus argenteis, calyce femineo fructus rhombeo-ouato incano dentato: valuulis trineruiis medio diſco dentibus confluentibus criſtatis.

Atr. caule herbaceo, foliis triangularibus profunde dentatis ſubtus albidis, calycibus fructus rhombeis trineruiis denticulatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 963. Gmel. ſib. 3. p. 69. n. 52. t. 14. f. 1. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 153.*

Atr. *(finuata)* caule herbaceo, foliis deltoidibus haſtatis finuatis ſubtus argenteis, calycibus feminum ſpicatis muricatis. *Hoffm. germ. 2. p. 277.*

Spinacia fera? *Pall. it. 1. app. n. 114.*

Atr. Ionitienſis Corvini, femine angulofo. *Barrel. ic. 1210.*

Atr. maritima laciniata. *Moriſ. hiſt. 2. ſect. 5. t. 32. f. 17.*

Copioſiſſima in Tauriae Caucaſique ruderatis, aceruis, circa oppida et pagos. Floret Julio, Auguſto. ⊙

Caulis pedalis ſeſquipedaliſue, ramis longis patentiſſimis inde a baſi paniculatus. *Foliorum* lobi obtuſi: infimo pari quandoque productiore, unde folia ſubhaſtata. *Calyces* feminei fructus lati: dentibus marginalibus brevibus, diſci criſtâ arcuatâ quandoque obſoletâ. *Planta* tota laminulis argentata fere ut A. partulacoides. *Gmelini ſynonimon* citatum huc, nec ad Atr. tataricam, quae eſt humanae altitudinis planta, pertinere argumento eſt ſtatura palmaris ſ. pedalis et locus natalis ab autore indicati.

1986. ATRIPLEX *patula.*

Atr. caule herbaceo: ramis patentiſſimis flaccidis, foliis ſubdentatis: inferioribus haſtato-triangularibus, ſuperioribus oblongis, calyce fructus cordato-ouato acuto margine diſcoque dentato.

Atr. caule herbaceo patulo, foliis triangulari-haſtatis acuminatis ſubdentatis, calycibus fructus rhombeis apice denticulatis diſco ſubmuriçatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 964. Hall. hiſt. n. 1617.*

Atr. haſtata. *Curt. lond. Pall. ind. taur. Lamark dict. 1. p. 275. n. 10.*

Atr. folio deltoide triangulari ſinuato et mucronato haſtae cuſpidi ſimili. *Moriſ. hiſt. 2. ſect. 5. t. 32. f. 4.*

Occurrit ad foſſarum rivulorumque Tauriae margines, praecedente et ſubſequente rarior. Floret Auguſto, Septembri. ⊙

Folia inferiora lata triangularia: angulis utrinque productioribus, dentibus finubufque paucis et minutis: fumma tantum oblonga. *Rami* elongati decumbentes apice adfcendentes. *Valuulae* feminales femineae bafi latae acutae: dentibus marginalibus breuibus, difci fparfis. *Antherae* purpureae. *Planta* laminulis hyalinis obducta, tamen vix incana. *Gmelinus in florâ fib. 3. p. 68 fub. n. 51* hanc et Atr. fibiricam comprehendere videtur.

1987. ATRIPLEX *virgata.*

Atr. caule herbaceo brachiato, foliis inferioribus haftato-lanceolatis finuato-dentatis: fuperioribus lanceolatis integerrimis, calyce femineo fructus haftato-triangulari margine difcoque bafeos fubdentato.

Atr. caule herbaceo patulo, foliis lanceolatis, ramis decuffatis. *Hoffm. germ. 2. p. 277. Schkuhr bot. 3. t. 347. Hall. hift. n. 1616. Gmel. fib. 3. p. 67. n. 50.*

Atr. anguftifolia. *Smith brit. 3. p. 1092. Linn. ed. Willd. 4. p. 965.*

Atr. patula. *Pall. ind. taur. Lamark dict. 1. p. 275. n. 9.*

Atr. vulgaris anguftifolia cum folliculis. *J. Bauh. hift. 2. p. 973. Morif. hift. 2. fect. 5. t. 32. f. 18.*

β. humilior, ramis longiffimis procumbentibus.

Atriplex. *Hall. hift. n. 1616. β.*

Atr anguſto oblongo folio humifufa. *Vaill. parif. p. 19.*

Communis in ruderatis et cultis: *β.* locis fterilibus ad vias et aggeres. Floret cum praecedente. ⊙

Valuulae femineae fructus majufculae angulo infra medium utrinque producto obtufo: dentibus paucis breuibus tam marginis quam difci, interdum nullis. *Planta* laminulis hyalinis veftita, ficut praecedens viridis.

1988. ATRIPLEX *littoralis.*

Atr. caule herbaceo erecto paniculato-ramoſo, foliis linearı-lanceolatis ſubintegerrimis, calyce femineo fructus triangulari-ouato acuto margine omni diſcoque muricato-denticulato.

Atr. caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis dentatiſue, calycibus feminum muricatis ſinuatis. *Smith brit. 3. p. 1094. Linn. ed. Willd. 4. p. 965.*

Atr. caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis. *Linn. ſpec. pl. p. 1494.*

Atr. falicina. *Pall. it. 1. app. n. 113.*

Atr. anguſtiſſimo et longiſſimo folio. *Herm. lugd. p. 79.*

Atr. valuis feminum integris, foliis omnibus ex lineari-lanceolatis integris et ex ſinuato dentatis. *Gmel. ſib. 3. p. 72. n. 55. t. 14. f. 2.*

Occurrit in ſalſuginoſis circa Aſtrachan, nec non ad rivum Jegorlik promontorii caucaſici. ⊙

Habitu et *ſaturâ* refert praecedentis varietatem erectam paniculato-ramoſam. *Folia* anguſtiora craſſiora plerumque integerrima; quandoque infima dente ſeu lobo uno alterove. *Flores* etiam *feminiferi glomerati*: glomerulis globoſis alternis. *Calyx femineus* fructus praecedente duplo minor *ouatus acutus*, nec haſtato-triangularis: dentibus marginis diſcique abbreuiatis multo pluribus magiſque confertis.

506. VERATRUM. *Hermaphroditi*: Cal. o. Cor. 6-partita. Stam. 6. Styli 3. Capſ. 3, polyſpermae. *Masculi*: Cal. Cor. et Stam. hermaphroditi. Piſtilli rudimentum.

1989. VERATRUM *album.*

V. racemis paniculatis, bracteis ramorum oblongis: partialibus pedunculum pubeſcentem ſubaequantibus, floribus erectis.

Linn. ed. Willd. 4. p. 895. Jacq. auſtr. 4. t. 335. Flor. dan. t. 1120. Gmel. ſib. 1. p. 75. n. 40. Hall. hiſt. n. 1204

Helleborus albus, exalbido flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 274.*

Occurrit in convallibus herbidis Caucaſi, circa acidulam Narzana. ♃

507. ACER. *Hermaphrod:* Cal. 5-fidus. Pet. 5. Stam. 8. Piſt. 1. Samarae 2 ſ. 3, baſi unitae, ſuperae, monoſpermae, alatae. *Masculi:* Cal. et Cor. hermaphroditi. Stam. 8. Piſt. 0.

1990. ACER *tataricum.*

A. foliis cordatis ſubincisis inaequaliter ſerratis, corymbis erectis. *Linn ed. Willd. 4. p. 983. Pall. roſſ. 1. p. 9. t. 3. Willd. arb. berol. p. 1. n. 1. Thunberg monogr. p. 3. 5. Kraſchenninikow in nov. comment. petrop. a. 1749. p. 285. t. 13.*

In ſylvis et dumetis regionum caucaſicarum minime rarum. ♄

1991. ACER *Pſeudoplatanus.*

A. foliis quinquelobis inaequaliter dentatis ſubtus glaucescentibus glabriuſculis, racemis pendulis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 983. Thunb. monogr. p. 3. 7. Pall. roſſ. 1. p. 8. Duhamel arb. 1. t. 36. f. 1. Willd. arb. berol. p. 2. n. 2. Hall. hiſt. n. 1029.* *****

Occurrit in ſylvis Iberiae occidentalis et ad fluvium Alazonium. ♄

1992. ACER *platanoides.*

A. foliis quinquelobis utrinque glabris: lobis dentibusque acuminatis, corymbis erectis, pedunculis glabris. *Linn. ed. Willd. 4. p. 986. Willd. arb. berol. p. 6. n. 6. Thunb. monogr.*

p. 4. 6. Duhamel arb. 1. t. 10. f. 1. Pall. roſſ. 1. p. 8 et ind. taur. Hall. hiſt. n. 1029 * * * *

Occurrit in Caucaſi ſyluis elatioribus. ♄

Pedunculi ſamaraeque glabri.

1993. ACER *campeſtre.*

A. foliis quinquelobis integerrimis, lobis obtuſis: majoribus obſolete ſubſinuatis, corymbis erectis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 989. Willd. arb. berol. Thunb. monogr. p. Pall. roſſ. 1. p. 9. Hall. hiſt. n. 1029* * * * * * *

Frequens in Tauriae Caucaſique ſyluis. Floret Aprili. ♄

Pedunculi ſamaraeque pubeſcentes.

1994. ACER *ibericum.*

A. foliis nitidis ſubtus glaucis obtuſe-trilobis, lobis uni-vel bidentatis: lateralium nervo *medio* ad petioli *inſertionem* nudo, petiolis folio paullo brevioribus.

A. *foliis trilobis* ſubtus reticulatis: lobis obtuſis triden-tatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 990.*

A. orientale Hederae folio. *Tournef. cor. p. 43.*

Habitat in Iberiâ. ♄

Folia A. campeſtri duplo minora trinervia reticulato-venoſa ſemitriloba, lobis latis obtuſis indiviſis ſupra medium utrinque dente unico obtuſo: interiore lateralium quandoque deficiente. *Differt* ab A. cretico *foliis* multo majoribus 4-6-dentatis de-ciduis ſubtus glaucis et *petioli* longitudine, qui A. cretico 2-3 lineas tantum longus *folioque triplo* aut quadruplo brevior. A. monſpeſſulano plurimum etiam *affine;* ſed *folia* majora lobisque obtuſioribus et nervis lateralibus ſupra petiolum extus ad *unius lineae longitudinem* denudatis; dum in A. monſpeſſulano ſubſtantia foliacea ad ipſum *petiolum* uſque non deficiat: angulis baſeos ſupra petiolum ſeſe attingentibus et ſubimbrica-

tis. *Arboris* hujus *ramulos* foliatos in Iberiâ lectos mecum communicauit *Alexander Schlegelmilch*, *Com. Muſſin-Puſchkin* in itinere iberico quondam addictus.

508. CELTIS. *HERMAPHRODITI:* Cal. 5-partitus. Cor. o. Stam. 5. Styli 2. Drupa monoſperma. *MASCULI:* Cal. 6-partitus. Cor. o. Stam. 6.

1995. CELTIS *auſtralis.*

C. foliis oblongo-lanceolatis acuminatis argute ferratis ſupra ſcabris ſubtus pubeſcenti-mollibus baſi inaequalibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 993. Mill. dict. n. 1. Duhamel arb. ed. nou. 2. p. 34. t. 8. Pall. roſſ. 2. p. 19. Hall. hiſt. n. 1619.*

In Iberiae calidioris nemoribus atque dumetis communis. ♄

Frutex, rarius arbor. *Ramuli* nouelli cum *petiolis* et *foliorum* paginâ inferiore pube molli veſtiti. *Folia* formâ ſubſequentis ſpeciei ouato-lanceolata aut oblongo-lanceolata. Nec *flores*, nec *fructus* vidi.

1996. CELTIS *Tournefortii.*

C. foliis ouato-oblongis acuminatis ferratis glabris: baſi interiore integerrimâ oblique truncatis.

C. foliis ouatis acutis ferratis baſi inaequalibus: junioribus ſubcordatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 994. Lamark dict. 4. p. 138. n. 4.*

C. orientalis. *Mill. dict. n. 3. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 79.*

C. orientalis minor, foliis minoribus et craſſioribus, fructu luteo. *Tournef. cor, p. 42. itin. 1. p. 425. t. 425.*

Occurrit in nemoribus Tauriae meridionalis, inter Alufchtam et Baluclauam, locis aridis rupeftribus et in Iberiâ calidiore. Floret Aprili. ♄

Arbor mediocris, faepe frutex. *Folia* inaequaliter ferrata: ferraturis apiculo incuruo cartilagineo. *Petioli* vix femunciales. *Pedunculi* florentis petiolis paullo. fructiferi duplo longiores. *Calycina* foliola ouato-oblonga concaua obtufiufcula caduca. *Stamina* longitudine calycis. *Styli* duo filiformes villofi albi. *Bacca* globofa pifo paullo major luteo-rubra.

509. ACACIA. *Hermaphroditi:* Cal. 5-dentatus. Cor. 5-fida f. 5-petala. Stamina 4-100. Pift. 1. Legumen 2-ualue. *Masculi:* Cal. Cor. et Stam. hermaphroditi. Piftilli rudimentum.

1997. ACACIA *Stephaniana.*

A. aculeata; foliis bipinnatis: partialibus quinquejugis, propriis decemjugis fubtus pubefcentibus, fpicis filiformibus folio longioribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 1088.*

Mimofa (*ftephaniana*) aculeata, foliis bipinnatis, pubefcens, foliolis ouato-oblongis bafi inaequalibus, fpicis fimplicibus elongatis, ftaminibus vix corollâ longioribus. *Marfch. caſp. p. 205. app. n. 74.*

Senna perfica fpinofa, foliis exiguis. *Buxb. cent. 3. p. 36. t. 48. mala.*

Siliqua nabathaea ex Perfiâ allata. *Breyn. cent. 1. t. 55. (quoad fructum.)*

Habitat in planitiebus aridis falfuginofis Caucafo orientali mare Caſpium verfus fubjacentibus, circa Schamachi nouum et ad latera Cyri fluminis, verfus ejus oftia frequens. Floret Julio. ♄

Fructus ulterius obſeruandus, ſorte *lomentum* ſarctum: *ſeminibus* biſerialibus. Sic mihi olim viſum, unde dubium ſubuenit, nonne ſub proprio *genere* planta noſtra aptius fuiſſet recenſenda.

DIOECIA.

510. FRAXINUS. *Hermaphrod:* Cal. o. f. 4-partitus. Cor. o. f. 4-petala. Stam. 2. Piſt. 1. Samara compreſſo-membranacea, lanceolata. *Femnei:* Cal. Cor. Piſt. et Samara herma-phroditi.

1998. FRAXINUS *excelſior.*

Fr. foliolis ſubſeſſilibus lanceolato-oblongis attenuatis ſerratis, floribus nudis, ſamaris apice obliquo emarginato. *Vahl. ſpec. pl. 1. p. 52. Linn. ed. Willd. 4. p. 1099. Flor. dan. t. 969. Willd. arb. berol. p. 123. n. 9. Hall. hiſt. n. 528. Pall. roſſ. 2. p. 7 et ind. taur. Habl. taur. p. 82.*

Fraxinus. *Tabern. Kraeut. p. 1428.*

Communis in ſyluis. Floret Martio, Aprili. ♄

Foliola lanceolata acuminata baſi interiore paullo anguſtiora, neruo dorſali baſi villoſo, caeterum glabra: ſerraturis mucrone minimo cartilagineo inflexo. *Stigma* bifidum: lobis oblongis.

Varietatem foliolis ouato-lanceolatis ſubtus magis villoſis in Tauriae ſyluis legi.

1999. FRAXINUS *oxyphylla.*

Fr. foliolis lanceolatis oblique acuminatis ſerratis, floribus nudis, ſtigmate ſubemarginato, ſamaris oblongo-ellipticis apice rotundatis integris.

Fr. (*oxycarpa*) foliolis subsessilibus lanceolatis acuminatis serratis glabris, floribus nudis, samaris lanceolatis utrinque attenuatis longe mucronatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 1100.*

Fr. Ornus. *Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 96.*

Fr. orientalis longissimo folio, profunde serrato. *Tournef. cor. p. 40.*

Habitat in Tauriae meridionalis sylvis mari nigro finitimis, praesertim inter Aluschtam et Baluclavam. Floret primo vere. ♄

Arbor magna *facie* praecedentis: *cortice* quoque cinereo et *gemmis* nigricantibus. *Folia* plerumque cum impari quadrijuga nitida. *Foliola* praecedente paullo angustiora, acumine oblique longiore, serraturis profundioribus, pube baseos nervi dorsalis parciore et in adultâ vix superstite. *Stigma* oblongum crassiusculum simplex subemarginatum. *Samarae* unciales integerrimae obtusae basi paullo angustiores quam apice, antequam matureseant videntur stylo longe mucronatae.

511. DIOSPYROS. *Hermaphrod.* Cal. 4-fidus. Cor. urceolata, 4-fida. Stam. 8. Stylus 4-fidus. Bacca 8-sperma. *Masculi:* Cal. Cor. et Stam. hermaphroditi.

2000. DIOSPYROS *Lotus.*

D. foliis oblongis acuminatis subtus pubescentibus. gemmis interne hirsutis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 1107. Pall. ross. 2. p. 20. t. 8. Mill. ic. ed. germ. t. 126. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 78.*

Pseudolotus Mathioli. *Tabern. Kraeut. p. 1443.*

Occurrit in Iberiae orientalis sylvis, ad fluvium Alazonium, in Tauriâ vix spontanea, at in pomariis pagorum littori maris nigri meridionali adjacentium frequens culta. ♄

TRIOECIA.

512. FICUS. Receptac. commune turbinatum, carnoſum, conniuens, occultans floſculos, vel in eodem vel in diſtincto. *Masculi:* Cal. 3-partitus. Cor. o. Stam. 3. *Feminae:* Cal. 5-partitus. Cor. o. Piſt. 1. Sem. 1.

* *Foliis lobatis.*

2001. FICUS *carica.*

F. foliis diuiſis ſubtrilobis ſubtus ſcabris, fructibus laeuibus pyriformibus umbilicatis. *Thunb. de ficu. n. 26. Linn. ed. Willd. 4. p. 1131. Pall. roſſ. 2. p. 44 et ind. taur. Habl. taur. p. 76.*

F. foliis palmatis. *Linn. ſpec. pl. p. 1513. Hall. hiſt. n. 1601.*

Ficus. *Tabern. Kraeut. p. 1388.*

Sponte prouenit in Tauriae ſaxis abruptis, circa pagum meridionalem Limenam, tum in ſaxoſis Iberiae calidioris paſſim. ♄

Receptaculum ſpontaneae paruum fere exſuccum inſipidum violaceum.

ADDENDA ET EMENDANDA.

DIANDRIA MONOGYNIA.

10. LIGUSTRUM *vulgare.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1141.*

13. VERONICA *ſpuria.*

Foliorum ferraturae in mucronem magis quam in affinibus obliquum et hamulofo-incuruum definunt.

22. VERONICA *Anagallis.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 903* et pro *ſigno durationis* ☉ pone 4.

32. VERONICA *caucaſica.*

Variat calycis laciniis anguſtis; quam varietatem pro diſtinctâ *ſpecie* proponit *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq.* quamque definit: V. (*offetica*) foliis bipinnatifidis, bracteis pedicellis breuioribus calycinisque foliolis linearibus pubeſcentibus.

42. LYCOPUS *europaeus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1081.*

TRIANDRIA MONOGYNIA.

64. VALERIANA *Cardamines.*

Synonymis adde: V. ſiſymbriifolia. *Vahl ſpec. pl. 2. p. 7.*

68. VALERIANA *macrophylla.*

Synonymis adde: V. alliariaefolia. *Vahl ſpec. pl. 2. p. 11.*

91. SCHOENUS *Mariſcus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1202.* Cladium germanicum. *Schrader flor. germ. 1. p. 75. t. 5.*

93. CYPERUS *glomeratus.*

Synonymis adde: *Vahl ſpec. pl. 2. p. 870.* C. auſtralis. *Schrad. flor. germ. 1. p. 116.*

96. CYPERUS *Monti.*

Synonymis adde: C. ferotinus. *Rotth. gram. p. 31. Vahl ſpec. pl. 2. p. 350.*

99. SCIRPUS *lacuſtris.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1142.*

100. SCIRPUS *Holoſchoenus.*

Synonymis adde: *Vahl ſpec. pl. 2. p. 264.*

101. SCIRPUS *ſetaceus.*

Synonymis adde: *Hall. hiſt. n. 1345.*

102. SCIRPUS *dichotomus.*

Synonymis adde: Fimbriſtylis dicholomum. *Vahl ſpec. pl. 2. p. 287.*

109. CENCHRUS *capitatus.*

Synonymis adde: Seſleria echinata. *Hoſt gram. auſtr. 3. t. 8. Schrad. flor. germ.* 1. *p. 277.* Gramen echinatum tribuloides. *Column. ecphr. p. 340. ic. p. 338.*

TRIANDRIA DIGYNIA.

1014. PHALARIS *Bellardi.*

Synonymis adde: P. tenuis. *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 26.* Phleum tenue. *Schrad. flor. germ.* 1. *p. 191.*

116. PHLEUM *laeue.*

Synonymis adde: P. Boehmeri. *Schrad. flor. germ.* 1. *p. 186.*

128. PANICUM *Burmanni.*

Synonymis adde: P. hirtellum. *Schrad. flor. germ.* 1. *p. 243. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 5.*

130. PANICUM *arenarium.*

Synonymis adde: Syntheriſma glabrum. *Schrad. flor. germ. 1. p. 163. t. 3. f. 6.*

131. CYNODON *Dactylon.*

Synonymis adde: Digitaria ſtoloniſera. *Schrad. flor. germ. 1. p. 165. t. 3. f. 9.*

137. AGROSTIS *arundinacea.*

Synonymis adde: Arundo ſyluatica. *Schrad. flor. germ.* 1. *p. 218. t. 4. f. 7.* (qui allegata ex *Hallero et Scheuchzero ſynonyma* excludere jubet.)

138. AGROSTIS *compreſſa.*

1015. AGROSTIS *ſtolonifera.*

Species forſan conjungendae, altera inter denſam herbam ceſpitans, altera furculis longioribus luxuriaus.

140. AGROSTIS *alba.*

Ligula oblonga exſerta.

142. AGROSTIS *denſa.*

Ligula oblonga exſerta.

146. AIRA *ceſpitoſa.*

Similem caucaſicae noſtrae *varietatem* latifoliam et grandiſloram habet *Schrader flor. germ. 1. p. 258 ſub n. 4. β*

155. POA *anguſtifolia. β*

Synonymis adde: Poa pratenſis. *Curt. lond.*

172. CYNOSURUS *echinatus.*

Exclude *Synonymon Column. ecphr. p. 340.*

185. BROMUS *ſterilis.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

188. BROMUS *giganteus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 440.*

195. AUENA *ſeſquitertia.*

Ligula breuis truncata. Ab A. diſtichophyllâ vix *differt*, niſi *ſtaturâ* majore, *foliis* latioribus *internodiisque* longioribus: pro hujus *varietate* ex loco natali ſyluatico inumbrato potius reputanda.

209. ARUNDO *Calamagroſtis.*

Synonymis adde: A. epigejos. *Smith brit. 1. Schrader flor. germ. 1. p. 211. t. 4. f. 1.*

201. ARUNDO *glauca.*

Synonymis adde: A. litorea. *Schrad. flor. germ. 1. p. 212. t. 4. f. 2.*

212. HORDEUM *nodosum.*

Synonymis adde: H. secalinum. *Host gram. austr. 1. t. 33.* H. pratense. *Schrad. flor. germ. 1. p. 405.*

223. TRITICUM *junceum.*

Gramen vegetum 2-3-pedale, *spicae* rachi margine scabrâ: *synonymis* igitur *Rothii* et *Smithii*, a nobis allegatis substituantur *synonyma:* Tr. elongatum. *Host gram. austr. 2. t. 18.* Tr. rigidum. *Schrad. flor. germ. 1. p. 390.*

TETRANDRIA MONOGYNIA.

Gen. N. 66. spec. N. 284 subnectatur

513. AMMANNIA. Cor. 4-petala, calyci inserta vel nulla. Cal. 1-phyllus, plicatus, 8-dentatus, inferus. Caps. 4-locularis.

2002. AMMANNIA *caspica.*

A. foliis lanceolatis basi attenuatis, caule tetragono ramoso, floribus axillaribus glomeratis apetalis.

Habitat in depressis ad fluuios Cyrum mare Caspium versus et ad Alazonium: priore loco ego fructiferam, posteriore florentem legit *amiciss. Steuen.* ⊙

Planta annua glabra glauco-viridis *habitu* A. aegyptiacae (*Willd. hort. berol. 1. t. 6*). *Radix* breuis fibrosa albida. *Caulis* argute tetragonus inter spithamalem et pedalem altitudinem varians: *ramis* oppositis simplicibus brachiatis. *Folia* facie Polygoni auicularis lanceolata basi attenuata integerrima sessilia. *Flores* axillares magnitudine Peplcos Portulae glomerati: pedunculo

glomeruli pedicellisque breuiſſimis. *Bracteae* propriae floſculos interſtinguentes eorum longitudine lanceolatae acutae. *Calyx* campanulatus viridis: dentibus 4 paruis acutis patentibus, plicis inter dentes obtuſis fornicatis faucem claudentibus. *Genitalia* incluſa. *Stamina* 4 *receptaculo* inſerta *piſtillo* paullo breuiora. *Germen* obouatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex capitatum ſeſſile. *Capſula* ſphaeroïdea longitudine calycis perſiſtentis, *ſeminibus* plurimis minutiſſimis nigro-fuſcis foeta.

PENTANDRIA MONOGYNIA.

306. MYOSOTIS *ſquarroſa.*

307. MYOSOTIS *marginata.*

Excludatur ſub priore *Synonymon Pallaſii* et referatur ad poſteriorem.

Poſt n. 346 inſeràtur

2003. PRIMULA *elatior.*

Pr. foliis rugoſis dentatis, limbo corollae plano, tubi collo hemiſphaerico. *Linn. ed. Willd. 1. p. 801. Flor. dan. t. 434. Retz obſ. 2. p. 10. Perſoon ap. Uſteri ann. 11. p. 11. Hall. hiſt. n. 609.*

In Iberiâ reperitur. *D. Steuen.* ♃

397. VERBASCUM *Thapſus.*

Flores faſciculati, in pumilis tantum ſubſolitarii ſparſi: emendetur ergo *definitio* noſtra, pro floribus ſparſis ponendo: floribus faſciculatis.

N. 429 ſequatur

2004. VIOLA *canina.*

V. caule canaliculato: adultiore adſcendente, foliis cordatis ſubhirſutis margine laeniuſculis, corollae calcare emarginato-bilobo, floribus ſerotinis apetalis.

V. caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1164. Curt. lond. Gmel. ſib. 4. p. 98. t. 49. f. 1. Hall. hiſt. n. 563.*

In Albaniâ ibericâ auſtraliore *(Kiſich)* legit *amiciſſ. Steuen.* ♃

Calycina foliola acuta et *corollae* calcar emarginato-bilobum in hac et in *n.* 429. *foliis* oblongo-cordatis et reniformi-cordatis *variat.*

PENTANDRIA DIGYNIA.

479. POLYCNEMUM *aruenſe.*

Synonymis adde: *Jacq. auſtr. 4. t. 365.*

556. HERACLEUM *anguſtifolium.*

Synonymon Iacquini excludendum, ſecundum *Retzium* et *Willdenouium.*

DECANDRIA MONOGYNIA.

761. SOPHORA *alopecuroides.*

Synonymis adde: *Pallas aſtrag. app. p. 117. t. 87.*

DECANDRIA DIGYNIA.

783. SAXIFRAGA *muſcoides.*

Synonymis adde: S. caeſpitoſa. *Lapeyrouſe pyren. p. 59. t. 34.*

Petala vix *calyce* majora.

N. 783 excipiat

2005. SAXIFRAGA *mixta.*

S. foliis digitatis minutis neruosis subhirsutis, antheris sagittatis, stigmatibus pilealis reflexis, caule subuiscoso 2- 3-floro. *Lapeyr. pyren. p. 41. t. 20. Persoon. enchirid. 1. p. 490.*

In Caucasi alpestribus obuia. *D. Adam.* 2

Simillima S. muscoidi, a quâ vix nisi *petalis* calyce plus duplo longioribus *dignoscitur.*

2006. SAXIFRAGA *caespitosa.*

S. foliis radicalibus aggregatis linearibus obtusis trifidis incisis, caule erecto submultifloro, (petalis calyce duplo longioribus.) *Linn. ed. Willd. 2. p. 656. Flor. dan. t. 71. Hall. hist. n. 989.*

Cum praecedentibus in alpibus caucasicis legit *D. Adam.* 2

Differt a praecedente et a S. muscoide *pube* viscidâ omnium partium praesertim vero caulis et calycum copiosiore, *foliis* paullo majoribus basique latioribus: segmentis minus profundis et minus diuergentibus, *cauliculis* breuioribus haud adeo gracilibus magis foliosis saepius unifloris, *calycibus* duplo majoribus: segmentis acutioribus. *Plantae* siccae caucasicae ab helueticis et lapponicis, quas coram habeo, nullo modo *discrepant*, nisi quod *petala* in siccis calycem vix excedere videantur.

784. SAXIFRAGA *irrigua* (pro aquaticâ).

Deleatur cum *nomine* triuiali *synonymon Lapeyrousii: differt* enim nostra a S. aquaticâ *ramis* pluribus longioribusque, *foliis* infimis minus dissectis, *petalis* calyce plus duplo nec vix duplo longioribus et *stylis* filiformibus *stigmate* parno, subrotundo terminatis nec clauatis. Quare nostra erit *definienda:* S. foliis palmato-quinquepartitis lobis incisis: caulinis digitatis, caule paniculato diffuso, petalis oblongis calyce plus duplo longioribus, stylis filiformibus.

DODECANDRIA MONOGYNIA.

896. PEGANUM *Harmala.*

P. crithmifolium *Retzii,* a Gmelino juniore quondam ad littus orientale maris caſpii lectum ſpecie omnino ab *Harmalâ differre illuſtr. Pallas* in litteris nuper ad me datis monet, qui plantam a *Retzio* deſcriptam ex ſeminibus caſpicis, autori olim a ſe communicatis enatam eſſe teſtatur.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

1102. AJUGA *reptans.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 925. Curt. lond.*

1118. NEPETA *incana.*

Adde *locum natalem:* in glareoſis, ad torrentes Caucaſi iberici. ♃

N. 1135 praecedat

2007. GALEOPSIS *grandiflora.*

G. internodiis caulinis ſuperne ſubincraſſatis, verticillis omnibus remotis, calycinis dentibus lanceolatis mucronatis erectis, caule pubeſcente: pilis glandulоſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 91. Hall. hiſt. n. 267.*

Ladanum ſegetum folio latiore. *Riu. monop. t. 24.*

Occurrit *rarius in* Iberiae *orientalis agris. D. Steuen.* ♃

1138. STACHYS *ſyluatica.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1181.*

1139. STACHYS *paluſtris.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1103.*

1151. MARRUBIUM *vulgare.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1036.*

1158. CLINOPODIUM *vulgare.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 930.*

1159. ORIGANUM *vulgare.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1160. THYMUS *Serpyllum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1165.*

TETRADYNAMIA SILICULOSA.

1272. ALYSSUM *ſatiuum.*

Synonymis adde: Myagrum ſatiuum. *Flor. dan. t. 1038.*

1273. ALYSSUM *minimum.*

Squamula minuta apice truncato-bidentata inter germen et *ſtamina minora*, quae ejus dorſo adhaerent et obiter adſpecta in medio bidentata apparent.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

1298. ERYSIMUM *Barbarea.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 985.*

1299. ERYSIMUM *Alliaria.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 935.*

1315. HESPERIS *inodora.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 924.*

1320. ARABIS *thaliana.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1106.*

MONADELPHIA DECANDRIA.

1340. GERANIUM *sanguineum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t 1107.*

1345. GERANIUM *pratense.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1349. GERANIUM *pallens.*

Referatur ad Gerania *perennia* teste *amiciss. Steueno.*

DIADELPHIA HEXANDRIA.

1372. FUMARIA *officinalis.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 940.*

DIADELPHIA DECANDRIA.

1377. GENISTA *tinctoria.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 526.*

1382. ANTHYLLIS *vulneraria.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 988.*

1390. OROBUS *niger.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1170.*

1392. LATHYRUS *Nissolia.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1399. LATHYRUS *latifolius.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 785.*

1477. ASTRAGALUS *oxyglottis.*

Floruit in horto meo et exhibuit *capitula* axillaria pauciflora breue pedunculata, *flores* A. trimestri minores erectos: *calyce* subcylindrico incano dentibus subaequalibus subulatis breuibus, *corollâ* dilute purpureâ, *vexillo* obtuso subemarginato, *alis* obtusis *carinâ* obtusiusculâ longioribus. *Plantula* junior tota *pilis* parcis prostratis vestita.

1506. TRIFOLIUM *officinale.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 989.*

1516. TRIFOLIUM *ochroleucum.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1550. MEDICAGO *lupulina.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 992.*

POLYADELPHIA POLYANDRIA.

1557. HYPERICUM *perforatum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1043.*

SYNGENESIA AEQUALIS.

1562. TRAGOPOGON *pratensis.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 906.*

1577. SONCHUS *palustris.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1109.*

1594. PRENANTHES *muralis.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1605. HIERACIUM *Pilofella.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1110.*

1632. CICHORIUM *Intybus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 907.*

1658. CNICUS *lanceolatus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1173.*

1661. CNICUS *fimbriatus.*

1676. CARLINA *Echinus.*

Floruere hoc anno, in horto academico Charkovienſi et in *altitudinem* plus quam orgyalem excreuere, *ſpontáneae* duobus pedibus vix altiores.

SYNGENESIA SUPERFLUA.

1700. ARTEMISIA *vulgaris.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1176.*

1708. GNAPHALIUM *germanicum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 997.*

1739. CINERARIA *campeſtris.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1177.*

1772. ANTHEMIS *ruthenica.*

Varietatem A. tinctoriae albifloram pro A. auſtriacâ *Jacquini* perperam habens, hanc ſpeciem pro nouâ propoſui, quam nunc a *plantâ Jacquinianâ* vix *differre* agnoſco.

SYNGENESIA FRUSTRANEA.

1804. CENTAUREA *Cyanus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 993.*

GYNÁNDRIA DIANDRIA.

1858. CYPRIPEDIUM *Calceolus.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 999.*

MONOECIA TRIANDRIA.

1870. SPARGANIUM *ramosum.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

MONOECIA TETRANDRIA.

1901. URTICA *urens.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

1902. URTICA *dioica.*

Synonymis adde: *Curt. lond.*

MONOECIA PENTANDRIA.

1906. XANTHIUM *strumarium.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 970.*

MONOECIA POLYANDRIA.

1914. QUERCUS *pedunculata.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 1180.*

DIOECIA TRIANDRIA.

1940. EMPETRUM *nigrum.*

Synonymis adde: *Flor. dan. t. 975.*

INDEX GENERUM.

	No.		No.
Acacia	509	Andrachne	481
Acer	507	Andropogon	499
Achillea	439	Androſace	88
Aconitum	283	Anemone	287
Actaea	275	Anethum	166
Adonis	290	Anthemis	438
Adoxa	217	Anthericum	197
Aegilops	502	Anthriſcus	161
Aegopodium	169	Anthyllis	367
Aethuſa	158	Antirrhinum	324
Agrimonia	252	Apargia	398
Agroſtemma	242	Apium	168
Agroſtis	32	Apocynum	124
Aira	33	Aquilegia	284
Ajuga	295	Arabis	350
Alchemilla	70	Arbutus	227
Alectorolophus	319	Arctium	409
Aliſma	209	Arenaria	238
Allium	189	Ariſtolochia	452
Alnus	461	Artemiſia	421
Alopecurus	27	Arum	476
Alſine	176	Arundo	44
Althaea	359	Aſarum	247
Alyſſum	342	Aſclepias	125
Amaranthus	467	Aſparagus	198
Amaryllis	186	Aſperugo	85
Ammannia	513	Aſperula	60
Ammi	143	Aſphodelus	196
Amygdalus	260	Aſter	429
Anabaſis	129	Aſtragalus	383
Anagallis	93	Aſtrantia	138
Anchuſa	79	Athamanta	147

	No.		No.
Atraphaxis	204	Carpinus	473
Atriplex	505	Carthamus	415
Atropa	105	Caſtanea	471
Auena	43	Caucalis	141
Azalea	94	Celſia	326
Ballota	307	Celtis	508
Beckmannia	38	Cenchrus	22
Bellis	434	Centaurea	442
Berberis	202	Ceraſtium	244
Beta	131	Ceratocarpus	456
Betonica	305	Cercis	221
Betula	472	Cerinthe	84
Bidens	416	Chaerophyllum	162
Blitum	3	Chara	455
Braſſica	352	Cheiranthus	348
Briza	36	Chelidonium	276
Bromus	41	Chenopodium	127
Bryonia	480	Chlora	211
Bufonia	71	Chondrilla	395
Bulbocodium	188	Chryſocoma	419
Bunias	333	Chryſoſplenium	229
Bunium	144	Cichorium	407
Buphthalmum	441	Cineraria	431
Bupleurum	139	Circaea	7
Butomus	219	Ciſtus	280
Buxus	462	Clematis	288
Cacalia	417	Cleome	355
Cachrys	150	Clinopodium	311
Cakile	334	Clypeola	343
Calligonum	256	Cnicus	412
Caltha	294	Cochlearia	340
Campanula	98	Colchicum	207
Camphoroſma	69	Colutea	375
Cannabis	488	Conium	146
Capparis	274	Conuallaria	199
Cardamine	345	Conuolnulus	96
Carduus	411	Conyza	425
Carex	460	Coriandrum	159
Carlina	414	Coriſpermum	2
Carpeſium	424	Cornus	66

	No.		No.
Coronilla	377	Draba	338
Coronopus	337	Dracocephalum	315
Corylus	474	Dryas	273
Cotula	437	Echinops	444
Cotyledon	239	Echium	86
Crambe	335	Elaeagnus	68
Craſſula	180	Elymus	47
Crataegus	262	Empetrum	483
Crepis	402	Ephedra	497
Crithmum	149	Epilobium	210
Crocus	14	Epipactis	448
Croton	478	Erigeron	426
Cruciaella	62	Eriophorum	20
Cryptis	25	Erodium	356
Cucubalus	235	Eruum	372
Cuſcuta	72	Eryngium	136
Cyclamen	90	Eryſimum	347
Cymbidium	449	Erythraea	109
Cynanchum	123	Euonymus	112
Cynodon	30	Eupatorium	418
Cynoglossum	80	Euphorbia	255
Cynoſurus	39	Euphraſia	320
Cyperus	18	Fagus	470
Cypripedium	451	Ferula	151
Cytiſus	373	Feſtuca	40
Cyrnus	37	Ficus	512
Dactylis	213	Fragaria	269
Daphne	494	Frankenia	203
Datiſca	103	Fraxinus	510
Datura	142	Fritillaria	191
Daucus	282	Fumaria	363
Delphinium	344	Galanthus	183
Dentaria	234	Galega	382
Dianthus	222	Galeopſis	304
Dictamnus	327	Galium	61
Digitalis	511	Garidella	253
Dioſpyros	464	Geniſta	365
Diotis	56	Gentiana	135
Dipſacus	330	Geranium	357
Dodartia	433	Geum	272
Doronicum	387		
Dorycnium			

	No.		No.
Gladiolus	15	Knautia	58
Glaux	119	Lactuca	394
Glechoma	302	Lamium	303
Globularia	55	Lappago	51
Glycyrrhiza	376	Lapſana	405
Gnaphalium	422	Laſerpitium	152
Gypſophila	232	Lathraea	322
Hedera	116	Lathyrus	370
Hedypnois	403	Laurus	218
Hedyſarum	381	Lauatera	361
Heliotropium	76	Lemna	457
Helleborus	293	Leontodon	397
Helmintia	400	Leonurus	309
Heracleum	153	Lepidium	339
Herniaria	126	Leucojum	184
Heſperis	349	Liguſtrum	5
Hibiſcus	362	Lilium	190
Hieracium	401	Limodorum	450
Hippocrepis	379	Lindernia	328
Hippophae	485	Linum	179
Holcus	500	Lithoſpermum	78
Holoſteum	52	Lolium	45
Hordeum	48	Lonicera	101
Humulus	489	Lotus	386
Hyacinthus	200	Lychnis	243
Hyoſcyamus	104	Lycium	108
Hypecoum	73	Lycopus	10
Hypericum	390	Lyſimachia	92
Hypochoeris	404	Lythrum	251
Hyſſopus	298	Malua	360
Iaſminum	4	Marrubium	398
Iberis	341	Matricaria	436
Ilex	74	Medicago	389
Illecebrum	118	Melampyrum	321
Impatiens	115	Melica	34
Inula	432	Meliſſa	314
Iris	16	Mentha	301
Iſatis	336	Menyanthes	91
Iuncus	201	Mercurialis	493
Iuniperus	495	Merendera	208

	No.		No.
Mefpilus	264	Phalaris	24
Mefferfchmidia	87	Pharnaceum	175
Micropus	443	Philadelphus	258
Milium	31	Phellandrium	157
Minuartia	53	Phleum	26
Momordica	479	Phlomis	310
Morus	465	Phyfalis	106
Myagrum	332	Phyteuma	99
Myofotis	77	Phytolacca	246
Myofurus	182	Picris	399
Narciffus	185	Pimpinella	167
Nardus	21	Pinus	477
Nepeta	299	Piftacia	487
Nigella	285	Pifum	368
Nitraria	249	Plantago	64
Nymphaea	278	Platanus	475
Oenanthe	156	Plumbago	95
Olea	6	Poa	35
Ononis	366	Polemonium	97
Onopordon	413	Polycnemum	130
Onofma	83	Polygala	364
Ophrys	446	Polygonum	215
Orchis	445	Polypogon	28
Origanum	312	Populus	492
Ornithogalum	193	Portulaca	250
Ornithopus	378	Potamogeton	75
Orobanche	329	Potentilla	270
Orobus	369	Poterium	468
Oxalis	241	Prenanthes	396
Paeonia	281	Primula	89
Panicum	29	Prunella	317
Papauer	277	Prunus	261
Parietaria	504	Pforalea	384
Paris	216	Pulmonaria	81
Parnaffia	177	Punica	259
Paftinaca	164	Pufchkinia	194
Pedicularis	323	Pyrethrum	435
Peganum	248	Pyrola	228
Periploca	122	Pyrus	265
Peucedanum	148	Quercus	469

	No.		No.
Queria	54	Scrophularia	325
Ranunculus	291	Scutellaria	316
Raphanus	354	Secale	49
Reaumuria	286	Sedum	240
Refeda	254	Selinum	146
Rhagadiolus	406	Semperuiuum	257
Rhamnus	110	Senecio	428
Rhinanthus	318	Serapias	447
Rhododendron	226	Serratula	410
Rhus	170	Seseli	163
Ribes	113	Sherardia	59
Robinia	374	Sibbaldia	181
Rosa	267	Sida	358
Rottboellia	46	Sideritis	300
Rubia	63	Siegesbeckia	440
Rubus	268	Silene	236
Rúmex	205	Sinapis	353
Rufcus	498	Sifon	155
Ruta	223	Sifymbrium	346
Saccharum	23	Sium	154
Salicornia	1	Smilax	491
Salix	482	Smyrnium	165
Salfola	128	Solanum	107
Saluia	12	Solidago	430
Sambucus	172	Sonchus	393
Samolus	100	Sophora	220
Sanguiforba	65	Sorbus	263
Sanicula	137	Sorghum	501
Saponaria	233	Sparganium	459
Satureja	297	Spergula	245
Saxifraga	230	Spinacia	486
Scabiosa	57	Spiraea	266
Scandix	160	Stachys	306
Schoenus	17	Staphylea	173
Scilla	195	Statice	178
Scirpus	19	Stellaria	237
Scleranthus	231	Stellera	214
Scolymus	408	Sternbergia	187
Scorpiurus	380	Stipa	42
Scorzonera	392	Swertia	134

	No.		No.
Symphytum	82	Ulmus	132
Tamarix	174	Urtica	463
Tamus	490	Vaccinium	212
Tanacetum	420	Valantia	503
Taxus	496	Valeriana	13
Teucrium	296	Velezia	133
Thalictrum	289	Veratrum	506
Thesium	120	Verbascum	102
Thlaspi	340	Verbena	9
Thymus	313	Veronica	8
Tilia	279	Viburnum	171
Tordylium	140	Vicia	371
Tormentilla	271	Vinca	121
Tragopogon	391	Viola	114
Trapa	67	Viscum	484
Tribulus	225	Vitex	331
Trifolium	385	Vitis	117
Triglochin	206	Xanthium	466
Trigonella	388	Xeranthemum	423
Triticum	50	Zannichellia	454
Trollius	292	Ziziphora	11
Tulipa	192	Zizyphus	111
Turritis	351	Zoftera	453
Tuffilago	427	Zygophyllum	224
Typha	458		

INDEX SPECIERUM,

inter additamenta et emendationes Florae taurico-caucaficae commemoratarum.

Agroftis
alba II. 456
arundinacea II. 455
compreſſa II. 456
denſa I. 417 II. 456
holciformis I. 417
ſtolonifera I. 417 II. 456
Aira
caryophyllea I. 417
ceſpitoſa II. 456
Ajuga
reptans II. 461
Alchemilla
Aphanes I. 421
Alyſſum
minimum II. 462
ſatiuum II. 462
Ammannia
caſpica II. 457
Anchuſa
lutea. β I. 421
ochroleuca I. 421
Anthemis
ruthenica II. 465
Anthyllis
Vulneraria II. 463
Arabis
thaliana II. 463
Artemiſia
vulgaris II. 465
Arundo
Calamagroſtis II. 456
glauca II. 457
Aſperula
taurina I. 420
Aſtragalus
Oxyglottis II. 464
Auena
macra I. 420
ſeſquitertia II. 456
Bromus
aruenſis I. 419
giganteus I. 420 II. 456
gracilis I. 420
ſterilis II. 456
Campanula
Adami I. 423
lamiifolia I. 423
Carlina
Echinus II. 465
Caucalis
leptophylla I. 424
Cenchrus
capitatus II. 455
Centaurea
Cyanus II. 466

Cichorium
Intybus II. 465
Cineraria
campestris II. 465
Circaea
lutetiana I. 413
Clinopodium
vulgare II. 462
Cnicus
fimbriatus II. 465
lanceolatus II. 465
Conuallaria
verticillata I. 426
Conuolunlus
hirsutus I. 422
Corispermum
hyssopifolium I. 413
Crocus
reticulatus. β I. 415
Crucianella
aspera I. 421
Cucubalus
fimbriatus I. 428
Cynodon
Dactylon II. 455
Cynosurus
echinatus II. 456
Cyperus
glomeratus II. 454
Monti II. 454
Cypripedium
Calceolus II. 466
Daphne
glomerata I. 426
Dianthus
campestris I. 427
caucasicus I. 427
fimbriatus I. 428
fragrans I. 428
pomeridianus I. 427
Echium
violaceum I. 422
Elaeagnus
hortensis. α I. 421
Empetrum
nigrum II. 466
Eriophorum
polystachyon I. 416
Erysimum
Alliaria II. 462
Barbarea II. 462
Euonymus
latifolius I. 423
verrucosus I. 423
Festuca
ciliata I. 418
Myurus I. 418
phleoides I. 419
Fritillaria
latifolia I. 425
lutea I. 425
tenella I. 425
tulipifolia I. 426
Fumaria
officinalis II. 463
Galeopsis
grandiflora II. 461
Galium
tenuissimum I. 420
Genista
tinctoria II. 463
Geranium
pallens II. 463
pratense II. 463
sanguineum II. 463
Gnaphalium
germanicum II. 465
Gypsophila
glomerata I. 427
Heracleum
angustifolium II. 459
Hesperis
inodora II. 462

Hieracium
Piloſella II. 465
Hordeum
bulboſum I. 420
nodoſum II. 457
Hypericum
perforatum II. 464
Iaſminum
fruticans I. 413
officinale I. 413
Ilex
Aquifolium I. 421
Lathyrus
latifolius II. 464
Niſſolia II. 463
Liguſtrum
vulgare II. 453
Lilium
monadelphum I. 425
Lolium
ſpecioſum I. 420
Lycium
ruthenicum I. 423
Lycopus
europaeus II. 453
Marrubium
vulgare II. 462
Medicago
lupulina II. 464
Mercudera
caucaſica I. 426
Myoſotis
macrophylla I. 421
marginata II. 458
ſquarroſa II. 458
Nardus
ariſtata I. 416
Nepeta
incana II. 461
Origanum
vulgare II. 462
Orobus
niger II. 463
Panicum
arenarium II. 455
Burmanni II. 455
Peganum
Harmala II. 461
Phalaris
Bellardi I. 416 II. 455
Phleum
laeue II. 455
Poa
aquatica I. 417
anguſtifolia. β II. 456
pulchella I. 417
Polycnemum
aruenſe II. 459
Polygonum
Conuolulus I. 426
viviparum I. 426
Prenanthes
muralis II. 465
Primula
elatior II. 458
longifolia I. 422
Quercus
pedunculata II. 466
Rhamnus
Erythroxylon I. 423
Frangula I. 423
Salſola
ericoides I. 424
Kali I. 424
ſedoides I. 424
Saxifraga
caeſpitoſa II. 460
irrigua II. 460
juniperina I. 427
mixta II. 460
Saxifraga
muſcoides II. 459

Scandix
auſtralis I. 424
iberica I. 425
Schoenus
Mariſcus II. 454
Scirpus
Caricis I. 415
dichotomus II. 454
Holoſchoenus II. 454
lacuſtris II. 454
ſetaceus II. 454
ſyluaticus I. 416
Selinum
latifolium I. 424
Sonchus
paluſtris II. 464
Sophora
alopecuroides II. 459
Sparganium
ramoſum II. 466
Stachys
paluſtris II. 461
ſyluatica II. 461
Thymus
Serpyllum II. 462
Tragopogon
pratenſis II. 464
Trifolium
ochroleucum II. 464
officinale II. 464
Triticum
imbricatum I. 420
junceum I. 420 II. 457
Urtica
dioica II. 466
urens II. 466
Valeriana
Cardamines II. 454
coronata I. 415
dentata I. 415
macrophylla I. 415 II. 454
montana I. 414
Verbaſcum
Thapſus II. 458
Veronica
Anagallis II. 453
caucaſica II. 453
latifolia I. 413
proſtrata I. 413
ſpuria II. 453
umbroſa I. 414
Viola
canina II. 459
Xanthium
ſtrumarium II. 466
Ziziphora
– *daſyantha* I. 414
taurica I. 414
ſerpillacea. β I. 414
Zizyphus
Paliurus I. 423

E R R A T A.

Tom. I.

pag. 1. *lin.* 13 *pro* Pall. itin. 1. p. 179 *lege* Pall. itin. 1. p. 479.
- - 2. *lin.* 22 *pro* app. n. 91. t. D. A. f. 2 *lege* app. n. 90. t. A. f. 2.
- - 45. *lin.* 1 *pro* Heleochloa phleoides. Hoſt gram. auſtr. *lege* H. ſchoenoides. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 30.
- - 75. *lin.* 17 *pro* 43 *lege* 42.
- - 389. *lin.* 26 *pro* integris *lege* integerrimis.
- - 402. *lin.* 15 *pro* petalorum *lege* petiolorum.
- - 426. *lin.* 12 *pro* trigynium *lege* trigynum.

Tom. II.

pag. 42 *lin.* 22-23 *pro* ſubaequantibus *lege* ſubaequalibus.
- - 59. *lin.* 11 *pro* foliil ineari-lanceolatis *lege* foliis lineari-lanceolatis.
- - 63. *lin.* 21 *pro* Clyx *lege* Calyx.
- - 124. *lin.* 14 *pro* circ a Kijar *lege* circa Kifljar.
- - 142. *lin.* 19 *pro* 770 *lege* 170.
- - 195. *lin.* 9 *pro* ſtripulaceus *lege* ſtipulaceus.
- - 233. *lin.* 12-13 *pro* imbriatus *lege* imbricatus,
- - 242. *lin. antepenult. pro* agittata *lege* ſagittata.
- - 275. *lin.* 8 *pro* Eriocophalus *lege* Eriocephalus.
- - 291. *lin.* 14-15 *pro* ctobri Ccongenerum *lege* Octobri congenerum.
- - eâd. *lin.* 23 *pro* ſuperior *lege* ſuperiores.
- - eâd. *lin.* 29. *pro* referenda. Artemiſiae *lege* referenda Artemiſiae.
- - 303. *lin.* 17-18 *pro* Ananur Auguſto *lege* Ananur. Floret Auguſto.
- - 340. *lin.* 25 *pro* interjacente *lege* interjacentes.
- - 351. *lin.* 23 *pro* diſtrictu *lege* diſtrictus.
- - 365. *lin.* 10 *pro* quarta *lege* quinta.
- - 366. *lin.* 9 *pro* quadrilobum *lege* trilobum.
- - eâd. *lin.* 25 *pro* latiora *lege* latiore.
- - 407. *lin.* 12 *pro* fuſciſcente *lege* fuſceſcente.
- - 409. *lin.* 5 *pro* Pall. roſſ. 1. *lege* Pall. roſſ. 1. t. 1.